



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



Тем, что эта книга дошла до Вас, мы обязаны в первую очередь библиотекарям, которые долгие годы бережно хранили её. Сотрудники Google оцифровали её в рамках проекта, цель которого – сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Эта книга находится в общественном достоянии. В общих чертах, юридически, книга передаётся в общественное достояние, когда истекает срок действия имущественных авторских прав на неё, а также если правообладатель сам передал её в общественное достояние или не заявил на неё авторских прав. Такие книги – это ключ к прошлому, к сокровищам нашей истории и культуры, и к знаниям, которые зачастую нигде больше не найдёшь.

В этой цифровой копии мы оставили без изменений все рукописные пометки, которые были в оригинальном издании. Пускай они будут напоминанием о всех тех руках, через которые прошла эта книга – автора, издателя, библиотекаря и предыдущих читателей – чтобы наконец попасть в Ваши.

### **Правила пользования**


Мы гордимся нашим сотрудничеством с библиотеками, в рамках которого мы оцифровываем книги в общественном достоянии и делаем их доступными для всех. Эти книги принадлежат всему человечеству, а мы – лишь их хранители. Тем не менее, оцифровка книг и поддержка этого проекта стоят немало, и поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые меры, чтобы предотвратить коммерческое использование этих книг. Одна из них – это технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас:

- **Не использовать файлы в коммерческих целях.** Мы разработали программу Поиска по книгам Google для всех пользователей, поэтому, пожалуйста, используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- **Не отправлять автоматические запросы.** Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого рода. Если Вам требуется доступ к большим объёмам текстов для исследований в области машинного перевода, оптического распознавания текста, или в других похожих целях, свяжитесь с нами. Для этих целей мы настоятельно рекомендуем использовать исключительно материалы в общественном достоянии.
- **Не удалять логотипы и другие атрибуты Google из файлов.** Изображения в каждом файле помечены логотипами Google для того, чтобы рассказать читателям о нашем проекте и помочь им найти дополнительные материалы. Не удаляйте их.
- **Соблюдать законы Вашей и других стран.** В конечном итоге, именно Вы несёте полную ответственность за Ваши действия – поэтому, пожалуйста, убедитесь, что Вы не нарушаете соответствующие законы Вашей или других стран. Имейте в виду, что даже если книга более не находится под защитой авторских прав в США, то это ещё совсем не значит, что её можно распространять в других странах. К сожалению, законодательство в сфере интеллектуальной собственности очень разнообразно, и не существует универсального способа определить, как разрешено использовать книгу в конкретной стране. Не рассчитывайте на то, что если книга появилась в поиске по книгам Google, то её можно использовать где и как угодно. Наказание за нарушение авторских прав может оказаться очень серьёзным.

### **О программе**

Наша миссия – организовать информацию во всём мире и сделать её доступной и полезной для всех. Поиск по книгам Google помогает пользователям найти книги со всего света, а авторам и издателям – новых читателей. Чтобы произвести поиск по этой книге в полнотекстовом режиме, откройте страницу <http://books.google.com>.



BIBLIOTECA NAZIONALE

XXVI\*

A

49

NAPOLI

~~1~~  
1  
25

117

a

102

117  
a  
102

111  
11  
111

6

Dom. Fr. Glor. S. S. Ill. Com.

I A C O B I

V E C T I A N I

R E G I E N S I S

S E L E C T A R V M E P I S T O L A R V M


P A R S P R I M A

A D I L L U S T R I S S I M V M P R I N C I P E M

F R A N C I S C V M

B A R B E R I N V M

S . R . E . C A R D I N A L E M



Bononię, apud Heredes Bartholomei Cochij

Superiorum permissu. 1626.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

First line of printed text, appearing to be a title or a large heading.

Second line of printed text, likely a subtitle or a descriptive line.

Third line of printed text, possibly a date or a specific reference.

Fourth line of printed text, continuing the main body of text.

Fifth line of printed text, continuing the main body of text.

Sixth line of printed text, continuing the main body of text.



ILLVSTRISS. PRINCIPI  
 S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO  
 FRANCISCO BARBERINO  
 SELECT. HOC. EPIST. VOLVME  
 IACOBVS VECTIANVS  
 SYE IN BARBERIN. PURPURAM  
 DEVOTIONIS. ET OBSERVANTIE  
 T. H. M. E. P. O. N. T. T. E. M. H. P. R. O. N.  
 D. D. D.

SS SS SS



VI enim magis debeo  
 quam Tibi, PRIN-  
 CEPS ILLVSTRIS-  
 SIME, qui me TVI,  
 TVÆQVE NOBI-  
 LISSIMÆ FA-  
 MILIÆ hominum  
 reverentissimum, quamvis absentem, &  
 singulare animi obsequium per litteras  
 exhibentem, omni humanitate complexi,

✠ 2

&

& tuam erga me benevolentiam non vno  
literarum testimonio significare dignatus  
es? Enimvero grauisimè peccare mihi  
uisus essem, nisi hoc, qualecunque est scri-  
pti genus, tenue, pusillum, atq: vt nonnul-  
lis videtur, iam nimis vulgatum, sub Au-  
gustissima Tui nominis tutela diuulgas-  
sem; vt à splendidissima istius PVKPVK  
luce & lucis aliquid acciperet (quod in pri-  
mis volui) & hoc simul indicaret: qui adeo  
minuta offero, cupere etiam illud magis,  
vt maiora offerre aliquando possim. Pot-  
ro autem, si Tu, qui politionis omnis erudi-  
tionis, & grauisissimarum scientiarum cog-  
nitione prestas, atque in celsissimo isto Di-  
gnitatis gradu & loco emnes; gratiæ tuæ  
fauore humilitatem meam, magnitudine  
paruitatem, benevolentia & amore reue-  
rentiam ac deuotionem tueri vnus, & fo-  
uere non desines. Reliquum est, vt, quod  
Aeschines Philosophus fecisse fertur ipse,  
quoque chinopiam, me Tibi prudentia &  
sperantia alteri, quod plane expectamus, So-  
crati futuro, verè & ex animo donem, il-  
ludq; abs te petam, vt meum hunc, exigui  
quantumuis pretij librum læto vultu in-  
spi-

spicias, & magnum Persarum Regem,  
virum sanè egregium, imitere Artaxerxem,  
qui aquam de Rustici manibus inter pretiosa  
Dynastiarum munera forte oblatam, liben-  
tissimè accepit, hominemque, tali obsequio  
delectatus, peramanter exceptum beni-  
gnissime dimisit. Vale, PRINCEPS  
ILLVSTRIS-SIME, & Viue Felix cum  
SANCTISS. PATRVO, VRBI &  
ORBI, idest vniuersæ Xpianæ Reipublicæ  
diutissimè, æternùm POSTERITATI  
& CÆLO.

Regio Lepidi. Kal. Ianuarij. M. DC. XXVI.  
Quas S. P. N. VRBANO. VIII,  
TIBI que feliciter Auguratas & Opto.  
& Spero.

✠ 3 EAN



# CANDIDO, AC STUDIOSO LECTORI MEO S.



I quis tamen hæc quoque, si quis, captus amore leges: amore inquam bonarum literarum, non meo; aut mearum Epistoliarum, quas tanti vix puto, ut a doctioribus & poltioribus inspiciantur. Attamen si quis hæc quoque leges, in primis te rogatum velim, ut de multis, qua irrepserunt mendis, & me, & Typographum, & Correctorem excuses. Ego enim absens fui; Calchographus ille quidem in arte sua minimè imperitus, at opera minus, quam decebat, oculata, & allucibi mire negligentes; Corrector aut nimis securus, aut valde negotiosus. Quanto autem meo cum dolore id acciderit; ex eo conijcias velim, quod libros, qui erratis nimirum multis scaturiunt, ferre vix possum, equidem ægrius fero, quam ut dici facile possit. At quid faciam? nulla huic malo adhiberi medicina potest, nisi fortasse illa, quam suis Alumnis Philosophia miscet; ἀνίχον, ἢ ἀνίχου. Dolorem igitur premo, & abstineo maledictis, malimq; pecunia, quam patientiæ & animi æquidatis iacturam fecisse. Talem te quoque velim, Lector humanissime, in his legendis, atque etiam emendandis. Levis est labor, ad quem te voto, parata commata addere, tollere, ubi sit opus: aut si laborem hunc fugis, adeò minuta condempnas per me licet.

Ere-

Errata quæ sensum immutant, vel obscurant, seorsum habebis in ipso libri calce. Quæ omnis literula mutatione, additione, aut etiam detractio ne ipsa per se correctionem indicant, cum alijs in ordinem haud mihi visa sunt esse redigenda. Quis cuius humanioris, et antiquiorum studiorum adeo est, peritus parum, ut hæc, et similia Abstinet, Acquid, Admiraueris, Ambris; Binignitas, Causa; Collinem; Candidissime; Delassatus, Difendere, Dilicatulis, Discessu, Desiderio; Et frustra, Eruditioris; Facultati, Gerendum; Henni, Hanc ab causam, Indicium, Leuidente; Mana, Mudo; Nubicula, Præcotia, Properâ, Pronuntiandû; Sufficeris, Valetudinis, Vestra, et si qua alia sunt, non intelligat hoc pacto corrigenda? Abstinet, Ecquid, Admirareris, Umbrys; Benignitas, Causa, Collineem, Candidissime; Delassatus, Defendero, Delectatus, Discessu, Desiderio; At frustra, Eruditionis, Facultatium, Gerendum; Nemini, Hanc ob causam, Indicium, Leuidente; Manu, Modo; Nubecula, Præcocia, Perperam, Pronuntiandum, Suffeceris, Valetudinis, Vestra. Quæ autem per additionem, aut detractio nem mendosa, et paullo minoris numeri, et multo facilioris sunt correctionis, veluti hæc, quæ inter legendum collegi. Amplectendum, Arrogantis, Choryphæis, Carthaginensis, Chameleon, Excussum, Exime, Equid mdiratur, Femina, Haudquâquam, Hæctor, Ignorro, Intera, Occupation, Orthographia, Patientem, Postrema, Proprius, Putrida, Quærentur, Redditurus, Redirunt, Straneus, Stupendius, Saluatur, Santissima, Scola, Videtur, Valle. Quæ quis ignoret, sic planè scribenda

da? Amplectendum, Arrogantis, Coryphaeis, Carthaginensis, Chamaleon, Excusum, Eximia, Ecquid meditaturo, Femina, Haudquaquam, Hector, Ignoro, Inzerea, Occupatum, Orthographia, Patentem, Propius, Puida, Queruntur, Reditaras, Rediterunt, Staneus, Stupidius, Solatur, Sanctissima, Schola, Videantur, Vale. Quibus adde, si vis, alia nonnulla, etsi apud quosdam, nec paucos, fortasse toleranda: sed ego aliter censeo, scribo enim; Cælum, non cælum; Cruciatu, non crucciatu; Cadem, non cædem; Sape, non sape; Cetera, non cetera; Ætna, Ætneus, non Æthna, Æthneus; Imbecillus, non imbecillus; Cæpisti, non capisti. Tu igitur, mi benevole Lector, aut perfer, aut emenda, & bene Vale.

Quod si etiam in aliquam voculam incideris, qua Gentilitatem sapiat, in bonam partem ut accipias, atq; in rectum sensum interpretere, etiam atque etiam te rogo. Sed caui, caui sanè diligenter, ne quid scriberem, quod Christianum, & piuum, & catholicum hominè dedecere videretur. Attamè, si quid fortè, ut sit, vel imprudenti excidit, vel nolenti calor scriptiois expressit, cuiusmodi esse possunt Sors, Fatum, Fortuna, & inania quadam inærioris Gentilitatis numina, vel ut rectius dicam, falsa Deorum nomina: illa me siue per iocum scripsisse, siue Ethnicorum de more locutum alicubi fortasse quidam fuisse, ac ex æternæ Veritatis prescripto credidisse, & credere, tibi persuadeas velim; meq; si non elegantia atque eruditionis causa, quarum neutram profiteor, pietatis saltem nomine ac titulo ames non immerentem. Iterum Vale.

# INDEX EORVM

## Ad Quos, sine à Quibus missæ sunt Epistolæ.

### A

<b>A</b> lexandro Angio.	Pag.	340.
Aloysio Lollino Belluni Episcopo.		513. 516. 520.
Aloysius Lollinus Belluni Episcopus.		515. 519.
Aloysio Valmarana è Societ. Iesu.		5. 15.
Antonio Bononio I. C.		163. 167. 169. 175. 182. 184.
Antonius Bononius.		165. 168. 177. 184.
Antonio Possuino V. C.		347. 351. 472. 476. 479.
Antonius Possuibus.		349. 474. 478.
Antonio Quarengo V. C.		20. 22. 24. 25. 27. 29. 411.
Antonius Quarengus.		409.
Asterio Manlio.		187. 189. 194. 197. 198. 200. 204. 206.
Asterius Manlius.		191. 202. 208.
Augustino Mascardo V. C.		390.
		Au-



# I N D E X

Augustinus Mascardus. 393.  
 Augustino Voldino Congreg. Somaf.  
 cha Clerico. 427. 429. 436. 443. 445.

## B.

**B**ernardino Baldo Guastalla Abbati. 31.  
 Bartholomzo Archo. 114.  
 Bernardo Balonio Congregationis  
 Somalcha Clerico. 394.

## C.

**C**amillo Baldo V. C. 337. 541.  
 Camillus Baldus. 540.  
 Camillo Bosio. 377.  
 Camillus Bosius. 380.  
 Casari Guerrerio Comit. 496.  
 Christophoro Munario. 422. 424.

## D.

**D**escriptio Selopuli Rotati ad explo-  
 sionem instructi. 180.

## F.

**F**amiano Serada e Societate Iesu. 396.  
 Ferranti Giustano V. C. 447. 461. 464.  
 465. 466. 467. 468. 469.

Franz

# P I N D E X

Francisco Remondo è Socier. Iesu. 91. 95.  
 99. 103. 116. 149. 152. 156. 158.  
 Franciscus Remondus è Socier. Iesu. 94. 98.  
 118. 155.  
 Francisco Suuertio V. C. 491. 493.  
 Franciscus Suuertius. 494.  
 Francisco Zobolo D. Nicolai Preposito 481.

## G.

**G** eorgio Knib Brugensi. 233.

## H.

**H** enrico Chifellio V. C. Antuerpiensi. 483.  
 530. 534.  
 Henricus Chifellius. 532.  
 Hieronymo Aleandro V. C. 522. 526. 528.  
 Hieronymus Aleander. 524. 525. 529. 573.  
 Hieronymo Corradino Canonico. 224.  
 Hieronymus Corradinus. 225.  
 Honorius Maraffus Medicus. 171.  
 Honorio Maraffo Medico. 172.  
 Horatius Sabbadinus. 242. 245. 249. 254.  
 260. 267.  
 Horatio Sabbadino. 243. 247. 251. 257.  
 259. 261. 263. 265. 271.

## I.

**I** acoho Soraneo. 367. 379. 374. 374. 323.  
 375. 458. 460.

Ioan. J

# I N D E X

Ioanni Casotto Canonico.	381.
Ioanni Ciampolo V. C.	553.
Ioanni Turrio Capuccino	268. 365.
Ioanni Antonio Fiorentino Confabri-	
no	382. 386. 388.
Io. Baptista Lauro. V. C.	497. 498 502. 506. 509. 511. 555. 558. 562. 565. 570. 575.
Io. Baptista Laurus	500. 505. 557. 564. 569. 574.
Ioanni Baptista Sacro V. C.	210. 216.
Ioannes Baptista Saecus.	212. 214.
Io. Baptista Vectianus è Societ. Iesu.	226. 238.
Io. Baptista Vectiano fratri.	228. 131. 234. 236. 291. 294. 296. 298. 300. 306. 308. 353. 355. 357. 358. 360.
Iulio Camillo Caballino.	273.
Iulio Cafari Lalattz Abbati.	7. 9. 11 12. 14.
Iosepho Grampio Congreg. Somaſche	
Clerico.	432. 439.
Iulio, & Hippolyto Pratonerijis.	351.

## M.

<b>M</b>	Arco Antonio Martello I. V. C.	1. 4.
	Maphæo Barberino S. R. E. Car-	
	dinali.	287.
	Marcello Laneco V. E.	18.

Ni-

# I N D E X

## N.

**N** icolao Alamano. 336.  
 Nicolao Sicuz. 363.

## P.

**P** aulo Benio V. C. 313. 314. 316. 321. 323.  
 323. 330. 331. 325. 326. 329. 334. 336. 338.  
 Persio Carracio I. C. 276. 279. 282. 285.  
 289. 449. 451. 454. 456.  
 Petro Scalabrino 399. 402. 404. 306. 408. 413.  
 Petro Moro Congreg. Somalcha Sa-  
 cerdoti. 485. 589.  
 Petrus Morus 487.  
 Philippo Huysmano I. C. 220. 221.  
 Philippo Humano Regij Prætori. 367.

## R.

**R** icardo Hefio. è Societ. Iesu. 33. 37. 40. 43.  
 50. 52. 55. 60. 62. 65. 69. 71. 76.  
 77. 82. 87. 103. 108. 111. 119. 123.  
 128. 136. 144. 153. 160.  
 Ricardus Hefius e Societate Iesu. 35. 38.  
 42. 45. 47. 54. 57. 58. 60. 67. 74. 78.  
 81. 85. 90. 105. 109. 114. 122. 125.  
 131. 143. 148. 154. 161.

Ri-

# INDEX

Ridulpho Arlotto 342. 344. 345.

S.

**S**tephano Palmario Cōgreg. Somaſche Clericō. 393.

T.

**T**homæ Dempeſtero Baroni de Mureſch V. C. 542.

Thomas Dempſterus. 543.

Yto Boſio Equiti 414. 416. 418. 420.

V.

**V**ari ſupra Famam. 311.

Vincentio Contareno V. C. 240.

Virginio Caſarino Principi V. C. 546 548.

FINIS.

**H**anc Jacobi Vectiani Selectarum Epistolarum Partem Primam eleganti, puro, atque erudito stylo cōscriptam, cum attentē legerim, nec quidquam, quod contra Xpianos mores, aut sacros Canones pronuntiarum sit conspexerim, valde dignam cēnsui, quæ ad communem Studiosorum vtilitatem publicis typis committatur.

Ego D. Homobonus Clericus Regularis S. Pauli, atq; in Metropolitana Bononensi Ecclesia Pœnitentiarius. Pro Illustrissimo, & Reuer. Card. Archiepiscopo Bononensi.

---

**S**electarum Epistolarum Jacobi Vectiani Presbyteri Regiensis Partem Primam perlegi: in quibus cum nihil reppererim, quod Xpianę pietati, bonis moribus, & Catholicę fidei repugnet; multo autem candore, stili elegantia, & eruditionis notis illustratas conspexerim, dignas existimo, quæ imprimantur, & ab omnibus amoeniorum artium cultoribus legantur.

Imprimatur Ego.

Fr. Hieronymus Onuphrius, Romanus Theologus, publicus Bononiz Lector, & Sanctissimę Inquisitionis Consultor. pro Reuerendissimo & Magistro Paulo de Garzio, Bononiz Inquirere:



e. **Iacobi Vectiani**

fit quæris? tantum me illorum non odium, sed  
ex animo cœpit, ut nil molestius accidere posse vi-  
deatur, & re vera accidat, quam si de illis inter-  
dum, delicijs olim suis, vel cogitare mens velit.  
Orationem igitur, quam pro tuo isto eslagitasti  
adolescente, tantum abest ut absoluerim, ut illi  
exaranda ne manum quidem admouerim; imò  
nec cogitarim ea de re, quam significasti, quæ-  
nam dici possint, aut debeant. Et unde, inquires,  
tanta mutatio? Eras paucis antè diebus libro-  
rum helluo; intra angustissimos domus parietes  
vsque delitescebas; assiduis laboribus ne tantil-  
lum quidem frangebare legendo, fluctuando,  
interpretando; nunc libros & labores vitas,  
cane peius & angue! Quid tibi respòdeam Martel-  
le? egomet ipsum me admiror, & hanc tantam,  
quæ me subito corripuit desidiâ, & tanè puden-  
dam ignauiam, nec fat scio, quid culpare debeam,  
nisi vnum me plane accusem. Calores equidem,  
adeò magni sunt, ut nesciam, an vnquam perpe-  
ssi fuerimus maiores; sed crebris tamen vento-  
rum flatibus hinc inde leniter spirantibus adeò  
temperantur, ut me interdum iuuet exæstuisse,  
quò se frigescere liceat. Alia quoq; per multa  
sunt, quæ sensus valde oblectant, animum volu-  
ptate afficiunt, & vires collapsas restituunt, ac  
planè recreant. Sed quæ corporibus non mini-  
mum roboris, vigorem animis addere solent, &  
nos alacriores efficere ad labores capessendos,  
& ad studia literarum studiosius tractanda: ea  
me



Epistolarum Select. Pars I.

3

me nescio quomodo ita eperuarunt, vt consuetum munus detrectem, & hasta velut abiecta me victum profitear.

Sed hoc veterum tandem, cuius me pudet pigetq; ab animo excutere mihi iam semel constitutum; qui te inclamantem audire videor, atque ad intermissum opus reuocantem. Itaque experiri hodie libuit, an quæ huiusmodi valde lætos, & amœnos colles frequentare solent montanae Musæ, nescio quid pangere cupienti fauere, vellent, & adesse haud inuitæ. sed vt verè dicam, vultuosas admodum & mihi subiratas videor perspexisse, ea puto de causa, quod non ita frequenter, vt solebam, earum inuiso penetralia. Qualecunque tamen est quod ab illis extorsi, en ad te mitto minutulum epigramma, quod scripsi de Aloysio Valmarana Societatis IESV celeberrimo Concionatore; non illud quidem valde acutum, aut politum, vt tale scriptiois genus requirit, sed neque omnino, nisi mea me quoque nimis capite *epigramma*, aut insulsum aut puerile. Cuiusmodi sit, tibi equidè nō displiciturū spero, & quia meū, & quæ de illo scripserū viro, quæ tu propter singulares animi, atque ingenij dotes, & eximiam dicendi præstantiam admirari valde, & prædicare soles. Vale ex collibus Mozzadellanis XIV. Kal. Septembris M. DC. VIII.

A 2

Eidem.

**N** VDTVS quartus, vel quintus vt puto, cum ad urbem negotiorum causa me contulifsem, essemq; in ædibus Zobolorum, a Io. Baptista Manfredino quas ad te mitto licetras accepit; quibus disertissimus, idemq; vir doctissimus Aloyhus Valmarana ad meum & epigramma & epistolium, ingeniosissimo epigrammate & luculentissimè scripta epistola respondet. vtriusque lectione valde sum delectatus, & illud in primis admiratus; quomodo is Vir in diuino verbo enuntiando assidue detentus, sacrarum paginarum studio addictus, alijs permultis Religionis suæ obsequiis muneribus implicatus, tantum tamen otij nancisci possit, aut temporis eripere, quibus distinetur occupationibus; vt his quoque lenioribus, ac leuioribus studijs operam nauare aliquam valeat, & ijs, qui carmine aut epistola identidè lacescunt, multo venustiores atque ingeniosiores remittere lucubrationes.

Quod ad me lepidissimum sane de illo piscatore, è græco versum misisti argumentum, latino carmine exprimendum si possim; nondum hoc, etsi valdè arrisit, attigisse me scias velim. Et qui tibi, quibuscunque rebus valeam, obtemperare discupio; in eo, quod mea etiam causa summo pere velle debeo, satisfacere adhuc neque potui, neque nunc possum. Ecce enim adsunt Kalendæ

Septem.

## Epistolarum Select. Pars I.

Septembres, quibus ad solitos & grauissimos, vt nosti, mihi redeundum labores. erit id mihi tamē cordi noli dubitare; si quid modò temporis illis ereptum, quod curabo, seponere licebit.

Vale ex collibus Mozzadellanis prid. Kalend. Septembris.

### III.

I. V. Aloyfio Valmaranæ è Societate I E S V .

S. P. D. Nouellariam.

**D**ISERRISSIME Valmarana. Tanta cum voluptate tuas prudentissimè, & elegantissimè scriptas literas, & acutissimum ac politissimum epigramma legi, ac relegi; vt nihil legisse me iam pridem sciam, quod fuerit gratius, aut iucundius. Quare continere me non potui, quin exclamarem, Quanto vir iste, bone Deus, ingenio! quanta eloquentia, quanta eruditione! Itaque non est, mi Aloyfi, cur meum tantopere laudes siue epigramma, siue epistolum. Quidquid enim tua mihi tribuit siue humanitas, siue beneuolentia; id omne vt ad te redeat, & cumulissimè redundet, ipsa veritas facit. Tu mihi indicasti cerè, quanto etiam in veroque, etsi diuerso latine scribendi genere excellas; qui Italicam illam, quam Etruscam linguam vocant, adeo probe tenes, vt siue soluta oratione atque è suggestu loquaris, siue carmine Diuorum laudes canas; ad mirabiles tui excitas amores, & incredibile plau-

A 3 sum.

sum. Sed ista mitto, quæ neque tu, quæ es modestia, libenter audis; neque ego pro dignitate attingere valeo; & mihi ipse gratulor, qui à quo primum tēpore diuini verbi enuntiandi causa Regium venisti. Ita te colere, ita obseruare cœpi, vt nihil prius habuerim, quàm te officij gratia conuenire, alloqui, atque aditum mihi, quod vnum maximè optabam, ad tuam beneuolentiam atque amicitiam aperire. Et facè, quæ tua est & motum spauitas, & cum omnibus ageodi, omnes excipiedi par nobilitati coniuncta facilitas; id quod volebam, facillimè sum consecutus. Etenim me tui amantem redamare cœpisti; in tuorum amicorū numerum recepisti, & receptum pretiosis muneribus non semel cohonestasti.

Qui igitur multis de causis tibi plurimum debeo, & tantæ humanitati respondere pro merito non possum: doleam etiam multum necesse est, non posse me tibi in re honestissima, quâ mirificè expectis, aliqua saltem ex parte satisfacere. Etenim ille adolescens, quem mihi cum hic adesses, tantopere cōmendasti; quem ego tua vnus causa commendatissimum habui, & habeo quotidie magis; non eam, quam facillè posset, & ob ingenij præstantiam deberet, nauare operam studijs & assiduam & solertē, vt erat pollicitus, conatur. De Collegio Parmensi aut Bononiensi, vt præses mecum egisti, ter iam cum eius patre sum collocutus: sed cæcū nimis surdis.

Beasti fratrem meum postremis epistolæ tuæ verbis,

Epistolarum Select. Pars I.

7

bis, quibus spem iniecasti fore, ut voti compos, & breui fiat, modò bonarum artium studium cum frequenti diuinorum vsu sacramentorum coniungat. In libris planè totus est, tum sua sponte, tum me hortatore; qui neque mediocri progressu facillè contentus sum, vestra potius, in quorum sodalitate futurus est; quàm mea, aut ipsius, cuius id tamen permagni interest, fratris mei causa.

Vale Regij. VIII Kal. Septemb. M. DC. IIX.

IV.

I. V. Iulio Casari Lalattæ Abbati. V. C.

S. P. D.

Parmam

**Q**uid opus erat, humanissime Lalatta, tam multis paucorum dierum excusare silentium verbis? an existimas me, cum ad te scripsi, & carmen illud mihi de Infantum puerorum cade; id habuisse in animo, tuas ut elicerem literas aut lepidissimos versus? quorsum hoc? an, ut periculum facerem, cequid, & quantum valeas in utroq; scribendi genere? quantum stili elegantia, atq; eruditione præstes; qui tantum in granioribus disciplinis & legum pericia excellis? at verò id mihi satis superq; notum esse cœpit, à quod primum tempore Regij apud Gulielmũ Casellinum nostrum te conueni; tum multò antè de politissimo illo, ad eum misso Hendecasyllabo, cuius legendi potestas (ut vir humanissimus est, & amicorum laudibus mirificè fauens) ab eodem

A 4 mihi

mihi statim facta. Si enim, ut vetus dictum habet; Ex ungue leo facile cognoscitur; cur non etiã vel è minuta scriptione vir doctus? sciebã quoq; te multis cum domesticis, cum forensibus, tui tamen unius occupatum esse negotijs. Itaq; nisi me rusti canum hominem, atq; omni putas humanitate exutum; nullo modo tibi persuadeas velim, illud mihi, cum scripsi, propositum fuisse, ut te ad respondendum veluti cogere vellem; cui & abundè satisfactum fuisset, si tuis castigatum notis illud, quod nisi Poemation recepissem. Nam quales tandem sunt aut meæ literæ aut versus, ut rescribendi onus cuiquam imponere debeant?

De tuis ego quid dicam? an eos laudare aggrediar? non faciam, qui pro dignitate, ac merito non possum. Illud solum affirmabo, & laudaro fortasse satis: esse illos candidissimo Lalatta vate dignissimos; cuius lyra Venusini poetæ fidibus resonat aptissimè, & iuauissimè. Debebam ego paria paribus; sed quæ tuarum literarum tarditatem excusant cause: eadem à me socordiae culpam omnem, & negligentiae suspicionem procul amovebunt. Acturi sunt Academia nostræ adolescentes famosam illam Thaidem, diuino Spiritus Sancti afflatu in viam salutis, & ad bonam frugem è pessima, & turpissima quam degebat, reuocatam vita. Aliud nihil ut addam, quantum mihi negotiosi operis adsciuerim, non ignoras. Hoc me vnum, vel si reliqua mittam omnia, apud te purgabit opinor, si à Musis alienus hoc tempore paria tecum

Epistolarum Select. Pars. I.

9

tecum facere hoc quidem in genere non possum .  
sed audio te : eequando isti in scenam prodibunt  
adolescentuli ? an Parma, quælo te, huc venturus  
es, vt tales videas in proscenio gesticulantes , &  
parùm aptè garrientes ? Tu vt lubet, ego non in-  
uito . Quorsum enim ad hæc leuia; &, si non pue-  
rilia, certè vt suspicor pueriliter agenda ? Vale,  
& me mutuò dilige . Regij 4. Kal. Februarij .  
M. DC. IX.

V.

Eidem. Parmam.

**N**I caues, & maximè caues; ego te, Lalacta,  
non obtundam solùm, sed obruam meis  
nugis, & insulsis versiculorum *supra* ad  
ipsam vsquè nauseam, ne dum ad satietatem. Vi-  
de, quantam huc struem congesserim, quæ vel spe-  
ctantem deterrere valeat, legentem multò magis  
delassare; & tamen, tecum sit iste labor, oportet: de-  
uoranda tibi hæc molestia. & tu, quod scio, meo ca-  
ptus amore leges, ac nō id mihi fatis: maius onus  
impono, maius opus moueo; facit humanitas  
tua, tantum vt audeam; obserues oportet, & er-  
rata mihi cōmonstres mea. adhibe lynceos istos  
oculos; exprome miniatulas ceras

*Arguit o ambigüè dictum, mutanda notato;*

*Sis mihi Aristarchus.*

Haud contentus sum, vt marginem vāguibus  
figues, aut obelo notes; volo iudicium tuum, iudi-  
cium

cium illud limatum, politum, à quo totus pendere volo.

Igitur pro candore istius, qui in pectore tuo latet laetitia animi; confice mihi volumen observationum, & mitte. Aliud nihil est, quo amicum tibi hominem demereri possis magis. magnum id opus est scio, magna molestia; sed & magna amoris vis. Cur tam sollicitus inquires? quia, etsi mecum mihi conscius sum tenuitatis, & probè scio, mei

— *Quid valeant humeri, quid ferre recusent:*

sunt tñ nonnulli, qui mihi persuadere volunt, fecisse me aliquid dignum auribus eruditorum, atque etiam tantorum Principum oculis: neq; hoc contenti, audent suadere, ut de editione cogitem. Ego rideo, & puto eos iudicio falli, non iudicij culpa, sed nimia, quae nocte quandam offundere solet, amoris abundantia: & dignos iudico hos versiculos, qui perpetuis iaceant tenebris occultati, nedum exeant ad tantam huius saeculi lucem. Itaque valde dissentimus, impleq; mihi rectissime sentire videor. Cuperem igitur meos mihi errores potius indicari ab doctioribus, & acutioribus, aut certe minus amantibus; quando eos mihi videre videor confuse, ut sic dicam, & in vniuersum, non satis distinctè & aperte. Quid ita? an quandam ob negligentiam, vel *φιλαυτιαν* potius, quae nostros parvus paulò diligentius ut examinemus, sustinere vix potest? Itaque etiam atque etiam abs te peto, vir humanissime, ut attentè ac solerter inspicias; &, quod tuo fiat commodo velim, ad me de

tota



tota re diligenter perscribas. Vale Regij Kal,  
Nouembris. M. DC. IX.

## VI.

Eidem.

Parmam.

**M**I Lalatta; Tibi in ius eundem est, ut mihi testis ad sis aduersus Ciue tuum; a quo multa mea præter ius & æquū surrepta fuisse doleo, & queror, & iam litem intendo. Casellinus noster nūdius tertius commodauit mihi Frãtisci Vgerij de expectatissimo Principis vestri natali die, etrusco carmine scriptum Poemation, recentissimis editum typis. Quod eum legissem at tentè ac diligenter, ut huius generis omnia soleo: vidi inter meum, quod superioribus mensibus diuulgauit, & istud Vgerij nihil propemodū interesse aliud, nisi hoc opinor vnum; quod latina ego, & iam peregrina, nostrate ipse itala eisdem profusus sensus exprimitis. Quod vnde factum sit, ignoro: nisi forte quæ ille somniaturus erat, ego præuidi & diuulgauit: ipse quæ diuulgaueram, somniauit.

• Communis equidem Poetarum locus Parnassus: sed præter Phœbi morem & Musarum est, eadem eodem prorsus modo, diuersi præsertim ordinis instillare uatibus. Miratus equidem sum, Vgerium quem de facie non noui, sed quantum è stili granditate, puritate, venustate colligere potui, non minimi uasem pretij; dignatum fuisse è  
meis

meis siccis potius, quam redundantibus riuulis  
 in amœnissimos, & fecundissimos ingenij sui hor-  
 tos deriuare tam multa voluisse. Et ne me pu-  
 tes nulla, quod faciunt multi, accepta iniuria voci  
 ferari, & Deum Fidium inuocare: tu qui vtriusq;  
 habes, vt puto, apud te lucubrationis exemplum,  
 meum inquam & Vgerij; confer si lubet vnum  
 cum altero, & videbis neque ab eodem pu-  
 teo posse aquam hauriri aquæ magis similem. O-  
 mitto epistolam, qua pium lectorem alloquitur;  
 quæ quin ipsissima sit, quam ego prior latinam  
 edidi, in eandem nunc, qua Poema scriptum est, ab  
 eodem conuersa linguam, nemo, qui legerit, infi-  
 tias ibi opinor. Vale Regij Kal. Octobris.  
 M. D. C. X.

## VII.

Eidem. Parmani.

**Q**uid Castor, quid Rollux præ me? imò uerò  
 quid ipse cum suo Pegaso Bellerophon?  
 ita, vt præsens præsentem dixi, euenit. Opta-  
 ta attingi mœnia ante solis abitum. acta, transacta  
 omnia ex sententia. propediem apparebunt lace-  
 rati puelli ense, stilo, prælo. Quid facias? im-  
 maior est plus æquo vester iste Antæus. Hercule  
 aliquo opus, esset, qui medium arriperet, & ; sed  
 nolo cuiquam malè precari. terræ innicitur, & su-  
 perbit: terræ inquam illi aureæ, quæ addit super-  
 cilium, os inflat, pectus, totum hominem. Elegans  
 chara-

character est, fatior, & luculentus: ac non emendatus semper, imò sæpè benè mendosus. Verùm ut politicissimus & emendatissimus fit; an res, quæso, tibi cabri videtur, ut pro eò emendò Parnassus cum Musis venire debeat? Ut matronæ incedunt interdum angustiores, nullis iniustæ calamitatis; sic mea fortasse musa absque istarum lenocinio formarum. At nisi me fallit spes, & promissa apparebunt huius nostri, ut ego appellare soleo, chartarum inferioris; videbis characteres vestris istis non multò deteriores, imò si pretijum spectes, longè venustiores. Inuisi hieri fatidicum Poetam nostrum: deprehendi nonnulla corrigentem menda, quæ sua potius quam Typographi negligentia irreperunt. Dignus est venia; nam diuino illo suo afflatu correptus, & altiora contemptus, minora ista aut non vidit, aut etiam superbe neglexit, tuba illa plusquam Statiana contentus ambas buccas inflare. Deierat perquam sanctè, quidquid potuit huc contulisse se & virium, & ingenij: minimum fit, quod potest, necesse est: tu nosti, apud quem eiusdem sui fecit nescio an periculum, an ostentationem ingenij. Vale, & me ama, quem verum amicum expertus es & officio, & hospitio. Regij. M. D. C. X.

---

**A** Vdio te Romam redijſſe ſat bellè valentem : ſi ita eſt, vehementer gaudeo, tibiq; & noſtris Muſis plurimum gratulor: ſcribo autem, non vt onus reſcribendi imponā ( quare dū dulces & optatas tuas literas?) ſed me tibi rurius in memoriam redigam, quem humilem amicum, & parui hominem pretij ingens illa Romanæ maieſtas aule, & ſublimium rerum cogitatio è mente, vt opinor, planè deiecit. At ſi denuò recipis; vel potius, vt Caſellinus noſter proximis diebus, Regij cum eſſem, affirmavit, ſemel receptum diligentiffimè conſervas; ac propterea ſcire expetis, quid agam, quid mediter; reijcio te ad illas literas, quas proximè ſcripſi, ad x. Kal. Ianuarij, cum Romam, profeſtus es datas. Quod ſi longam epiſtolam adornas, qua me ab eo, quod in illis ſignificavi conſilio deterreas; iſto labore ſuperſedeas, me hercle licet, ego enim pedem non moueo: ſiquidem in dies ea accidunt, quæ me elauis pluſquam trabalibus odioſe huic vitæ affigunt quotidie magis. Quid agas, temporì parendum eſt: cogitabam de vita liberiore, qua ſtudijs præſertim græcis vacare poſſem; non vt in otio & inertia, & ſolitudine mihi vni deinceps viperem; ſed hoc idem publicè docendi munus ad meam, & aliorum paullopoſt maiorem vtilitatem profiteri honeſtius, & fruſtuofius poſſem. Quis quaſo hæc vota

vota damnet? quis reprehendat hanc mentem?

Aliter tamen res, vt video, disponit Deus. Quiescendum, & in qua me collocauit statione, donec volet ipse summus Imperator, manendum: quid enim cogitem amplius de missione, cum noui mihi Tirones ab ipsa natura commendantur, quos in ista vitæ militia deserere impium nimis esset, & prodigiosum. paruorum si quidem nunc suscipienda est nepotum cura, quos aduersa & iam longissima sororis meæ valetudo, eorum matris miserandos reddit. Tu de telætiora nuncies velim, præsertim de valetudine bona & firma, vt quando à meis non possum, ex cuius saltem rebus, quæ mihi non minori curæ sunt quam meæ, solatij aliquid percipere valeam. *Guastalla Idibus Septembris M. DC. IV.*

## IX.

Jacobus Vesalianus Aloyfio Valmaranæ Societatis IESV Sacerdoti.

S. P. D. Ferrariam.

**O**BIIT superioribus diebus vir in nostra vrbe & probissimus, & doctissimus M. Antonius Martellus; cuius comitatem, facilitatem, morum integritatem, doctrinæ præstantiam tu quoque nosti, quo tempore sanè diuturno, apud nos moratus es. Obijt igitur magnus hic vir; omnium lacrymis dignissimus, nec sine communi ciuium dolore. (qui qualem fecerint iacturam, optime

mē senferunt) sed nullius equidem cum maiore, si fratrem, & eius nepotes excipias, quam meo. Amisi enim virum amicissimum, benignissimum, beneficentissimum. ad eum mihi semper liberri- mus patebat aditus: si quid communicare vellē de meis studijs, in quibus præter exquisitissimā legum scientiam valdē excellebat; habebam & paratissimum, & promptissimum: si forte crucia- bar morosa interdum aliqua & anxia cogitatio- ne; ut ijs accidit, quibus est multorum regendo- rum cura commissa; ita me suis & gravissimis, & prudentissimis solabatur verbis, ut domum re- direm omni prorsus ægritudine liber. Eius autē Bibliotheca ornatissima, & omnibus propemo- dum, quæ in lucem prodierunt, seu veterum seu recentiorum libris referta: eruditio omnibus nō minus, quam suo patebat hero. hinc cōijcere potes quantum cum bonis omnibus & studiosis, tum mihi intimo familiari ex eius ad tranquillio- rem vitam discessu, doloris vulnus inflictum sit.

Quod igitur Martellum plurimum & amabā & observabam, non vulgariter amatus; quod ei multum debebam, nec volebam erga ipsum in- gratus videri, sed exire aliquid cupiebam, quo meam in ipsum animi propensionem testatam re- liquerem: dum ruri moror, hanc quam vides in demortui laudem Ectogam, (cum me locus, & tempus ad hoc in primis genus carminis excita- ret) scribere sum aggressus; qua humili stilo, ac simplici caractere publicum Urbis, & meū præ-  
cipuum

cipuum dolorem, illius verò magis peculiare animi dotes attingere conatus sum, cum aliqua etiam memoria Francisci Martelli eius patris, Regiensis Episcopi, sub cuius laudatissima disciplina hic noster moribus, doctrina, eloquentia, & virtutibus omnibus imbutus est, florētissima ætate. Ad te igitur mitto, qui valde amas verūque, & Martellum & Vectianum; me spirantem adhuc, & carissimi capitis iacturam desilētem; illum terribis ereptum, & celestibus gaudijs (ea fuit morum probitate & vitę sanctitate) aut iam fruentem, aut brevi fruturum.

Hęc scripseram, & erant epistolam complicaturus, cum Io. Baptista supervenit, & heus inquit mi frater, vlla ne de me in epistola mentio iniecta est? nulla, inquam, quod neq; necesse est. an tu morbo articulari laboras, ut calamum arripere, & quattuor versus exarare non possis? recte tu quidem mones, loquitur, & faciam libenter: sed vellem abs te quoq; apud humanissimum Patrē meam causam agi. Verum ego nihil addo: nam tu quid velis, quid votis omnibus expectat, quid ardentissime roget, probe nosti. Vale, & ama utrumque, illum etiam iura, si qua ratione poteris, ut voti tandem compos fiat, Regij.

X

I. V. Marcello Lanceo Viro cruditissimo.

S. P. D.

**V**T. aliorum obsequerem voluntati, & iussis obtemperarem, oaus suscepi, ut mihi quidē videtur, Atque grauius. Quae siuere ex me non nalli ( quibus negare aliquid, quod honestum sit, haud facile possum, imò nullo modo possum ) ut meas diuturno iam languentes otio musas excitarem, nec sinerem in communi & maxima ciuium letitia; cum ipsa vobis recta gestire quodammodo videantur ob felicissimum Principis nostri natalem diem; ipsas, inquam, ne sinerem tacere meas, & veluti sibi timentes delitescere solas amicis pudenter musas. & quanquam dixi me non eum esse, in cuius domo diuersarentur ille Divas nec defuturos egregios vates, qui hanc vrbis nostrae felicitatem pro merito decantarent: impetrare non potui tamen, ut me praeteritum vellet itaque sum pollicitus aliquid conaturum me, verum ea conditione, ut si truditis amicis minimè probaretur, quod essem commentus, id mei iuris esset aut cōscindere, aut flammis dare: nec timerem amplius, ut eo me quispiam nomine appelleret. Cœpi igitur mecum cogitare, & venit in mentem illud carmen, quo magnorum Principū natales dies celebrari solent. At quoniam, quae mihi demandata erat, ardua sanè & grauis admodum prouincia videbatur; tentavi prius vires,

37

3

&



& aggressus sum ad parandum argumentum, & quasi materiam ad hoc opus. Feci igitur quod aliis nūquam, ut soluta oratione, poetico tamen stilo, quod versibus postea complectendum putarem, in suas veluti partes id totum prius distribueretur; ea mente atque animo, ut si tibi atq; alijs non admodum multis, quibus notus est cum Parnasso Pindus, argumentum non displiceret, sum denique musas aduocarem: sin minus, inani hoc superederem labore. Id totū quidquid est, quod heri atq; hodie cōfeci, ad te primū mitto, & tuæ submitto cōsue; ex cuius ingenij acumine, prudentia, doctrina, & in hoc etiam studiorum genere multa præstantia totus p̄dere volo. Quid abs te imprimis cupiam non ignoras, nempe ut legas; neq; id tantum, sed diligēter etiam obserues, & quod caput est, liberè ac sincerè moneas pro cādore illius pectoris, si quid à me peccatū, vel potius quidquid à me peccatum est.

Nec est cur verèare, ut mihi iam contextum & absolutum opus aut demittas, aut deformes: non dum illi manum admoxi, materia solum parata, atq; huc sapè festinanter, ut vides, & sine delecta importata. Videndum, an partes quas veluti delineavi, ita dispositæ sūt, & in suo ordine collocatæ, ut addita herōici carminis externa quasi forma, & poeticis coloribus, superinductis, exrare aliquod simulachrum possit, tantorū Principum oculis haud, prorsus indignum. Dolco mihi nunc (nam rheda parata est) cum Alberto Lanceto. videri ornatissimo, tuæ cū proficiscenda

dum, & ibi per aliquot dies immorandum. pot-  
 tuiffem te adire, & vnam atque alteram horam  
 apud te manere, remq; totam diligentius excu-  
 rere. At quoniam id frustra nunc opto, te statim  
 post reditum conueniam, ut quid de ista conge-  
 rie sentias, plenius intelligam. Tu me causa quæ  
 amare plurimum profiteris, hanc molestiam de-  
 uora, & lege aniles nugas, & Parnassi somnia.  
 Quod si tibi paullo quam soleam, impudentior  
 appaereo, qui viro grauissimo has legedi ineptias  
 quos imponere non dubitem; nimiam accusa fa-  
 cilitatem atq; humanitatem tuam, quæ me plus  
 æquo audacem, te penè temerarium fecit: tibiq;  
 persuade habere te paucos, qui singulares animi  
 atq; ingenij tui doctes æquè, atq; ego facio, suspi-  
 ciant & admirentur. Vale,

## X I.

Antonio Quarègo V. Cl. Iacobus Vectianus.  
 S. P. D. Mutinam.

**I**ncidit mihi in manus Poemation quoddam  
 Francisci Vgerij Parmensis, etrusca, ut vo-  
 cant, lingua scriptum, qui Farnesij Principis  
 natalem diem heroico carmine præsequitur satis  
 eleganti. Vbi primum attigi, cœpi, ut soleo, au-  
 dè legere, & quod huiusmodi lucubrationsibus  
 valde delector; & quod cū ipse quoq; nō ita pridè  
 me illud de Estensi Principe nostro diuulgauerim;  
 dispicere volebam, æquod ille poetentem in eadē  
 prorsus re commentum excogitasset. Florissans

NON

ad te morabor, perecurri, & vidi eum ita me cō-  
 pilasse, vt penè nudum dimiserit. neq; enim con-  
 tentus fuit (quod summi honoris loco fuisset)  
 quibusdam in locis imitari, sed meis penè vbiq;  
 etsi diuersa ratione & ordine collectis, insistere  
 vestigijs voluit, vt meum iam non magis meum  
 sit, quàm illius: confer vtrumq; si tibi, videbis  
 hac lacti magis simile non esse. Ego id valde mi-  
 ratus sum, & ne quid dissimulè, homini quoque  
 subiratus, à quo insignis illata Musis iniuria vide-  
 tur. ac impunè non abibit: nam vt aliud nil po-  
 sim, clamabo certe & vociferabor, & furem pro-  
 dam vel apud suos. Ni faciam, quis post aliquod  
 tempus, imò quis hoc tempore (cū editi sui ope-  
 ris diem ac mensem caute, vel astute potius pre-  
 termittendum consuerit) præter vos, qui in ista  
 Aula, & meos Regienses nouerit, illum à me po-  
 sius, quàm me ab illo omnia propemodum esse  
 mutuatum?

Et certè stipes, aut lapis haberet; si, cum mea  
 quæcunq; ea tandem sint, tam impudenter vide-  
 am intercepta, tacerem tamen, & deuorarem.  
 Rogote. V. Cl. pro eo, quātū me amas, vt cum  
 erit commodum, ne graueris percurrere, & loca  
 conferre, ea præsertim, vbi Musæ alternis sibi  
 respondent, choris, fateberis id quod est, quod  
 ad verba & sententias atinet, verūq; satis bellè,  
 ordine etiam alicubi seruato, imitatum fuisse,  
 hoc vno discrimine; quod quos ego sensus latina  
 lingua exprimere sum conatus, eosdem ille Italo  
 expressit sermone, vt mihi quidem videtur, haud

ineleganter. Mitto vnum illius exemplum, quod conferre possis cum meo, si forte ad istam nondum peruenit Aulam etruscum hoc, & recentissimum Genethliacon. Vale. V. Cl. Regij. Kal. Octobris M. DC. X.

## XII.

Eidem.

Mutinam.

**N**on sum nescius, quanti faceres Iuniperam Vicedominam feminam lectissimam, atque inter Regienses matronas ornatissimam, & honestissimam. Quapropter neq; ignorem necesse est, quanto sis, vt mihi quidem persuadeo, doloris icu percussus tu quoque ex eius recenti, & omnium lacrymis deploranda morte, non tam propter mortem, quam mortis causam, & genus. Equis autem cauere possit ab improborum hominum vi, quando huiusmodi capita periclitantur, & pereunt! nimirum verum illud est latinorum Comicorum festiuissimi:

*Qui cauet, vix cauet; qui maxime cauet,*

*Is sepius cautior captus est.*

sed nolo in plaga recenti existere velut vnguis; scripsi pro illa, & in illos, qui vt vitam præ indignatione finire vellet, in causa fuerunt, hanc  
quam

quam ad te mitto, Vir doctissime, elegiam. Scripsi autem nescio an coactus, ac nolens potius, quam libens ac volens: illud, quia deterrebat me eius, quæ laudanda erat, dignitas & amplitudo, casus acerbitas, & hominum feritas prorsus immanis: hoc, quia plurimum debebam nobilissimæ Matronæ; neque illi solum debebam, sed patri merenti, & bonis omnibus, talem iacturam, ut mihi quidem vi detur, acerbè lamentaturis. Hærebam tamen, nec certi aliquid statuerè aut poteram, aut sciebam; cum ecce à Guliesmo Casellino literæ ad me perferuntur, quibus flagitabat, ut hoc seminarum decus ad posteros, si fieri posset, cum aliqua laude transmitterem. Ego verò, qui & cupiebam id antea, nisi viribus parùm filius fuisset, sponte præstare; & talis hæud poteram mandatis viri, quem plurimùm obferuo, non obtemperare: ope à musis, & musarum Duce efflagitata, hæc quæ vides carmina, pauca & leuia, ad eum nisi satis properanter. volui scilicet literarum tarditatem (quæ decimo tandem post die quam scriptæ, mihi reddita sunt) subita scriptio compensare. Excusabis igitur, nisi rem tractavi satis aptè, satis decenter pro facti indignitate, sceleris magnitudine, & doloris acerbitate, quo affecti, & penè confecti sunt; qui amabant Matronam primùm amore dignissimâ, ciues propemodùm videri. Vale, & Vestianum tui tibi addictissimū ama; si te ab eo coli, & obseruari nō ignoras Guastallæ xv. Kal. Aug. M. DC. xj.

## XIII.

Eidem.

Romam.

**E**N literæ à Mascardo, tuo prius quàm meo, quod ab iisdem, quas mitto, literis dispicere poteris. quanti te, & tuam doctrinam faciat, quàm vehementer optet, eam quæ inter te & Patrum suum Iosephum Mascardum olim intercessit, amicitiam & necessitudinẽ cum debita erga te obseruantia renouari, non ego meis medijs, quàm ille suis facit, exprimere verbis possim. Quæ mihi de talis ingenij dotibus à Ricardo narrata non semel, en vt probat egregiè hæc vna scriptiuncula; è cuius, vt sic dicam, olfactu eruditionem, & scribendi candorem, atq; elegantiam colligere quiuis facile potest. Nodus igitur hic erit benevolentix quinque funiculis in posterum quasi Gordius intertextus; abs te primus, ab Ricardo alter (nam te magni facit, & amat plurimum Ricardo: has eius ad me literas vide) tertius à Scalabrino, à Mascardo quartus; à me si vultis, & tanti reputor, extremus, vt parum firmus & malè inhzrens, ita vestris coniunctus *ἔχρηστος, καὶ ἀπηνυκτος* futurus.

Plura vellem, sed impediior angustijs temporis: equum insecensurus est ex hoc Collegio quidã seruus, qui negotiorum causa ad urbem prope-  
rat. Tu breuitatem excusa, & silentium apud Scalabrinum, quo vtor iuuat. Cogitate quam  
mei

mei iuris non sim ob eas, quibus distincor affluere  
discendi & docendi occupationes. Quæris, num  
huius me vitæ conditionis pœniteat? manus tol-  
lo, & gratias ago, cui debeo: nunc denique vivo.  
Quærege, nunc vivo. Tu idem vt facias, & te  
bellissimè conserues, frustra moneam probè cal-  
lentem, quæ vera sit vita. Flauio tuo ex fratre ne-  
poti, Canonico, & Pontificis cubiculario, à me  
velim plurimam, & officij plenissimam salutem  
nuncios. Item Paponcio, Benedio, & Lancedo,  
vt hic aut ille te prior iuuiset: ne sibi, quæ auli-  
corum æmulatio est, alter alterum præpositum  
doleat: quanquam is, qui meus ciuis est, vtrique  
cedit, vt debet; ex illis alteri fortasse alter, vt de-  
cet. Estis Cardinalis Patroni nostri Tiburtinos  
hortos spectavi, at nõdũ magnificētissimas ædes.  
eos igitur solũ vidi, & miratus sũ artis miracu-  
la. quid dicam? quod olim disertissimus Muretus:

*Omnia deprendi longè superantia famam.*

Vale Tibure III. Iulij.

XIV.

Eidem. Romam.

**E**git mecum per literas (quas nudius sex-  
tus accepi.) & summis rogauit precibus  
Clementiai Collegij Rector Augustinus Prose-  
rus

nus vir grauiſſimus, cui plurimum debeo; vt aliquid poeſticè, at properanter ſcriberem de Virgine in Cælum abeunte, his me includens cancellis, vt de cœleſti triumpho nihil attingerem; at liberum ad ſpatiandum campum illum Oratori relinquerem. Parui ego (nam qui aliter poteram?) & ſcripſi tumultuarium hoc, quod heri ad illum, nunc ad te mitto carmen. Quaſo te, vir doctiſſime, eò tu accuratiùs ipſum lege, quò ego celerius ſcripſi, nempe quattuor non integro dierum ſpatio, vrgentibus quas mihi præſcripſit, neque vnius hebdomadæ anguſtijs: narrant publicè recitandum ſolemni illo die. monè igitur ſi quid eſt, quod ferri non poſſit, per tuas aut Scalabrini literas; ſed per tuas, ſi potes, quas nè quid diſſimulem, ardentiffimè cupio. nam ſi quis neget, me tui obſeruantiffimum eſſe, te, quod profiteris, amantem mei; quanam id ratione probare poſſim? Aliquid igitur abs te cupio, vt veluti per ſyngrapham cum ijs agere poſſim, qui me fortè, vt fit, iſtius tuae tanquam falſæ beneuolentiæ inſimulare velent.

Vti te ſat commoda valetudine puto; Scalabrinus certè ſpem iniecit ſuis ad me literis, quibus nil aduerſi nūciauit: equidem per hæc tempora remittere ſolet is morbus, qui te iam nimis diu, & acerbè cruciauit, immeritiſſimò. Ego te! & bene valentem, & in iſta etiam ætate robuſtum videre vt ſummopere

cu.



cupio, ita spero maxime; & si audiunt celestes M<sup>u</sup>æ, & verus Apollo suorum cultorum vota, id me consecuturum certissime credo.  
Vale. Ameriæ. XVII. Kalend. Sextilis.

X V.

Eidem. Romam.

**N** Vdus tertius ad Scalabrinum scripsi, & excusavi vvas passas nondum missas, quod is abesset, è cuius liberalitate liberalis futurus essem. Heri commodum venit, & statim misit, atque en ego ad te. Illi ob manuscriptum multam debeo, mihi tu nihil, in cuius are sum nimis grandi. tuæ valetudini si forte proderit is fructus, vt sperare te ais; mirum quantum his debebo collibus, qui tulerent, & ipsi Baccho, tam bonas tam felices vites qui fouet. sed audi: hucusq; fama attulit, a manuele tuo malleum tibi fregisse *καλλοπέρον κατενέγκοντα ὑπ' ἀπειρίας τὸ σφράγισμα* te illi valde iratum: ne vltterius tibi sauiat in pectore ara, & amara bilis, en hunc ad te mitto ex his montibus, & arbore dulcissima, qui samen durabit, opinor, ad rous impingendos. At ne tibi Scalabrinus innideat, en & ad ipsum mitto alterum, quando vos audio ambos *πικροδύου* esse. Ama me Quarenge, vt facis, & foue ami-

bi-

bitionem meam, da interdum aliquid versuti aus  
 literarum, chartacea munera, quæ ostentare pos-  
 sim, & mihi de tua benevolentia placere. at scis  
 quid mihi ita non pridem pollicitus es? ut de tua  
 non modò (quæ mihi tamen instar omnium esse  
 potest) sed aliorum quoque amicitia doctorum  
 hominum gloriari aliquando possim, Vincentij  
 Contareni imprimis, & Lollini Episcopi. Si vide-  
 bitur, & eum videbitur, ad illos scribam, & in  
 eorum me clientelam tradam, te optimo & gra-  
 uissimo conciliatore. De me si quid audire vis,  
 hæc habe. Amici domum iam pridem inuitat, sed inui-  
 tat, nõ trahit aurea illa, qua opus esset, ætens. ea  
 eni Hercules Gallici quæ loco fuit, me ne tantillum  
 quidem mouere possit; quando ego quoque eius  
 vsum in alios irritum sum expertus, & experior  
 in dies magnis fuit olim cum aliquid potuit &  
 Gallia; nunc Hispania ὑπερείχεται, nempe;

*Aurcus ille arios phryxæo vellere splendens.*

*Omne sed amoto dicamus seria ludo.*

Honestas ego magis, quàm opulentas condi-  
 tiones sequor; nisi si, quod mallet, coniungere  
 utrasque possim. In patria vitam degerem sanè  
 libentius, quàm foris per aliquot annos, meorum  
 potius quàm mea causa: nam si meum votum re-  
 quiris, te vellem, & Romam, nil amplius. sed ex-  
 cus ille, & pallidus, & distortus Luciani Plutus,  
 qui τὸν Ἀριστίδην καταλιπὼν, Ἐπιπολίῳ καλλιῶ προ-  
 εἶπε in me tamen, εὐδὴ ὀβολοῦ ἄξιον, nõ dum incidit  
 nec incidet opinor, nisi aliquis Iuppiter immit-  
 tat, vel inuitum.

De

Epistolarum Select. Pars I.

19

De incis studijs hac habe . Orationem quam scripsi, & habui pro studiorum initijs auspicijs, excepit longa in Virgilium prælectio, & disputatio de Aeneidos principio; hanc carmen D. Nicolao sacrum: id rursus altera, quam hunc eudo, oratio Viris publicum regimen curantibus mœx habenda, quibus rerum summa in duos menses demandata: Magistratus illi valde similis, qui Rebelio traditus, nisi quod ille in toto consulatu prandere ne de sua quidem potuit; hi quotidie, & lautè, ut audio, imò seio, prandere de publico volunt. Vale.

XVI.

Eidem.

Romam.

**H**Anc mihi veniam concedas velim. V. Cl. ut pro latinis carminibus, quæ in Ludovicianos hortos lusisti, latinam epistolam dare possim .i. ne indigneris, tuis tam sublimibus Musis, atque alto incedentibus cothurno humilica, & pedestres meas obviam procedere, ac fasces submittere, tamquam Prætoris ministras majori Magistratui, imò celsissimo Dictatori. Tu in Latio, atque in ipsa regnas Etruria? ego tuam quasi Aulam frequento, & coner interdum, si quid possim, quod tibi, tuiq; similibus primas occupationibus sedes non displiceat: atque illis præsertim oris delector,

tor, quæ te admirantur, & Tuscia relicta (cuius vix fines agnoui, interiora nō cognoui) istam magis remotam, & quasi peregrinam sequor linguâ: temerè fortasse, at cū aliqua potius laude, quàm reprehensione. nosti. n. illud Mevaniensis Vatis

*Quod si deficiant vires, audacia certe*

*Laus erit in magnis, & voluisse sat est.*

Carmina igitur tua legi, & admiratus sum tam cultas in ista ætate musas, quæ adeo non elanguescant, vt potius vigeant in dies magis. De Clementino Collegio quod scribis, gratissimum fuit audire: illud gratius, amari me ab omnibus, mirificè à Rectore, quicum de me, vt ais, honestissimos habuisti sermones: nec dubito, quī tua illa Pytho, quæ mihi semper fuit, in maiore me apud illum etiam gratia posuerit. De Albertino neq; tu verbum, neq; ipse literam. an ad insaniam adegī, qui decem illa inficiatus sum Romana scutata, aceruo non adficienda? ita planè factum puto. Sumus in ecclesiastico Interregno, quod iam puto nosti: nudius tertius magna pompa magnum Præsulem extulimus Rangonum nostrum. Hodie supplicationibus per urbem, & solenni sacrificio ritè factis, Deum rogauimus pro futuri Antifitici electione. scis quem volunt omnes? quem exoptant, quem votis poseunt, & futurum predicant? Illustris. Cardinalem Estësem. Veinam Deum exorent: mihi nil videtur longius, quàm (si temè id futurū est) hanc Ecclesiam videre tanto exornatam, & honoratam viro Principe. Vale & me ama,

ama, ut iam pridem cœpisti. beare etiam ne desine cultissimis scriptionibus tuis, quas & ipse lego summa cum voluptate, & legendas trado eruditis viris, Musarum cultoribus, & tibi Viro doctissimo addictissimis. Regij. VIII. Idus Septembris.

---

## XVII.

I. V. Bernardino Baldo V. Cl. Guastallę Abb. S. P. D. Vrbinum.

**Q**UOD superiore anno, & his proximis mē-  
 bus quædam ad te carmina miserim lati-  
 nē scripta, non ideò factum existimes V.  
 Cl. quòd putauerim digna, ut à te optimo in  
 ytraq; lingua vate probarentur, aut etiam lau-  
 darentur. non enim me tanta *φιλανθία* habet, ut  
 non dispiciam, quàm parum comode, imò quàm  
 parum interdum latinē scribam. Illud igitur,  
 cum scripsi, mihi propositū fuit, ut aliqua, modò  
 honesta ratione in tuū me insinuarem beneuolē-  
 tiā; ex qua deinde nō minus existimationis, quàm  
 vtilitatis in re literaria percipere possem. Quod  
 quando ex tuis ad Virgilium Ghisulphum literis  
 consecutum me video; dici non potest, quàm  
 iucundè, quàm hilariter viuam. & quamuis in-  
 ficiari non possim, tuas me ardentissimè olim,  
 & nunc etiam ardentius literas exoptare, mee

in-

in te obseruantia, tua in me beneuolentia quasi  
 testes futuras: tibi tamen ne incommodum, onus  
 rescribendi imponere haud volo. etsi quodnam  
 in commodum tali Viro esse possit ad amicum  
 hominem, vel nouum potius clientulum familiā  
 riter scribere, quando nihil esse tibi iucundius  
 quam scribere, doctissima edita scripta testatur?

Et ne fortè putes, me inanis cuiusdam glorio-  
 la causa id cupere, vt Guastallensibus tuis osten-  
 tare possim, me tua, quasi dignus sim, auctum  
 esse atq; exornatum amicitia (vide hominis con-  
 fidentiam) aut silentium indico, aut tuas literas  
 ea lege expecto, errata vt mihi demōstres mea: nā  
 cum vnum, atq; etiam alterū in versibus ipse de-  
 prehenderit, pluribus eos scetere iure suspicari  
 possum, imò debeo. ea igitur mihi indicari ab  
 te velim, & illud præterea, vbi aliquid minus re-  
 ctè dixerim, minus decorè, præsertim in subitā  
 illa, quam proximè mihi, carminum factura. Hæc  
 summa est: non vt me laudes expecto, sed vt emē-  
 des, & moneas senex iuuenem, doctissimus  
 parum eruditum, poeta eximius versificatorem,  
 talem mihi à tua, cuiq; similitum amicitia fructū  
 expecto; & hoc vnum imprimis est, quod me  
 tuis iam pridem virtutibus additum, habere per  
 petuò deuinctum potest. Vale Guastalliz.

## XVIII.

Jacobus Vestianus Ricardo Hesio è Soc. Iesu.  
S. P. D. Placentiam,

**A**Go tibi gratias, Vir religiosissime & doctissime, de grāmatices tuæ Compendio, quod ex Aluari vt absolutissimis, sic, vt nonnullis videtur, paullo plenioribus & longioribus præceptionibus, pulchrè admodum & ingeniosè cōcinasti, prudenter digessim, tribulq; distinctum partibus perfectè absoluiisti; vt discētibus, imò & docentibus compendiaris, facilis, apertaq; via esset ad prima latinæ linguæ rudimenta aut tractāda, aut percipiēda. Primam illius partem satis festinanter legi, non tam docendī quā discendī munere occupatus: discendī inquam, literas græcas, quibus te non minus, quā latinis instructissimū esse intelligo de tuis sodalibus, & meo fratre. Mirificè arripit ille ordo, quo vteris, minuitiora quædam & nimis trita præteriens, selectiora inferēs & reconditoria; necessaria haudquaquā prætermittens. mihi videre videor in adorationibus græcos potius te, quām latinos imitari grāmaticos: præclarè omnino, namque post nōminum & verborum inflexionem, scitu ac notatu digna apponere & commodum est, & valde vtile. Itaq; munusculum accepi vt mole paruum, ita pondere & pretio magnum; hoc est multa repletum, quā

C

leua

leui manu disseminas, haud ostentas, eruditione,  
Tanti faciam, quanti par est: & multum sanè hoc  
tibi nomine debeo, qui me hominem ne de facie  
quidem notū tam venusto, tam elegāti libello do-  
nare volueris. Vellem posse paria paribus; sed  
vellem, vtinam et possem.

At interea dum aliquid cudo ego quoq; sin-  
gulari, qua te in primis contentum fore scio, mea  
in te obseruātia istā tuā liberalitatē compēsabo;  
cogitaboq; non quomodo ab eo, quo iā suauissi-  
mè vīctus abs te teneor, vinculo me exoluam: sed  
qua ratione tibi magis magisq; in dies obstrin-  
gar. Quapropter commendo tibi quātum maxi-  
mè possum Io. Baptistam fratrem meum, tuæ di-  
sciplinæ in græcis præsertim literis alumnū futū-  
rum. Magnum nescio quid ab illo expecto: non  
quod istud ingenium supra ingenia; sed quia in  
literas maximè propensum noui, & eos nactum  
video viros, à quibus linguarū proprietatem, cā-  
dorem, & elegantiam non addiscere, hominis est  
prorsus ingenio carentis. Non multis vtar ver-  
bis, quò eum etiam magis commendatum habe-  
as, qui sciam illo prædicante, & per literas mihi  
id frequenter indicante, quanta illum beneuolen-  
tia complectare. Vnum illud dicam, etsi te scire  
arbitror: quidquid in illum contuleris operæ, la-  
boris, ac studij, in ipsam Religionem tuam, ad  
quam ille votis omnibus adspirat, collatum te  
esse. Vale Vir doctissime, & me, quem tuis mu-  
neribus ignotum hominem cohonestare voluisti;

ama-



amare incipe amore non vulgari. Regij XVII.  
Kal. Januarij M. DC. X.

Ricardus Hesius è Soc. IESV Iacobo Vestiano  
S. P. D. Regium.

**G**ratias mihi agis, Vir admodum reuerēde,  
de Compendio, quod neq; expectabam,  
nec fuit opus. Dederā equidem fratri, qui  
mitteret, sed eo animo, vt tanquam suum: literas  
non addidi, tum ne respōdendi necessitatem tibi  
imponerem tali viro, ac tam occupato; tum quia  
libellum omnino non putavi tanti. Sed o singu-  
larem tuam benignitatem! non solū grato eum  
animo accepisti, sed etiam è summis occupatio-  
nibus eripiendum tibi aliquid temporis putasti,  
quo elegantissimè suauissimèq; scriptis literis  
id declarares. Narro tibi, puduit me, cū sunt  
reddite, causam tibi fuisse molestiæ: sed quoniam  
ea ratione simul & te nosse mihi contigit, qui vir  
esses, & de Compendio quid sentiret, prope est,  
vt dicam, tanti fuisse. ostendis placuisse: id si ve-  
rè, & ex animo dicis (qui autem vel suspicari  
aliter de musarum cultore, & candidissimo in-  
genio aut libeat, aut possim?) gaudeo cū alio-  
rum iudicio non postremæ notæ hominum con-  
sentire tuum. minus enim iam mihi displicebit,  
si tibi, aut tui similibus placebit.

Parma ad me scribunt nostri, cū primū Me-

oia!

C 2

dio-

diolano est allatum, auidè lectum esse à multis,  
 & vehementer probatum, qui hoc scribunt, ami-  
 ci sunt; qui probant, erudici: vt non putem aut  
 hos temerè iudicare, aut illos quicquam auribus  
 meis dare, præsertim cùm videam ab iisdem ac-  
 cersita esse exemplaria ad centum. Pluribus ar-  
 ridere si cœperit, addam fortasse nonnulla in syn-  
 taxin per speciem annotata, vt non modò pueruli  
 habeat, quo iuuentur, sed etiam paullo iam pro-  
 uectiores. nihil dum cœrit, dies consilium dabit.  
 Interim & tu græca istis, quod facis, hauries; &  
 ego hic fratrem in eodem studio, quantum pote-  
 ro, adiuuabo: quem quidem adolescentem mihi  
 quod commendes, nihil est. Commendauit illum  
 abundè iam pridem & sua modestia, & religio-  
 nis amor, & ingenij bonitas, & ardens lite-  
 rarum studium, & quo ego mirificè delector,  
 maximus animi candor. ita fit, vt & mihi sit ca-  
 rus, & ametur ab omnibus, & sperare liceat fore  
 eum talem, qualem & tu expectas, & Societas ver-  
 tit. Saluebis à Patre Iuone Bellais. Vale mi Ve-  
 stiane, & pro Ricardo iam planè tuo Deum de-  
 precare, si me id, quod promitto, mutuum  
 facturum tibi persuades. Placentia, IX. Kal,

Iaco-

## XIX.

Jacobus Vedianus Ricardo Hesio.

S. P. D. Placentiam.

**R**edit ad vos frater meus serius, quam ego volebam, & ipse debuisset: in causa fuerunt eius ineptiæ, & ut verè dicant, puerile ingemū. Cur enim isthæ, & qua de causa tam cito præsertim abs te est virò, ab isto literarum, & literatorum Musæorum quid mihi narrat patria desiderium, aut me? leuis est admodū, atq; inanis curæ. An tantum nobis est à nostris prædijs census, ut possit istam terere non exigui sumptus viam, & aliquo veluti reflāte vento remitti iter, quod paulo ante confecerit? nescio quid de scabiæ, de purgatione commentus est, meras nugas. Tandem noui tum ex ipso, tum ex Patris Iuonis Bellaie aculeatis literis, quibus valde cōmorus sū: quod quæstus est de longiore eius mora, de diuturno silentio, meq; pupugit sanè acriter, quasi aliqua ego catena deuinxerim, atq; Herculis visculo inserto; retenturus fuerim vel insaitum: quod adeo molestè tui, adeo acerbè, ut in vita nil molestius senserim, nil acerbius. Rescripsi tamen, & me illi paulò fortasse, quam debebā, asperius purgaui. Sed ille cum mea iracundia disputare noluit, ac propterea hortator fuit, ut remittere, quod facio ad studium Rhetoricæ, ad literas græcæ, ad pietatē.

C 1

ta.

tatis & religionis officia plenius haurienda!

Ad vos igitur en iterum redit, quos omnes rogatos volo, ut si aliud non vultis, excusetis ztatem. Per hos dies, quibus apud me fuit, nec pietatis, nec bonarum artium studium deseruit. Ad græca amplectenda sum paullo duriorum expertus, & opus fuit calcaribus ad excitandum; ut à colligendis latine lingue floribus freno fuit veluti quoddam coercendus: nec certè id ea gratia feci, quod talem in adolescente solertiam atq; industriam minus probarem: sed quod, antequam religiosi Tirocinij gratia libros seponat, in multos menses, græcis quoq; in literis aliquem progressum vellè faceret, te Doctore. Hanc ab eadem causa, vir religionis fissime, ita eum tibi rursus commendo, ut maiore studio commendare non possim. Velim græca sic tractet, ut illi expectationi respondeat, quam habeo de eius ingenio neq; hebeti, neq; omnium, quæ literis excoli solent, ingeniorum tardissimo. Vale. Regij XII. Kal. Iunij.

Ricardus Hesius Iacobo Vestiano,

S. P. D.

Guastallam.

**Q**uas ad me XII. Kal. Iunij dedisti literas, eas ego postridie demum Nonas accepi. Frater si redit, & xquo animo paratoq; redit, gratum. Discedendi à nobis quæ fuerit causa, nec quaesivi, nec putavi meum. Quotiescumq; dis-

sci-

scipulos habui, semper ita censeui, de discessu, aut  
 mensione ipsos pro suo quemq; arbitrio statuere  
 oportere: ille, cum à Patre Iuone traditus mihi  
 in disciplinam esset, accepi libenter; docui ut mihi  
 visus sum, humaniter: fuit hic ita, ut voluit, quam  
 diu voluit. Postquam vel Placentini cæli, vel  
 nostræ consuetudinis, vel græcarum literarum  
 sedere hominem cœpit, reliquit nos repentinò,  
 atq; istuc iter arripuit, non retinui scilicet; quæ  
 enim ratio iuuitum? dimissem ægrius, si aut se-  
 niò dare operam græcis literis voluisset, aut ul-  
 lam mihi vel mediocri profectus spem unquam  
 attulisset. Sed animaduertentem ab hoc studio  
 genere esse cum alieniorem, & potius fratrem  
 ne offenderet ad me ventitare, quam quòd toto  
 pectore sibi in has literas incumbendum putaret.  
 Non dubito, quin futurum aliquando sit, vehe-  
 menter huiuserrati hominẽ ut pœniteat: sed for-  
 tasse, cum iam serò sapient Phryges, καὶ ὅτε οὐδ' ἐν  
 παιδείᾳ αὐτομένῳ. quid facias? ita ingenia sunt  
 adolescentum; feramus. Illud solari nos pe-  
 tet, quòd in latinis egregiè se gerit; quòd in mo-  
 ribus is est, quem volumus. Vale, & illum saluere  
 à me plurimùm iube. Placentiæ, VII. Idus Iunij.

Iacobus Vectianus Ricardo Hefio.

S. P. D.

Placentiam.

**A**D te nō redit amplius, Ricarde, frater meus. quid ita? an quia Placentinum cælum, aut vestram consuetudinem, aut literas græcas procul habere decreuerit? caue horū aliquid suspicere: meliorem, sed arctiorem vitam securus est. Abdidit se in Nouellariense Collegiū vestrum, si se vobis approbare, dignumque ostendere possit, quī post paucos mēses in istam Societatem cooptetur, vester futurus, imō potius Iesus. Ut paucis multa complectar, vide quæ acciderunt, postquam proximas literas ad te dedi, il ū etiam paullo post daturus, nisi ē vestris. susores aliqui fuissent, ut quando tandiu moratus esset, vānum etiam atque alterum diem expectaret, si forte qui huius Præfatus est, intra biduum adesset, quod sperabant. Distulit igitur consilium de itinere, me in primis hortatore. hoc biduum moraturus, & ille affuit in tēpore. Quapropter Nouellariam confestim petiit, ad genua procidit, vestes exosculatus: orare cœpit, nec destitit, donec exorauit. Itaq; consecutus est, quod ego quoq; vehemēter optabam, sperare nō audebam, cum semper illud responsi tulissemus; expectandū, donec remitterent calores, Sed ipse perfricta fronte (adolescens alioqui, ut scis, modesti-

sti.

stissimus) non semel aut b. s., sed ter & amplius eo accessit consilio, vt omnem moueret lapidem, quò illum etiam moueret, vt re vera mouit.

Quibus autem lætitijs incesserit, cum intellexit, non vt. antea se repulsam tulisse, sed perhumaniter ad probationē exceptum fuisse; nisi ipse animo & cogitatione percipis, ego verbis exprimere nullo modo possum, Narro tibi: per tres aut summam quattuor dies, quibus apud me fuit, penè inedia & nimio gaudio confectus est. Heri tandem sub vesperam vno me comite Nouellariam properauit, seq; intra illos diu exoratos, sanctosq; parietes conelussit lætitiæ plenus, & sui iuris, vt dixit, haudquaquam futurus amplius. Tãtũ autem abest, vt ego aliquid molestiæ senserim, quod plerique solent, ex subito & strepẽtino illius à me discessu; vt summam potius voluptatem ceperim, & in dies capiam magis quòd sic amiserim. Vtinam autem qui talem ipsi, vt reor, voluntatem immisit Deus, eam quoque viriũ firmitatem largiatur; vt si non admodum graua, insueta certè religiosi Tirocinij munerã, atque onera subire alacriter, & egregiè sustinere valeat. Id attem ne valde pertimescam, facit sũma eius Collegij Rectoris Ascanij Maratij prudentia, & mira dexteritas in huiusmodi adolescentiũ animis tractandis, & ad veram pietatem dirigendis. qui quidem, vt humanissimus est, & suauissimi Vir ingenij fratrem etiam meum præcipuo quodã amore prosequi se, non obscure profetur. Vale pridie Non. Iulij.

Ki-

Ricardus Heſius Iacobo Veſtiano  
S. P. D. Guaſtallam.

**F**Ratrem in Domum probationis receptum ſanè lætor; & eò magis, quòd præter ſpem. Verebar enī, nec hoc anno aditus nō pateret. multa concurrebant ſimul, quę mihi hūc metum auerent. Nunc eſt quod & mihi gaudeam, & illi gratuler; ita tamen, vt omnem de illo metum eiicere ex animo non queam. mouet me hoc anni tempus; terret Nouellarienſe Collegium, ſi minus peſtilens, at certè per æſtatis calores infeſtum, ac periculolum cū omnibus exteris, tum præcipuè ſocietatis Tironibus: quo etiam difficilius adduci ſolent noſtri æſtius menſibus quęquā eò vt mittant. Animaduerſum eſt videlicet plerisque, qui alieno tempore illuc ſe abdere voluerunt, non paruo id ſtetiſſe: vt verear, ne præpropera hæc Io. Baptiſtę in eum locum proſectio non fatiſ cauta fuiſſe videatur.

Sed quid ego hæc & ſerò, & fruſtra? aut quid animo tam triſtia, ac fortaiſſe vana præcipio? Placeat igitur illud, benè potius vt ominemur; & cum difficillima cogitauerimus, ſperemus tamen optima, feramus quęcunque erunt. Deum ille eſt ſecutus? à Deo expectet, quod in rem maximè conducat ſuā. Nos tamen interim benignū Dominum præcari ne deſiſtamus, vt poſtquam optimam a doleſcētulo mentem capeſſendę religio-



gionis iniecit, animum quoque & vires ad sustinendum Tirocinij onus suppeditet; ex quo quidem ille si incolumis emerferit, ac firmum sese nobis, id quod optamus, crediderit, hoc tibi confirmare audeo, magnū illum in Societate, atque, excellentem virum esse euasurum. Non loquor temerè. multa hoc pollicentur, quæ inesse in eo vidi, ingenium, memoria, iuditiū, industria, alacritas, animi moderatio, & quod caput est, pietas; alia sexcenta. Utinam modò sibi ipse temperet, animiq; contentionem his duntaxat initijs adhibeat eam, quæ sit moderata, & pro ætatis captu. Tu vale, & si qua fortè dabitur occasio, meo illum nomine saluta. Placentiæ XVI. Kalèd. Augusti.

X X I.

Jacobus Vestianus Ricardo Hesio.

S. P. D.

Placentiam.

**N**ullo modo cōmittere debui, ut ad Excellentissimum virum Iacobum Antonium Macinum scribens, aliquid ad te literarū ne darem, cui me non ita pridem totū addixi. At quid in hanc inferciam epistolam? nihil propemodum venit in mentem dignum scriptione, dignum lectione. sed dummodò aliquid sit, leue licet ac pusillum, epistolæ committatur. At mane:

ne: nescio quid occurrat de studijs (in quibus tu excellis, ego notandum attingi, aut segnitè admodum, & leui, quod arunt. brachio tractavi) studijs inquam græcis, omnino tuis. Est in hac Aula, cras equum, ut ait, aut summum perenditè conscensurus, homo Belgæ, & ni fallor, Brugensis, magnè olim Lipsij, proximè Puteani, & vestrorum etiã, qui in illis partibus sunt, Patrum frequens auditor, vir multæ eruditionis in humanioribus literis. Is cum ad me venisset, & multa de cõmuni- bus studijs communicassemus, audiui rem mihi nouam, multa è græcis elementis non ita pronũ- tianda, ut nostrates Grãmatici præcipiunt: idq; sè tum à Lipsio, tum ab alijs multis apud Belgas didicisse, præsertim verò ex Adolphi Meierker- chij libello, de veteri linguæ pronuntiatione. affirmavit enim, pronuntiaudum tamquam *e*: non contrahendum in *æ*, sed sic propemodum pronuntiaudum *ei*. ut apud Virgilium Aulæi, Aquai. Idem quoq; dicebat de reliquis diphthõ- gis, & alia multa quæ, ne sim longior, omitto. Ego verò, qui discipula hac quoque literatura leuiter esse tinctus, & hereo nostros ne Grãmatices libel- los, an illorum potius, quos mihi narrauit, gra- uissimorum virorum auctoritatem sequi debeã: nihil certi constituere prius volui, quàm tu, vi- ri in vtraque lingua doctissimi, iudicium exqui- rërem, quod facio, teq; rogo, ut mea causa hoc quidquid est in rescribendo laboris suscipias, meq; de tota re, cum erit commodum videlicet, dili-

gen.

genter admonetas.

Sed numquid adfers, inquis, de fratre noui? etiam: semel, atque iterum a me visus est, nec multis ab hinc diebus: atra tunica, & toga manicata indutus, libuit exclamare; Quantum mutatus, ab illo? in melius, non in deterius. Nec loquor de homine interno (id vestri norunt scilicet) sed de vultu, & facie rotunda ac nitenti. militiæ spiritualis Tirocinia, ut narrant, egregie possit, laboris patiens, & cæli, & reliquarum rerum quantum, quæ tibi metum aliquando non temere iniiciebant. Vale Guastallæ IX: Idus Nouemb.

Ricardus Hesius Iacobo Vestiano.

S. P. D. Guastallam.

**O** lucundas mihi tuas de fratre literas! cum ad Tirocinium ille tam alieno tempore, verbar, ne quid minus commodè: nunc gaudeo, quod recte omnia, de quibus eo cum ipsi, tum etiam tibi gratulor. Idem facerem de Belga isto Lipsiano, si diutius tibi frui tam erudito, ut scribis, viro contigisset. Multæ, ut puto, in homine interiores ac recondita literæ, qui tam diu operam Lipsio: in grecis miror, tanti viri discipulum esse rudiores. De *nas*, & id genus aliis me auctore contempnas licet. Scio ego esse illa, quæ in Mejerherchij sanè erudito de veteri pronuntiatione linguæ græcæ libello, olim non sine admiratione

le-

legi: etiam illud memini audisse me ante aliquot annos Patavij ex ingeniosissimo, & magnę eruditionis adolescente N. N. apud Basilienses, cum in eadem esset hæresi, publicè suos ita docuisse, alios præterea nonnullos. Verùm, ut eorum quamvis laudabilem conatum hac in re pro vitili iurare, adduci nunquã potui. Mouvit me primum rei ipsius difficultas in tam communi, tam inueterata consuetudine vincēda: deinde inanis labor in eo, quod neutram in partem vel tantillũ scimus interesse. Itaque semper malui cum tota penè Europa in mari hoc incerto sine vlllo periculo leuiter vela flectere, quàm cum paucis rectũ cursum tenens in scopulos impingere, & naufragio facto ridendũ me ceteris propinare: præsertim cum animaduertim ipsos etiam grecos, qui quidem benè loquũtur, ab hac nostra ratione nõ multũ abhorrere. Audiui ego ex his nõ paucos; Romæ Gulielmum Sirletum ex magna Græcia, virum vnũ omnium eruditissimũ: Bononiæ monachum ex monte Atho, qui optimè atq; elegantissimè loquebatur; Venetijs quẽdam Tenium, hic Placetiæ Lacedæmonios, alibi alios. Tenio illo excepto, & vno atque altero Crætesi, nihil vnquam, aut certè perquàm parum sensi, in quo ab illorum pronũciatione mea, hoc est, communis hæc nostra discreparet.

Placuit hæc M. Antonio Mureto, qui mihi vnus est pro centum millibus: placuit publicis linguæ græcæ in Gymnasio Romano professoribus, pla-

cu-

cuit harum literarum peritissimo ac studiosissimo Antesignano; placuit summa doctrinarum omnium laude florentissimis viris propemodum innumerabilibus: quorum ego in numerum, si assequi possim, aggregari me malim, & in hac celebritate viuere, quam cum istis antiquarijs in tanta solitudine relinqui. Tu si idem feceris, meo quidem animo non longe erraris. Nihil precipio: quis enim ego, qui tibi? quærenti quid sentirem, animum aperui meum. Quid faciendum tibi putes, & quid maximè ex usu sit, optimè scilicet ipse iudicabis. Vale mihi Iacobe, & in propitiando mihi tuis precibus ac sacrificijs Deo perseuera. Placentia. postridie Idus Nouemb.

---

Ricardus Hefius Iacobo Vestiano

S. P. D.

Guaftallam.

**Q**uod timuisti, euenit: aduersa valetudine conficitatur, & nisi quid tu apud Deum vides, propediem tibi fuerit is, què ex literis amas. Quo morbo laboret, quæris? leui, sed tamè, ut puto, periculoso: multa eius rei signa, non minimum, quod fatiscere ab aliquot diebus totum corpus videtur. Medicus neque mortem propinquam denunciat, neque comodiorem valetudinem pollicetur; à medicamentis abstinet, ut ait, non tam propter ætatis grauitatem, quæ tamen & ipsa mouet, quam propter confecti laboribus corpusculi labefactatas vires, quas ego quam

quaquam propè amisi, quemadmodum recuperem non video, præsertim ἐν ἀλποφίᾳ: huc si accesserit καχεξία nūquid est causæ, quin brevi sequatur φθίσις? ego tamen & sustento me, ut possim, & eo sum animo, quo debeo, hoc est otioso & tranquillo. An vero ego ἰὼν ἐμὸν ἢ δὴ νομίζων ἐκταροξέυσθαι ἰὼν βίον, ea re sollicitus sim, & me afflicte? an ἢ τὸ τελευτῆσαι πάντων κατέκρινεν ἡ πεπρωμένη; an non stat sua cuiq; dies καὶ ἐν οἰκίᾳ καὶ τις ἑαυτὸν καθείρηξας τήρη; an non omnium versatur ymnæ ferius ocyus fors exitura?

Quid autem habeat tandem vel commodi, vel solati, si conclusum in hoc antro, & nemini parentis bellæ dentibus additum, velut algerum οὐτιν ἐμὲ πύματος κατέδει Πολύφημος; quin potius præcipio, & αὐτόματος ad mortem curro? cumq; esse me videam plane ἀχρεῖον, καὶ ἐπίσιον ἀχθῆς ἀσοῦρης, quàm primum libero hoc malo terram? clamat ille, ut scis,

*Vivere si nescis rectè, decede peritis.*

Parebo homini benè monenti, atque, id quod iam pridem factū oportuit, cedam; scin' quo modo? uti par est, & quemadmodum idem ait Flaccus, *ἔτι conivua satur*. lampadem in studiorum & doctrinæ curriculo non ita pridem tradidimus alteri: faciamus idem in hoc, cuius iam ad finem vocor, vitæ. Quid enim est, quod retinere me diutius in ea possit, aut debeat? octo iam anni sunt, cum deijci de ponte potui: multò etiā plures de lucro viuo. quartus hic est à climaterico, & eo ut scis,

scis, per quaternarium numerum, si quid hoc genus nugis tribuimus, periculosior. num tibi videor, quæ ætas auctore Plinio & robustissimis satironga est, optare & longiorem debere? imò verò eatur aliquando, quò me iamdiu paro, οὐκ ἐπιμιλλομαι μὲν τὸν βασιλεῖον ἐθελγε, ὡς περ ὁ παρ. Αισώ-  
 πος τὴν αὐτῶν ζῦλα γέρον, ἀλλ' οὐδ' ὀρρωδῆσαι πᾶν μοι  
 δοκῶ ἐπὶ αὐτὸς αὐτομάτην. aderit, confirmabitq;  
 ut spero, Deus. Quid autem? missionem sponte  
 desert Imperator, non rideatur si recuset miles?  
 & quidem

*ut tuto iam fractus membra labore?*

Ego verò accipiam ac libens, præsertim cū spe  
 tam optabilis præmij; nimirum τῆς ἐν επαγγελίαις  
 ἀπονομῆς ἢ πρὶ ἢ μετὰ τὸν πόλεμον, parum fortiter pu-  
 gnati, locum in acie deserui, in quibus non oportuit  
 castris versatus sum, leuissimus transfuga, signa  
 quæ non debui secutus, ignoscet hoc ille, qui tur-  
 pitudinis meæ maculas delendas suo ipsius san-  
 guine putauit. Felicem me, si, quod spero, conti-  
 gerit; id est si ex hoc miserrimi exilij loco in illā  
 celestem patriam, & beatorum sedem euolare  
 contingeret autem, si meus me Vestianus in propi-  
 tiando mihi Deo adiuuaret. Quod ita abs te pe-  
 to, & si pateris, rogo, ut ardentioribus præci-  
 bus, iustiore de causa, magis ex animo rogare  
 nihil possim. De Macino feci uti postulas, & ut me  
 recte Vale Placentia XV. Kal. Iulias.

## XXII.

Iacobus Veſtianus Ricardo Heſio

S. P. D.

Placentiam.

**Q**uantum ex ſuperioribus literis allatum mihi fuit voluptatis, & gaudij; tantum hiſ proximis aſperum eſt moeſtitię, & acerbitati. ergo mihi propedię, vt narras, tam caro capitearendum fuerit? iſq; deſtrudus, cuius ſalute perquam ſancę iurare poſſum, nullius ſalutem mihi eſſe aut cariorẽ, aut iucundiorẽ? o acerbum nuntium, & minimẽ hoc tẽpore expectatum! nullane igitur ſperare recuperandę valetudinis, aut ſalutẽ iſtius, cui cuiusmodi ſit, conſervandę? Quod ſi ita eſt (cur autem non ſit, cum ipſe tam aſſeueranter affirmes?) quid cauſę, cur non meam ipſe ſortem perpetuò doleam? qui ſum te virum doctiſſimum naſtus eſſem, cuius conſilio abſens, opera præſens iuuari poſſem; & quod eras pollicitus, deberem maxime; en quã cauſa, quã præter opinionem ab omni ſpe deturbor. Video ego quidem quã tu ſis paratus, quã promptus, ſi forte ſummus Imperator ab ſtatione iſta reuocabit; nec tua poſſum, qui rem operã expectas, ſed fratris, & aliorum, & mea, ne quid męriar; in primis cauſa dolere debeo. Non inuideo tibi, quem deſcribis, & ſperas feliciffimum vitę ſtatum; id queror, te mihi vix notum, nec de facie, tam citò abreptum iri. vixiſti tu quidem tibi ſatis,



ris, famæ satis, satis etiã, vt reor, religioni & Deo, sed nondum ijs satis, qui tui adhuc egēt auxiliij. At eundem est tamen; scio. omnes enim vna manet nox, & calcanda semel via lethi: sed num, propterea non dolendum iactura virorum tui familiarium? neque enim tu, quod græcè & nimis modestè loqueris,

*Vitis iners, terramq; premis non utile pondus.*

Vt enim sustinere non amplius queas publicos istos, & magnos docendi labores; quantum consilio, & priuata opera iuniores iuuare possis, quis ignorat? sed quid ego ista commemoro, quasi tu cras aut summum perediæ nos in perpetuum relicurus sis? nec Medicus propinquam mortem denuntiat, & ego commodiorem valetudinẽ auguror, paullum modò tibi parcas; non dico a cibo & potu (non enim istam frugalitatem tuam) sed a libris, à quibus procul habendus es, si te vis habere, & nos tecum. Istos igitur abijce, & procul amoue ab oculis, manibus, & ipsa cogitatione, si pristinam virium firmitatem recuperare non potes, præsentem saltem valetudinẽ deteriorem ne facias. ego, qui tuarum literarum auidissimus sum, quiq; eas tantis facio, quanti par est, idest plurimi; ab hoc tamen die prædico tibi, atq; etiam, si permittis, edico, calamum ne attingas mea causa, neque tibi onus rescribendi imponas, quo te libero, donec meliusculè habueris, & nuntiare id poteris, rem gratissimam. Scribat frater, qui adhuc mutus; suamq; mecum comu-

52,                      Iacobi Vectiani.  
niet aut felicitatem, aut miseriam: hanc si per-  
get morbus, ut coepit; illam si, quod quidem spe-  
ro, & Deum enixe rogo

*Effeta rursus vigeant in corpore vires.*

Vale. Non. Kal. Iulij

---

XX III.

Iacobus Vectianus Ricardo Hestio  
S. P. D.                      Placentiam.

**G**Audeo Ricarde, imò triumpho, tuam te va-  
letudinem, ut frater ad me scribit, affecta  
istâ ætate egregiè tueri: tibiq; tum tua, tum mea,  
etiam causa gratulor, cuius permagni interest,  
te bellissimè, & in longum tempus valere; quem  
mearum cogitationum omnium, cum ad eam,  
quos nunc sustineo, laborum metam pervenero,  
ducem & auspiciem iam constitui. Succedam vi-  
delicet fratri, te volente, græca instituendus lin-  
gua, quam penè plus desidero, quàm vinum fa-  
ciunt arenibus faucibus ægroti: ut tibi nullum  
sic vacuum tempus de nobis benè merendi, nobis  
tibi nunc, & perpetuò debendi. Ipsum autè fra-  
trem meum, ut voluntate & desiderio; sic, opinor,  
solertia & discendi studio facilè vincam. Quan-  
quàm ex eo, quòd te ipsum in scribendo imitari, co-  
natur, & græca alicubi interserit, existimare possi-  
aliquid quoque temporis in istis collocasse studi-  
is, neque nihil profecisse, quod abs te scire cupio,  
&

& illud simul; nū, quod ipse inquirere videtur, gratiora Parmę studia propediē sit auspicaturus.

De ipso audies, me Ferrariam per has vindemiales ferias, mox Venetias, inde Patavium traiectum iri. Parata navis est, parati comites: si tibi quid opus est, festināter nuntia. Hoc à me iter suscipitur non tam voluptatis, quam studiorum gratia, ut quosdam mihi parē libros, quos apud nostros bibliopolas excussis eorum officinis frustra quęsiui. Si quod est, præter Scapulæ lexicon locupletissimam, Budæi commentaria, Posselij Calligraphiam, cuiuspiam aliud opus, quod meū gręcę linguę studiū iuuare possit; quæso te, mone per tuas, aut fratris literas, ut in eo bello, quod aduersus Ignorantiā, & Ignaviā mihi gerundum statuo, ijs omnibus instructus sim armis, quibus informia mōstra facillē expugnari possint. O kalendas Quinctiles, ut vos ardentè expeto, & desiderij impacientis non sine aliquo animi cruciatu expecto? in illam videlicet arenam descendurus, quæ à paucissimis teritur hoc tempore, quo vna cum Principatu gręcę literę corruisse videntur. Tu mi Agonotheta Viue, & Vale. Guastallæ X, Kal. Sept.

Ricardus Hesius Iacobo Vectiano.

S. P. D.

Guastallam.

**S** I maturo opus fuit respōso, tuas literas ob-  
iurges licet, quæ tam testitudineo ad nos  
gradu. Quid enim? ante X. Kal. Septembris  
datæ, venire post idus, altero & vigesimo abs te  
die. Hoccine placet? mihi quidem nulla ratione  
placet; ac tarditatem istam tacitus apud me ac-  
cusavi, non sine stomacho. Cur igitur, postquam  
sunt allatæ, non statim, ut soleo, respondi? quia  
te iam profectum arbitrabar, ut aut quid mone-  
rem de libris, aut quò inscriberem literas, non  
haberem. Pergommodè recidit, quò consiliū  
mutasti, & librorum emprionem, quò inhiabas,  
in aliud tempus reiecisti, & quidem in mensem,  
ut puto, Quintilem: ille igitur cum aduētabit,  
teruat fortasse, quæ monēt. Interim de fratre quod  
queris, propediē, ut meā fert opinio, ad grauiora  
studia iturus est Parmam. De profectu sui  
Vates: cum Demosthene nunquam ille postea  
in gratia. Illocrati addictus iam terciū diem est:  
quo auctore nescio, sed facile suspicor, quid qua-  
ris? minatur magna. rides? at ille mēras iam  
Athenas iactat, in Græciam cogitat, nauem pa-  
rat: quid dico, parat? imò iam conscendit, iam  
molitur in portu, iam inde soluit, vela pandit,  
prouehitur in altum. Si tarditatem correcturus  
cursu est, expecto quàm mox volet. Scis, quid spe-  
rem

rem? idem, quod ante hac semper, κενόσπουδα  
 warru. Properantem videbit Aeolus, non feret;  
 immitter ventos, reijoiat in portum. Utinam  
 euadant, quae praedico, falsa; sed coniectura, qua  
 vtor, valde est probabilis. Vale, & me ama, si te  
 amari a me credis. II. kal. Octobris.

## X XIV.

Jacobus Vestrianus Ricardo. Hefio  
 S. P. D. Placentiam.

**S**tatim atq; nūciauit frater de suo Parmam  
 aduētū, illud mihi in animum & cogitationē  
 venit, ad te aliquid literarum dare: non tam ut  
 quaticūque oblata occasione gēmeam aliquam  
 abs te elicere epistolam, quam ut re vera solatiū  
 aliquod incerti animo exquirerem, qui postre-  
 mis eius literis variē sum affectus. Sed diem ē  
 die dum trahō, & vrgent quotidie magis haec mo-  
 dō, modō illę occupationēs: officium scribendi,  
 a quo, ut dixi, non minimum expectabam solatiū,  
 in notum prope annū distulī. Quod Parmā ve-  
 nerit grauiorum studiorum initia suscipiturus,  
 gratū id sanē accidit, & incusdum: scio enim,  
 quales ibi ē vestris homines sint, qui Iuuenes ē  
 musarum veluti manibus lato excipientes vultu,  
 grauioribus disciplinis formandos, & solidiore  
 cibo nutriendos suscipiant. Quod autem abs te  
 discesserit, non ille quidem libens ac volens, sed

ut jis obtemperaret, quibus omnino debet, in grecis tamen literis sua vnus culpa parum admodum instructus, quod tua Viri doctissimi, & in docendo peritissimi toto propè biennio nō bene & laudabiliter opera sit vsus, sed sua sit abusus fortuna: nō possunt non vehementer tritari, & precipuo quodam doloris sensu angī.

Scilicet ille tandiu māserit prope vberimum fontem, & siccis omnino, atque arentibus faucibus discesserit, & illum stolidum, nequid gratius dicam. Irascor homini, & a conuicijs vix me contineo: frustra. Desino igitur, tibiq; nunc per literas ( paulo post præsens facturus ) immortales gratias ago, quod illum Atticis musis familiarem facere conatus sis, ut meis, & tuis opinor etiam votis obsecundares: quod illum in earum contemptu quodammodo contemptus, tuleris tamen, & expectaueris quasi aliquando ad meliorem frugem reuersurum. Mihi longo alia mens, alius animus: si vita supererit, scis quid pollicitus sim. Habebit me Placentia, habebunt me totum græcæ literæ, latinis in annum & amplius, si necessū erit, valere iussis. Utinam tu valeas, & vigeas, ut quam mihi operam pro tua singulari humanitate pollicitus es, prestare velis, & commodè possis. Publicū hoc munus, vel census potius, quo nunc quippe solus grauissime premor, propediē renūtiaturus sum, ubi primum XII viri, quorum prudētia & potestati publica res committitur, magistratum inierint

no-

nouo iam appetente anno; quem tibi, atq; istis  
 Patribus sanctum, felicem, ac fortunatum precor,  
 & futurum spero. Vale. VII. kal. Ian.

## XXV.

Jacobus Vescianus Ricardo Hefio  
 S. P. D. Placentiam.

**G**ratulare mihi Ricarde: hodie eadem mis-  
 sionem impetraui ea conditione, ut stipen-  
 dia alibi mereri ne possim, aut debeam.  
 promisi, & prestaturus videor ea mente, ut meis  
 auspicijs res tantum non geratur: nam ut quie-  
 scam, nec ignorantia bellum indicam, id qui-  
 de fieri nullo pacto potest. Miles igitur veluti  
 gregarius, non parum peritus Dux, quod olim  
 feci, in posterum pugnabo; signaq; subsequar,  
 non antecedam; tua imprimis, quae non modo La-  
 tio, sed & Graecis nota. Mihi crede; non tanto  
 animorum ardore Hispani hunc comparantur  
 exercitus, quanto mea vires mens colligit, & suum  
 robur aduersus Imperitiã, quae nimis diu arcem  
 pectoris per vim occupauit. o si aliquando de tan-  
 to hoste spolia ampla referre possim, quis me  
 beatior in terris? sola spe fruor interea, & quod  
 oneris reliquum est, alacrius fero. Tu Viue, &  
 Vale; sine quo haud rata sunt mea vota; Guastal-  
 la. V. kal. Aprilis.

Cuo

Quo die, & propemodum hora ( neq; enim in  
 sinu continere hoc gaudium possum ) in publico  
 cōfessu, multis vltro citroq; sermonibus habitis,  
 tādē consecutus sum, vt post Kal. Iulias abire li-  
 ceat; si tamen prius diligenter curaro, vt in meū  
 locum vir probus aliquis, & doctus substituat.   
 Recepi me faciurū & effecturū spero. Habeo enim  
 amicū hominem, latinis literis apprimē imbutū,  
 græcis quoq; tinctū ( quas puer neglexit, & dolet )  
 cui hæc à me proposita eōditio vehementer arri-  
 sit. Hūc si, quē cupio maximē, habebō successorē,  
 dupliciter lætabor; & quòd amico cōmodauero,  
 & quòd ab his libero molestijs, mihi vni, & meis  
 studijs vacare licebit. Iterum Vale, & me, quod  
 facis, ama; vt ego te alterum veluti parentē stu-  
 diosissimē colo, & obseruo. Frater ad me nihil  
 scribit, imò nec rescribit, quod sanè miror, tam  
 præter morē: nimis fortasse occupatus est.

---

Ricardus Hesius Iacobo Vesciano

S. P. D. Guastallam.

**A** In tu? nihil ad te literarum frater? at ego  
 auctor homini fueram, in scribendo se vt  
 exerceret; non ad me quidem, qui inanibus disci-  
 pulorū literis multos iam annos facillimē careo;  
 sed ad eos, qui hoc officij genere magis gaudēt,  
 & quibus ad respondendū firmiter & valetudo, &  
 manus est. Scis, quid coniectem? idem quod tu,  
 stu-



studiorū occupationibus fuisse impeditū : nisi eam  
hoc etiā suspicari possum, deterritū a scri-  
bendo fuisse, ne de me, cū addendum aliquid in  
litteris putaret, non satis laeta afferret. Quid igitur  
fuit? vis dicā? videor posse nunc liberē; nunc  
inquā, cum si quod hæc manus vulnus fecerit,  
eadē persanare id statim poterit. Ægrotavi is,  
quem tanti facis; sanē graviter ac periculose; &  
quidem adeo, ut si hic tunc adesses, plane de eo  
actum putares. Morbi, inquis, genus? multa, sed  
aliud alio gravius: nephritis, dolores colici, febris  
nunquam intermittens, insomnia, capitis inflā-  
matio, alia. Hec tu in senecta nō admodum vi-  
ridi efficere quid possint, ipse volo cogites. Te-  
nuere me in lecto tredecim ipsos dies: periculū  
erat, ne longius collapsis iam viribus, & langui-  
dissimo pulsu, emerſi tamē, quæ Dei benignitas,  
& diligentissima Meditorum opera, & nostrorū  
cura. De viribus si quæris, non ea sunt, quas vel-  
lem: sed do operam, & dabo, ut cum veneris, va-  
lentulum me offendas, ne tu aut filicernium ex  
me speres, aut destitutum te querare, aut in græ-  
cis per me proficiendi, id quod maximē optas,  
spem tibi omnem præcisam esse arbitreris. De  
impetrata missione, quando huc spectas, sanē ti-  
bi gratulor: eō magis, quod in tuum locum al-  
terum te sufficis, & amicissimo homini commo-  
das. Vale. Nonis April. M DC XV.

---

IACO

Iacobus Vectianus Ricardo Hesio

S. P. D.

Placentiam.

**A**ugustini tui amicitia diu est, cum expeto: cur non ante petierim multas causas, ea precipua, innatus quidam pudor: rusticus, & ingenium? nescio, certe *αλοσιτελης*. quid me ad scribendum, nunc denique impulerit, indicabit epistola, quam mitto, ut legas, si quid forte, si quid. nosti meam somnolentiam, praesertim quum esset vigilandum magis. Tu ad illum postea mittas velim & hanc, & tuam synographam, quae mihi ad eius benevolentiam, & futuram animorum coniunctionem adiutum patefaciat. Rhodianus tibi multam salutem: plurimam Carolus Macchiauellus, quocum longum de te, tuaque doctrina sermonem habui, cum Rhodianum inuisissem, atque in hunc etiam veterem amicum tuum, & olim discipulum incidissem. Tarditatem literarum noli mirari: sexto enim post, quam scriptae sunt, veniunt die. Vale. Romae quarto Nonas Iunii.

Ricardus Hesius Iacobo Vectiano

S. P. D.

Romam.

**G**audeo tuas literas in tempore allatas: duos enim mihi iam parietes de eadem, quod aiunt, dealbare fidelia licebit. Augustino meo die

die crastini curabo tuas: aduā, quæ me iubes. Verum quid istuc, quod factum audio meis? tunc eas tam facile alteri? presertim & contra voluntatem, & præter existimationem meam? satin hoc tibi placet? ergo meam *ιυθηναίαν*, vel *ἀπαυδευσίαν* etiam literis testatam habebit Quærens? an pœnitebat *σκαϊότητος*, quam te auctore malè cauerat Ricardus, cū ex ea tibi esset abundè quod rideres, ni ridendum me insuper etiam tanto Viro propinare? at enim, inquis, probauit. Illene tam inepta, tam insulsa, tam temerè profusa? sed probarit. vbi noster ille amor? vbi amicitie fides? hæccine fieri inter Orestem, & Pyladem? *ἡ φιλότις*, peccatum à te grauius est: non potes, mihi crede, neque culpā effugere te ipso iudice, neque pœnam. Quæris nunc, an tumeam, totusq; sim, vt ait ille, in fermento? cœperam esse, & iā efferuescebat satis alioqui læto bilis: emerfit statim amor, qui *τῷ λόγῳ ἀντὶν οἶον μάστιγι, ὅτι ἀπηνάρισας, εἶτ' ἐκὼς πληξας ἀνέκοψε μάλα βίαιως, καὶ ἴσ' οὐδ' ἔσται. δένος καταπίεζει καὶ κατέχει.*

Quod fasciculus meus tibi redditus est madidus, etiam mihi tuus. consentit, quod video, cū isto celo hoc nostrum: pluuiæ apud vos alterum iam mensem? dic fodes, an Lucianicæ? *ῥαγδαῖοι, καὶ βίαιοι, καὶ ποταμός ἐκάστη σαγῶν;* quid, etiam nunc cū frigore istuc, vt apud meos Placētinos? bone Deus, quis finis imbrium, aut quid futurū est? Flaccus in vitam si redeat, nonne meritò de Pyrrhæ sæculo aliquid vereatur? sed mittamus. quid ma-

ximè ex vſu ſit, nouit ille, qui & hæc, & omnia admirabili ſapientia moderatur Deus: de fratre quod ſcribis, miror: tandiu ſilere ille non ſolet: niſi me nudiſ quartus per amicum quèdam ſalutaſſet, aliquid ſuſpicarer de minus commoda valetudine; præſertim cum in collegio Parmenſi non ita pridè correptos morbo audiam vno die ex noſtris ad quattuordecim: ex quibus duos iã extinctos, alterum in pangendis ſiue latino, ſiue italico ſermone verſibus ad miraculum vſque felicem. Is mihi erat amiciffimus, olim in græcis diſcipulus, dignus plane omnium amore, dignus longiore vita. verùm quò me tui aufert amor? ad Auguſtinum aliquid, quando ſemel arreptus eſt calamus, hodie ceuſeo potius: diem craſtinum quis præſtat? ſinem igitur facio. Macchiauello meo, vel vt opinor, iam noſtro ſalutem quam miſit, redde quaſo cum ſœnore: item Rhodiano. Vale, III. Idus Iunias. MDCXVII.

## XXVII.

Iacobus Veſtianus Ricardo Heſio  
S. P. D. Placentiam.

**E**Go verò ſanè quàm vehementer doleo tuas mihi intempetiue literas allatas, cum videlicet Roma, ad hos quattuor meſes non rediturus, pedem extuli, & quadrigis, quod aiunt,

aiunt, albis inuectus Urbis tumultum effugi. non eorum, qui ferunt, tarditate id factum est; non qui exigūt, negligentia: a fortuna, & casu id fuit. Domo aberam negotiorum causa postridie commigraturus cum aliquot, qui in religioso Tiracino sunt, adolescentulis. horum Magister, ut vocant, eas ubi rediissem, reddendas accepit, nec tamen prius reddidit (ipsarum quas apud se habebat, nempe oblitus) quam nobis medium iam fuerat confectum iter. Etenim cum inter eundem mentio incidisset de fratre, & mirari me dicerem diuturnum eius, atque insolitum silentium: at ego, inquit, si fallor, illius ad te literas habeo, heri mihi absente te a nostro Oeconomō traditas, ut redderem, quod non feci memoriæ culpa: sic cum dicto eas extulit. Ibi ego tua manu inspecta, subito gaudio correptus sum, quod statim e fronte atque oculis erupit: sed ijs lectis paullopost repressit illud ea mœroris plena cogitatio; omnē mihi ereptam facultatem tibi in eo, quod expectis, hoc tempore obsequendi. *ναὶ μάλᾳ δυστυχῶν, καὶ τελέπορος καιάθλιος ὁ ἄνθρωπος ἐγώ,* qui, cui plurimum debeo, peropportuna oblata occasione, ne indicare quidem possum, quantum eiusdem causa cupiam. sed recreeor vna illa cogitatione; quod tibi fortasse non erit seruum expectare, dum Romam redeam, quod erit sub Autumnii finem, aut hiemis initium. Interim si velis, idque monu-

eris

eris per literas, quod a typographi mentem perferendam attinet negotium dabitur eruditissimo viro, & talium peritissimo rerum Io: Baptista Lauro, aut amicorum alteri cuiquam. Audio vnum imprimis esse Chalcographum, qui utitur caractere græco sanè luculento: isquè ipse est, cuius opera & Vestri utuntur. Charta ut optima sit, curabitur. menda vel nulla, vel pauca; & hoc ne dubita, curabitur. *mecum eris iste labor*: qui, ut de me polliceri nimis multa nolo, imò nec possum quidem; ita Ricardi mei causa præstare conabor plurima. & vide, ut nostra etiam cogitata, ne dum facta consentiunt: mihi quoque in mentem venit, & exequi certum fuit, de tuo utroq; Compendio bona tua cum venia in quorundam utriusque; linguæ Candidatorum gratiam recudendo. Brixiam ideo missimus literas ad amicos, & rogauimus, ut colligerent græci Compendij tui exemplaria quotquot ex illis bibliothecis erui possent, vniuersa: rescripte, excussis omnibus officinis ne vnum quidem repertum. tum ego; quantum hic denique fiet in eo excudendo sumptus? quantum autem ad multorum profectum commodi? assensere omnes, & puto faciemus. Istam igitur neq; tu curam abijce, neque illam de pleniore Grammatica recocinnanda, si neq; cum vitæ tuæ periculo, aut magno valetudinis incommodo facturus videris.

Cauc

Epistolarum Select. Pars. I. 65

Causbo in posterum, quod mones, ne tibi bilem commoueam, quando, vt per iocū scribis, *ὄξυ χολοί, ὡς ἐπιπολύ, οἱ γέροντες, &* Luciano si credimus, atq; alijs, etiā *ἔροντες*. Tu igitur, qui senex & amans, nullo modo ad iracundiā pronocandus es. Non faciam, Ricarde, non faciam, hanc modò culpam, si culpa est, remittas, neq; vltra succenseas tuarum laudum amatori, & eruditionis, quod non vis, buccinatori; *ἀλλὰ γίνεσθαι ἀπὸ τῆς καὶ δὲς ἀπολαύσει παγχρύσου γλώττης.* Vale Tibure. VIII. Kal. Iulij.

XX IIX.

Iacobus Vectianus Ricardo Hesio.

S. P. D. Placentiam.

**P**ermitte tandem id mihi, Ricarde, diuturnum hoc nostrum vt abrumperē filētium possim. Audio fratrem meum Placentiæ esse; gaudeo, quia istic est, vbi tu, & vir clarissimus Iacobus Antonius Macinus: pro fratre vno, atq; etiam altero duos iterū nactus est Patres. De me certè curā abiicisse suspicari possum. Quæris, vnde id colligam? ex eius nō diuturno modo, sed obstinato silentio. Credebā illū iā *καὶ μαθηματικόν, καὶ φυσικόν γεγενῆσθαι;* verūm vt video, *ἔτι καὶ ἀκουστός ἐστ.* at nescit (ita certè se excusat) quo me appellet titulos dicam ego ne, id amplius obtendat; Neapolitano, aut, si mauult, Hispano: sic literas inscrip-

E

tas

tas ad Urbē dirigat, cætera permittat Diuis, & solertię mee, ni facit, & quā citissimè potest, ab eo me nō fraternè amari suspicabor: ego tamen in illum qui fui, futurus sum, dū vita erit. Itaque, non quòd necesse sit, sed quòd mihi tempeperare non possum, quin faciam, ita tibi illum commendo, vt vel passurus sim de tua in me beneuolentia aliquid deminui, modò illud intelligam, amorem tuum erga illum quotidie magis augeri. quanquam, vt es veris diuitijs locuples, abunde tibi suppetet, quæ in me atq; in illum absq. dispendio cōferas. Quem mihi superioribus diebus amicum comparasti; ingeniosū me hercle hominem, & pereruditum; doleo sanè vehemēter ipsius causa, & tua causa, cui carissimus est, nescio qua tempeflare è trāquillissimo portu in hūc vastum Oceanum, & Aulę romanę æstū infelicitè abreptū fuisse. Diu conat⁹, vt audio, non valuit obniti contrā, & ; *Quoniam superat, inquit, fortuna sequamur.* Quantum de ipso intellexi, è tenuissimo oris flatu, & paucorum tonitru verborū tanta subitò exorta est tempestas. quàm illud Plutarchi verū: *γλώσσα πύχνη, γλώσσα δαιμων.*

Studia gręca neq; valde vrgeo, neq; leuiter tracto præ ijs, quibus distineor occupationibus. Quam tu concinnasti Grammaticā, rursus totam perecurri, nec oscitanter, vt mihi visus sum. doceo quotidie aliquid cum meo, & aliorum quoq; vt opinor, aliquo progressu, Poetas

at.



attingere nōdum ausus sum ; quos non minus ,  
quā oratores obuios habere se Patavio , quō  
studiorum causa concessit , scribit Soraneus.  
Id si est ( quod facilè credo , qui ingenij bonita-  
tem & homiois solertiam noui ) nō possum ego  
nō redarguere ignauia , & vilitatē meā . Tu mo-  
nitis & cōsilio iuua , & qua ratione potes , sup-  
petias ferre ne desine . Scapulę thesaurū locu-  
pletissimum mihi parauit , ex quo plurimum ad-  
iumenti expectare posse mihi videor . si quis a-  
lius est , qui meos iuuare conatus Auctor possit ,  
non ego , non hi , quos in Rhetoricis instituo  
adolescentes , vlli sumptui parcemus . tu indica ,  
& Vale . Romę . VI . Idus Feb . M . DC . XXIX .

---

Ricardus Hefius Iacobo Vestiano  
S. P. D. Romam.

**O**ctauus iam mensis est , aut nonus , cum in-  
ter nos silentium . Dederam ad te lite-  
ras mense Iulio , & Quintili , nisi me  
fallit memoria , ternas : mirabar tandiu præter  
consuetudinē tuam nihil abs te responsi . Quid  
esset , quod scriptiois , ac fortasse amoris erga  
me tui iter obsideret , cum persæpe mecū diu ,  
multumq; cogitarem , nihil reperiēbam . subue-  
reri tamen coeperam , ne forte , quoniam ego  
in quadam epistola iocans te monueram , ne ni-  
mium tibi placeres , & pro animi mei candore ,  
E 2 atq;

atq; amicitia libertate addideram, rectissime te facturum, si, quod ad linguam græcam attineret, in recta scribendi ratione plusculum studij, atq; curæ poneres: id grauius ad animum accidisset tuum, atq; immutasset voluntatem. Quid quaris? persepe hæc cogitatio torset nõ mediocriter: sed tamen hoc me cõsolabar, quod mihi orã conscientius nihil à me scriptum, nisi optimo in te animo, & plane amico. Tu illud si minus cõmodè interpretatus es, quàm homines belli solent, doleo me vilius offensionis vel minimam tibi præbuisse ansam. Sed quomodo illud ab amico durius accipi potuit? in ea præsertim epistola, in qua si par pro pari referre velles, præclara erat occasio? ea quoniam tu vsus non es, prope est iam, vt putem, te illas literas, quibus responsum expectabam, aut oscitanter, & quàm aliud agerem legisse, aut iratum conscidisse. Hoc si ita est, nihil te ego ad eas reuoco; sin autem saluæ apud te sunt repetas licet illũ locum, vbi græcè intertexta multa de niue, de grandine, de imbribus, de offenso Deo: reperies post voces *εις τιμαρίαν* verbum desiderari *ἢ γούμαι*, aut simile, sine quo *σολοικίζει ὁ λόγος*. id cur omissam à me sit, in præsens non reperio: satis habeo indicasse, vade peteres, si te læsum existimabas, quod in me retorqueres. Quid te mouerit, hoc vt putaris negligendum, neq; curiosius inquiras, neq; te eo nomine reprehendo: puto suo quodq; arbitrio acceptum ab amico dolorem distulimus.

lare oportere. Scis, quid nunc abs te petam? vt lacunam, quam digito mōstravi, appposito verbo explas: ne si forte, in alicuius manus, vt sit illa, epistola deuenierit, mihi quod nolim, fraudi sit. Atque hæc quidem hætenus,

De nouo amico, o factum malè? minus dole-rem, si inderi huic incommodo possem: sed vi-deo eò rem rediisse, vt nullius quantūuis ampli hominis auctoritate, aut gratia perfici quicquam possit, nobisq; in cōmiseratione hac ina-ni tabescēdum sit. De fratre quod conquereris, si illum audias, facilè remittas: cum Pythagori-co egit Pythagoricè. Silentium, vt tu vocas, ob-stinatum nunc & ille rumpet, quando ruptum abs te videt. Soraneus quod proficit; ac te Do-ctore quod isti adolescentes proficiunt, sanè læ-tor. macti: cōmēda me illorū, Rodiani, & Mac-chiæuelli precibus diligenter. Vale Placentiæ,  
Kal. Martij. M. DC. XVIII.

## XXIX.

Iacobus Vectianus Ricardo Hesio

S. D. P.

Placentiam.

**A** Fratre hodie tandem literas tertio post, tuas accipio, die. causas diuturni si-lentij adfert, vel potius innuit, has & illas, sem-per assiduas occupationes. non examino ad a-mussim; nec fratrem decet, quod ne amicum qui-dem, verum quid fieri possit vel i maximarum,

E 2

occu-

occupationum concursu, nō ego, non tu, minime omnium qui otiosi sumus hoc tempore, ignoramus. nō rescribo ad eum, quia haud puto necesse, praesertim hoc tempore, quo in docendo valde occupatus est; tu meo nomine saluta.

Quod me ex diuturno, & annuo propemodū silentio suspicatus es animo suboffensum, quod graecē scribentem parū rectē, liberē vt soles & ingenuē monueris; *να τῆ ἡδονῆς ὁδῶν ἀφαιμαρτῶν*. Egone vt tuis vnquā monitis suboffēdar, ad linguā praesertim graecā attinentibus, cuius abs te sum tirocinium auspicatus, viro latinē & graecē doctissimo? Hoc doleo, non dum me tibi probē notum esse, Ricarde. scito igitur eum esse; qui doceri me ab omnibus facillē & libenter patiar; abs te verò, & tui similibus libentissimē. quis enī ego sum, aut quid possum, qui nolle debet? quid mihi sumam, aut quantum, qui nunquam feriō studui, nunquam potui? & indignet a Riccardo, a Quarengo talibus viris moneri? iterū dico; toto errasti cælo. mone igitur, cum lubet, & quoties lubet, imò quoties opus est, senex natū multò minorem, doctor discipulum, vir eruditissimus cū sis, hominem latinē parum doctū, graecē indoctissimū: tunc te amabo magis. tunc obseruabo magis, & pro summo beneficio maximam habebō gratiā. At siluisti nimis diu praeter tuam consuetudinem, praesertim ternis & me literis intra duos menses acceptis. ego verò accepi, & ternas reddidi, plures etiā daturū, nisi

nisi ipse aliter propemodum iussisset. Te ipsum audi in ipsa penè postrema epistolæ etiam clausula. *Quid autem coram tecum agere nunc opto, cum quo fortasse nec per litteras quidem posibac licebit? ita que illa in hunc annum conquiescens.* obtemperare volui aut monenti, aut, quod putavi etiam, modestè imperanti; nunc nollem fecisse. Quos iubes, amicos salutabo omnes, ubi primum videro, atq; ut videam, operam dabo. P. Albertus Ruffinus, qui me heri cū Macchiauello inuisit, fratrem meum salutatur, nec te vterq; præteritum sinit. Valetudine parū firma utitur Ruffinus, qui Romanum hoc cælum non admodum clemens expertus est: nam statim atque Urbem attingit, lecto affixus fuit mensam integram. Iacobo Antonio Macino V. Cl. salutem ex me nuncia de more, .i. quàm officiosissime potes. Vale Romæ. XVI Kal. Aprilis.

XXX

Eidem.

Placentiam

**L**itteras ad te dare cogitavi sub ipsum, quem proximè ingressi sumus, anni principium: at mentem subiit illa suspicio, quid si hoc tempore sit nimis fortasse occupatus Ricardus meus? quid si mearū iā sit, plerunq; inanium, tædio literarū affectus? quid si omnium carissimo capiti non satis bellè per hæc frigora? Itaq; consiliū cepi prius ad fratrem scribere pro consilio,

E 4

quàm

quàm ad te pro officio. rescripsit, putare se rectè  
omnia apud te esse, meas autem literas tibi nō  
ingratas fore, id verò se certò scire. atq; en ego  
statim calamū arripio, & scribo. At quid nūcio?  
an faustum & felicem, quem non ita pridem in-  
gressi sumus annum? at serū id est, & putidum  
iam videri possit, sedum intēpestiuum. sed ego  
illū tamen suo tempore felicissimum tibi ac for-  
tunatissimum precatus sum, & precor assidue,  
quia debeo communi literarum bono, & mea  
causa; qui sciam mihi abs te, quod iam exper-  
tus sum. hoc quidem in genere pariare ferri. et-  
erit quòd animo quieto, ac tranquillo nunc  
deprecor. si, bonam partem tuis precibus acce-  
ptum deferò secundum Deum; nam quibus, & quā-  
tis nō ita pridē confictarer molestijs, quā mul-  
tis adiuarem curis, nosti puto de meo fra-  
tre. quo, atque abs te per eum suppetias ro-  
gavi. superis gratia, sedata est illa tempestas o-  
mnis, nec iactor amplius tam saue, tam imma-  
niter meis ipse cogitationibus, quod si nullum  
adhuc tutum satis portum, litora certè nescio  
quē mihi videor adspicere, & quandam  
malè firmam stationem, quò tamen nondum  
appello, & qui antea plenis velis, ac remis fere-  
bar, nunc inhibeo: quid ita? hæret illud:

*Ignarique via Cyclopyum allabimur oris.*

At disponet omnia Deus suauiter, vt spero,  
imò iam disposuit. Græca nunquam omisi, ali-  
quando intermisi, aut segnius tractaui, quàm o-  
por-

portebat. at qui potui aliter per illam animi  
 ægritudinem, & assiduas curas? Lucianum ta-  
 men superiore ætate diligenter prouolutaui, ad  
 illas tam lōgas & molestas frangendum horas:  
 nunc Isocratem percurro, mero melle, &  
 Atticis refertum fauis. scire peruelim quis sit  
 egregius ille Doctor Bonon. qui te Magistro,  
 quod sepe narraſti, aded mirificos fecit pro-  
 gressus in hac lingua. Illum per literas, aut præ-  
 ſens (si mihi tamen in patriam redeundum erit)  
 salutare cupio, & indicare illos quãtopere amẽ,  
 qui te (quod illum quoque facere scio) & dili-  
 gunt & obseruãt. Si commodum est, si per va-  
 letudinem licet, nuncia cum primũ poteris,  
 non vno tibi nomine debebo; primum de lite-  
 ris, in quarum sum maximo legendarum desi-  
 derio: tũ quod unus eris in causa, vt talis viri  
 amicitia & beneuolentiam mihi facile compa-  
 rare possim. quin audi votum; Si quid tu forte  
 ad illum, quod ille priorad te, vt solebat; ver-  
 bum adde de tuo Vectiano, & Vale quãm potes  
 bellissimẽ.

Quæregus te salutat, doctissimus doctissimũ.  
 Hoc in mãdatis dedit, cũ Roma, quod excurre-  
 rã, heri disceſti vix credas, quãti te, quãti tuam  
 (sic ille, & verẽ appellat) solidã faciat eruditionẽ.  
 Vicissim vos amate, quod facitis. vterq; .n.  
 possidetis ea animi bona, quibus vos in mutuã  
 beneuolentiã, ceteros in admirationem traha-  
 tis. VII. Kal. Februarij, M. DC. XIX.

Bicar-

Iacobi Vectiani  
 Ricardus Hesius Iacobo Vectiano  
 S. P. D. Romam.

**A** Tram illam tristitiæ, quæ totum te inuoluerat, discussam esse nubem, & melioris tibi vel rei vel spei blâdiente aura, suam rediisse animo serenitatē lætor. Lucianum quod legisti libenter, audio libenter. Isocratem, quæ arripuisti, confido placitum. Sed ad melius vtrumque intelligendum multum, ni fallor, valeat vox Doctoris viua, quæ non deerit, si quando huc, quod cogitare te video, commodū erit excurrere. Bononiensis illius amici nomē, quod quæris, Antonius est Cleric⁹, græcæ linguæ in publico Gymnasio professor: amicitiam cum eo si contraxeris, inuenies hominem facilem, candidum, modestum, humanum, vno verbo, plane virum bonum, nisi tamen & muneris dignitas, & crebra cum amplissimis viris consuetudo, & multa iã eruditio, & ingenij fama, vt est *εὐμεταβολὸν ζῶον ὁ ἄνθρωπος* ea quæ admirari in illo, & amare soleo, iam immutarūt. Frequens inter nos literarum solebat esse missio, sed ab aliquot annis interruptum est illud sermonis iter, nescio an etiã amoris. Cum scribebat, illud pene agebat semper, vt ad vberius tractãda græcæ linguæ principia, quod vehementer cupiebat, excitaret. Morē adhuc tâtopere contendenti quod non gesserim, sanè multæ mihi, iustæque fuerunt causæ, quæ etiam nunc manēt. eas ego identidē  
 cum



cum afferrem, fortasse non accepit, & offensus quod re infecta dimissus sit, τὸ ἄρα ἀπραγμάτευσις me silentio statuit. Quid hic facere tuum putas Ricardum? sero scilicet, uti debeo, æquissimo animo; nec ea re amici erga illum affectum exuam; imò grauiter peccare me existimem, si, cum omnibus liberam faciam vel scribendi, vel non scribendi potestatem, ab illo vno literas ex torquere velim inuito. καὶ ταῦτα μέντοι ταῦτα.

Quærens quod me tam officiosè tantus vir salutet, mihi crede, mi Vesciane, erubescio. quod solidam mihi eruditionem tribuit, paces ipsius dixerim, longè errat: sed agnosco libenter optimi senis egregiã erga me voluntatem, & summam humanitatem; & iucundum mihi est honorificè de me & sentire, & loqui illum, cuius eruditionem, iudicium, ingenij præstantiam, non Roma solùm, sed vniuersa Italia miratur. Tu si quid ad illum aliquando scripseris, facito, ut meo nomine eum diligētissime, & omni verborum officio resalutes. sed audin? nouū quoddã salutationis genus volo adhibeas, ex intima arte depromptum. Scis quid me deceat, quid ille mereatur. incumbe igitur, ac Vale. Placentiæ IV. Non. Martij. M. DC. XIX.

Iaco-

Iacobus Veſtianus Ricardo Heſio

S. P. D. Placentiam.

**A**D tuas literas quarto denique poſt, quàm accepi, meſe reſpondeo. cauſam quæriſ huius meæ tam ſupinæ negligentæ? eni me *δια βραχέων* expedio, & veriſſimam adduco. Volebam de meis rebus certi aliquid nuntiare; & fuit, cum putavi fore, vt ad vos accederem, atque in patriam redirem. Sed mirum, quanta ſibi ſit honeſtarum ἀτομία conditionum. mei me tamen vrgent aſſidue: at maiorē ſi fortè poſſim foris, quàm domi opem eis adferre, hoc deſiderium ferāt necceſſe eſt per aliquod tempus. Frater in Patria dum manebit, haud ero valde ſollicitus: is enim & conſilio iuare noſtros, & me, quod facit ſanè diligenter, vt ſe res habeant, quò inclinent, aut potius qua parte ruituræ videantur, monerè poterit. Interim Romę ſum, & in Clementino, eodem illo (qui me huc vocauit) & nunc tēporis moderate, cuius olim humanitatē perſpexi, & benevolentiam ſum expertus toto quadriennio. Doceo nobiles quoſdam adoleſcētes, Collegij alumnos, ad decem in Rhetoricæ Schola, & poteſtatem facit idē Reſtor nepotuli accerſendi, & apud me habēdi, ſi velim, & quoad veim. Romę igitur (niſi quid eueniat aliud, quod me cogat mutare conſiliū) & apud meos PP. manebo, ex  
illis

illis vnus animo & affectu; quādo re ipsa, & votorum professione non possum, quod vellem, maximè.

Dominico proximè præterito die, cum Angelum Orimbellium in vestra Ecclesia sub vesperam concionantem audirem, Petrum Antonium Rodianum tuum adstantem conspexi, & salutare volui mihi iam pridem non visum. verum soluto auditorio euauit ex oculis nescio quo pacto: nisi si minus forte, quàm oportebat, obseruauit diligenter in ea multitudine. Antonium Clericum nondum per literas salutauit; existimaui fore, vt præsens efficere id possem cōmodius, & officiosius. Per eas, quæ mox aderunt, æstiuas, & statas publici Gymnasij ferias impetrabo facilius, quæ sūm opere cupio, amicitiam & literas; nam vacuum reperero, & fortasse otiantem. Quærens te salutat: ætatem fert egregiè leporum hic parens, & vrbانيتatum. mitto hendecasyllabum Carmen, quod ad eum scripsi, eodem genere prouocatus. Lege, & si quid est, quod tibi minus placeat, limam adhibe, aut monè tuo de more: nam propterea mitto, vt semper abs te aliquid discam meo monitore, & Doctore. Vale Romæ XIII. Kal. Quintilis.

---

Ricarè

**H** Vi quàm lentæ Vestiani mei literæ ! ante diem XIII. Kal. Quintilis abs te, ut video datæ, V. demum kalèdas Sextilis nobis redditæ, an non iusta fuit causa obiurgandi ? & tamen abstinui, ne mihi in posterum nocerem: tu vide, quid luendum illis putes. facilius ignoscerem, si ea, quæ vellem attulissent; at illæ quiduis potius. Ne te, mi Iacobe, ut in dicant literæ, egregiè exerceat fortuna: nolim, ac doleo, quid facias ? hæc sunt humana. quis est, non dicam nostri loci atque ordinis homo, sed vel potentissimorum Principum, cui non aliquid interdû, imò per multa sæpe contra voluntatem? Dum hic sumus, quàm omnibus fortunæ telis nostra proposita sit vita, nosti. In quo illud lætor, te neque præcipuam tibi fortunam postulare, neque communem recusare. Hæc sunt animi fortis, hæc à Deo pendētis, hæc philosophia excultri viri. Vellem ego, & cuperem in tuis, tuorumq; rebus aliquid mutatum: sed possum contra eum, qui vnus potest, moderaturque omnia ? satis igitur tibi, ni fallor, voluntas, quam tibi ego confirmare possum longè erga te esse optimam: nec tamen dubito, quin huic meæ ne tantillum quidem cedat tua. si manebit, quod bonitate fretus tua planè confido, videbis mea nihil esse cõstãtius.

Ve-

Verùm heus tu, diu ne te mea habebit Roma? si habebit, erit fortasse, quod abs te petã, & quidẽ illud, quod ante biennium de Cõpendio. Longè nunc aliud est ab eo, quod fuit: mutauit in eo quẽdam, adieci multa, distinxit in capita. mirum est, quã auidè hic expectetur a nostris: crede mihi aptissimũ fuerit Nepotulo. Loqueris igitur, si videbitur, cum commodissimè poteris. Quærengo optimo seni plurimam salutem. Item PP. Orimbello, Rodiano, Macchianello. Vale, ac me, vt facis, ama, quãdo ego te, ac tuos. Placentiẽ V. Kal. Sextilis.

## XX XII.

Iacobus Vestianus Ricardo Hesio

S. P. D. Placentiam

**N**on lentę fueunt, Ricarde, Vestiani tui litterę, quę celeriter admodum, vt solent, suum iter confecerunt intra hebdomadã. Ego, qui lenti sum & crassi homo ingenij, totus in culpa: nã pro Sextili Quintilẽ apposui. Caue igitur aliquid de aliquo suspicere; nie accusa addeò supinum, aut, quę tua est humanitas, excusa festinãter admodum ob temporis angustias, & sub alteram noctis horam scribentẽ, καὶ πρὸς δὲ τοῦτοis, nimis cùm te literis appello, securũ, ac propterea negligentem. De Compẽdio quod optas, habebis me ad nutus paratissimum: sed vide & in hoc homiais stupiditatẽ. De gręco cõpen-

pendio intellexeram, & iam cum vno atque altero Typographo faerã collocat<sup>o</sup>, libello prius ostẽso, quẽ vnũ habeo apud me reliquũ. & scin<sup>o</sup> quantũ nobis fatiũdũ esset dispendij? mille & quingẽta si vellem<sup>o</sup> exẽplaria, nũmo sestertio singula constarent, minoris si pauciora. Sũma pro nõ improbo labore, vt mihi quidẽ viderur, nimis improba. at ipsi aliter sentiunt, sibiq; putãt in laboribus plusquã herculeis exsudãdũ: tot, inquit, interponendẽ trãsuersales lineę, rectę, obliquę, distortẽ: tot iuis in locis tãquã cãcellis includẽda verba. Re igitur desperata, mecum ætẽti<sup>o</sup> cõsiderare cœpi, & venit in mẽtẽ ante hoc biẽnium te de gręcã, & latinę quoc; syntaxeos Compendio rursus imprimẽdo mecum egisse per literas. seriem igitur tuarũ ad me literarũ, quas in fasciculũ collectas habeo, & seruo, vt par est, diligentissimẽ; euoluere cœpi, & inueni statim, quod volebã. i. quod ipse vis; nam velle te latinę syntaxeos latinã editionẽ tã certus sum, quã me nũc scribere. Significa igitur de libri mole, id est foliorum numero, & quot velis exẽplaria, excreuisse illũ credo, nec parũ: nã scribis, multa adiecisse te, & distribuisse in capita. Res puto facilius de hoc, quã de gręcõ transigetur, & minore sumptu, nõ Typographi, sed tuo. Etenim narrant, neque libros, quibus vtuntur in Collegio Romano quotquot eò confluunt adolescentes, suo se periculo edere: & re vera ita esse existimo, qui idem etiam de alijs intellexi.

Ro-

Rhodianū salutari præsens tuo nomine; atque per hunc interpretē, mox Orimbellium, quē conuenire non licuit à concione de lassatū. Macchianellūs vitam nunc degit in Collegio Romano. Hunc quoque inuisam, qui ad Ruffinū adeo non infrequenter, & est negotiorum, quod me nunc cogit. At de Rhodiano audistin? valde tibi iratus est, quod in scribendo es aut rarissimus, aut brevissimus; nec quicquā vnquā nuncias, sic ille ait, aut de te, aut de vestris. Risi ego (at sub persona, ne hominē acuerē magis) qui tuos mores noui, & harū rerum contemptum. Sed is tamen Vir, tam te amat, Ricarde, quā amare hominē homo potest, id est maximē, & ardentissimē. Itaque tuā consuetudine & conuictu cum frui non possit, ut solebat; literas abs te vellet animi atque amoris indices, & frequentiores & longiores. Da hoc illius in te amoris, da meis precibus; sed eū hoc, ne meo me demenso fraudes. Ab eo igitur saluē plurimum, & vale. Romæ VI. Kalend. Septembris; M. DC. XIX.

---

Ricardus Hesius Iacobo Vectiano .

S. P. D.

Romam.

**R** Escribo, sed minus commodē per valetudinem. An' tu? non suscipiunt isti negotiū, nisi alieno periculo? nec minoris locant operas; quā nummis in folio? *μιαρὰ ἀνθρώπια, οὐκ ἐς κόρακας*; sed stomachari desināmus: opera-

F rum

rum puto creuere mercedes, vt omnium rerum  
 pretia. Patiamur illos poscere, quod putant aufer  
 re se posse. à me certè non ferent neque summos,  
 neque asses, neque semisses : qui enim, cui minus  
 nihilo est ? si abundarem, te consularem, qua ra  
 tione illos adduceremus ad pactiones æquas.  
 Nunc valeant, nos aliud agamus. Rodianus si  
 me accusat, sine causa accusat. Scribo rarius? illi  
 consulo, cui in summis atque assiduis occupatio  
 nibus, inanibus literis obstrepero mihi religio  
 est. at quando ad me ille scripsit, quin responde  
 rim? sed faciliè patior in hoc genere illum *ἐὺν*  
*ἴπῳ*. Ita enim interpretor, amoris hoc erga me es  
 se argumentum; in quo non committam, vt vlla  
 ratione vincar. Saluta mihi hominem diligenter.  
 verùm audin' ? quod sine tuo fiat incommodo :  
 item ceteros, quos nosti, vt in quemque incide  
 ris scilicet. Vale VII. Kalend. Septembris.  
 M. DC. XIX.

## XXXIII.

Iacobus Vestianus Ricardo Hesio.

S. P. D.

Placentiam.

**N**on excuso diuturnum silentium meū: quor  
 sum enim apud te ? qui literas ab amicis  
 non expectas, nisi cum scribere licet, aut  
 etiam, quam illis potestatem facis, lubet. Et ni  
 hil fuit alioquin, quod scriptionem vrgeret, nisi  
 illud, quod iam pridem institutum cepi, vt velim  
 (quando



(quando id tibi haudquaquam ingratum futurum mihi semel persuasi) de meo statu meisq; rebus identidem tibi significari. Et certè cogitavi ante hunc mensem literas ad te dare: sed nosti, dum trudit dies diem, vltterius truditur cogitata. Ego autem cum semper, tum hoc tempore minimè omnium otiosus fui. In Collegio mihi fuit publica & solemnis de more habenda oratio ante studia. Rhetoricæ scholam pomeridiano tempore ingressuro per illa principia præfationes, & prælectiones recitandæ fuerunt. Seis istius temporis latinias: cum præsertim Horatius (cuius de arte poëtica, certè ad artem valde pertinentem, ad Pisones epistolam interpreto) in scenâ vellet educi paulò comptior, & ornatior pro mea tenuitate. Id nisi fuisset, haud passus essem, vt nescires, quod te libentissimè auditorum puto; Petrus Paulum, meum ex sorore nepotem, huc tandem perditum fuisse VII. Kalend. Septembris commodissima rheda ab ciuibus, & in amicitia mihi valde coniunctis viris: hi affirmant, se quadam eius modesta loquendi libertate, & quam ætas non admittit, minimè sœcra urbanitate, admodum per viam delectatos. Vbi quieuit triduum aut quadriduum, libuit experiri equos fecisset in literis progressus: cognoui, quod nolebam, nullos fecisse. & sanè deterritus sum, vbi cogitavi mihi rursus nimio plus, quam credebam, elaborandum esse. Sed ille breui omnem mihi absterfit metum; mense integro nondum elapso inter legendum adeo

percurrere cœpit libros græcos, ab ipsis nec retar  
datus literarum nexibus, & syllabarū colligatio-  
nibus, vt non minus admirer, quàm gaudeam, sed  
quorū ad te talem Virum tam multa de isto fi-  
miolo? Ignosce; fecit amor & animi voluptas ni-  
mia, vt excurrerem quō non debebam, aut vlti-  
rius, quàm debebam.

Fratrem audio Fauentiaē esse, sed ab alijs, atq;  
ab ipso nepote, quem illac transeuntem aduentu-  
cio excepit prandio. Desijt is primū latinè scri-  
bere, mox italicè: credo esse nimis occupatum  
& excuso. Hoc, quo nihil ad te literarum dedi sa-  
nè longo tempore inter ambulandum per urbem  
videre contigit Macchiauellum tuum, & Ruffinū  
nostrum, quos tuo nomine salutari, vt in manda-  
tis dederas, gratias agunt; & remittunt salutem,  
vt grati homines solent, geminatam. Ruffinus ad  
vos, certè in patriam reuersurus est, teq; rogat,  
numquid velis. Rodianum, & Orimbellium con-  
ueni, cum vtroque semel collocutus; alterū Con-  
fessiones, quas audit; alterum Conciones, quas ha-  
bet, nimis tenent occupatos. De te multus, ac pro-  
pmodum sermo omnis. Te diligunt vterque, nō,  
quàm tu illos, minus. i. vehementissimè. iustus sum  
te resalutare, quod facio, etsi Rodianus dixit; se  
ad tuas non ita pridem literas respondisse. Vale  
Romę pridie Kal. Decembris, auspiciatissimo An-  
dræ Apostoli festo die, cuius partem tibi dico, &  
Excellentiss. Macinum saluto, in cuius me gratia  
velim diutissimè conserues.

Ricar-

Ricardus Hefius Iacobo Veſtiano.

S. P. D. Romam.

**O**bfecro te, mi Iacobe, literæ tuæ ecquid habent à Mafcardo? quæris cur id rogem? lentius, ut video, ambularunt. Solent hoc illius, ſed mitto. Silentium in his cur excuſares, nulla fuit cauſa. An Ricardus neſcit, toties expertus, quam diſtineantur ij, qui adoleſcentes docet, maximè eloquentiæ candidatos? An cum tibi mendicandæ, ſcribendæ, habendæ orationes, præſationes, prælectiones: cum ad orationis ornatum paranda quotidie rerum, verborumque copia: cum tradenda diſcipulis progymnaſmatum, declamationum, poematum argumenta: cum literariæ inter eos inſtituendæ concertationes; cum illorum emendandæ ſcriptiones, cum latinè, græcèque docendus priuatim nepotulus: in tanto occupationum concurſu ego abs te literas aut poſcerem, aut peterem, aut expectarem? Tū verò is eſſem, qui minimè vellem, ab omni humanitate alienus. Quam quidem ne omninò videar exuiſſe, audi mi Veſtiane, atque hoc à me ſemel dictum accipe, & in animo conde: libera tibi eſſe, atque ſoluta à me omnia. Tametſi enim me valde delectant ea, quæ per interualla eleganter ad me, amiceque ſcribis; tamen temporis impendi ijs vel tantillum, quod quidem ex occupationibus ereptum ſit etiã non ſummis, ſanè nolim. Nunc tu habe tuum negotium, neque poſthac ſcribendum ad me tibi

quicquam putes, nisi cum erit bene commodum,  
& per summum otium. An is ego sum, cuius tu cu-  
piditati seruire debeas potius, quam tuis, tuorum  
que studijs, atque vtilitati? Quare vrge sane, quæ  
cepisti, vti facis; & Spartam, quæ nactus es, quan-  
tum potes orna.

Magnum opus est, magnum: ad labores te, ve  
video, vocauit, Christus: sed quos? Reipublicæ  
vtilis, tibi salutaris, & æternæ vitæ gaudia pari-  
turos. ò te beatum, qui commissam tibi provin-  
ciam ita administras, vt identidem tibi succurrat  
excitetq; illud; Christi esse negotium, quod agis;  
Christi esse gregem, quem pascis; vt assidue cogi-  
tes ad aperiendum tibi, parandumq; cælum quan-  
ti sit, & quam diuinum teneris adolescentum ani-  
mis, & ad quemuis habitum sequacibus, vnâ cum  
eloquentiæ præceptis, quæ auidè arripiunt, instil-  
lare per occasionem ea, quæ & in omnem vitam  
semel comprehensa hæreant, & in omnes partes  
iuuent, veram pietatem, ac mentem Christo di-  
gnam. Gratulor tibi, ὁ φίλη κεραιή, qui id egre-  
giè præstes, & gratulor ex animo. atque vtinam  
possem in tam præclari muneris, gratissimæque  
Deo industriæ aliquam me offerre partem. nunc  
παρακμάζων, μᾶλλον δὲ ἰσχυρόγηρος, καὶ τῶ ὄντι  
θανάτου γείτων, quid possim? Tu me igitur  
& iuuentutis, quæ te habet parentis loco, preci-  
bus commenda, & PP. quibuscum viuis, tuisque  
apud Deum sacrificijs inua. Prope adest, cum in  
alias migrandum est sedes; & sto expectans quam

MOX

noxi ille me, qui in hac statione collocavit, Imperator, ad cœlestia illa, quæ spectamus tabernacula, & æternâ quietem vocet. Interim & de fororis filiolo, quem Romæ esse antea nesciebam, ut Fauentia fratrem, libenter audio; & de salutatis meo nomine amicis, quas possum gratias ago. In Macino tibi, ut cupis, conservando, volo, faxoque diligentiam ames nostram. Vale. Placentia III. Non. Decembris M. DC. XIX.

XXXIV.

Iacobus Vectianus Ricardo Melfio  
S. P. D. Placentiam.

**A**In tu Ricarde? lentius quàm solebant, mea ad te nunc veniunt epistolæ? verum enim verò, ut mihi quidem videtur,

*Ultima Pegaseis vecta est mea littera pennis.*

Quæris, qui id affirmare audeam aut possim? Scripsi ego prid. Kalend. Decembris. i. ipso, ut adferâpsi, Andrea Apostoli festo die; literæq; ipsæ tri-dui spatio, & citius fortasse, ut puto, ad te pervenerunt: nam tu ad me rescribis III. Non. Decembris. Quæso, quinam tabellarij nocturno, diurnoque quantum potest, cursu ad eò longum iter percurrere: nisi si fuit novus aliquis Dædalus, aut Belerophon. De Mascardo tecum sentio. eius scriptio, atque rescriptio lentum sane negotium. Salutavi ego illum ante has aliquot hebdomadas,

in magna Estensium aula degentem, & adhuc literas expecto. An humilium fecit amicorum ille fulgor, illa celsitudo aut contemptorem aut minus amantem? non puto. Quod mei me prorsus arbitrij facis ad scribendum, si vacat; ad silendum, si lubet; & ipse tamen, ubi meas accepisti literas, diem saepe, ut video, ac ne horam quidem interponis ad respondendum; agnosco summam, ac singularem, parem doctrinae & eloquentiae Ricardi mei humanitatem. & vide, quid fiat: quatenus mihi potestatem facis scribendi, non scribendi, stimulos addit illa ad faciendum id, in quo mihi & dignitatis, & utilitatis plurimum positum esse intelligo. Et qui te non amem, ac plane depereant tanta doctrina, tali benignitate, tam suauibus praeditum moribus? qui non saepius alloqui velim tam sincere amantem, tam ardentem amatum?

Quod mihi gratularis de hoc, quod sustineo, docendi munere, & hortaris ad pietatem unam cum eloquentiae praeceptis adolescentium animis instillandam; de altero gratias ago, alterum facio sane lubens, & quantum licet tum verbis frequenter per occasiones, tum factis & exemplo semper; nisi si quid, ut homines sumus, excidit interdum, nolenti, aut irato. Caueo tamen *σομα ἀχάλιον*, & oculatas habeo manus, pedes, me totum; & superis sit gratia, nobis nulla ambitio: mihi bene cupiunt omnes, & ego omnibus. Non tamen est, cur mihi pene inuideas tam eximiam, ut ais, de Christiana Republica, & re literaria  
bene

benè merendi occasionem. *ἡ δὲ & μὴτὸ νῶβιλι-  
 res ipse partes sustines, & eandem diu præclare-  
 que gessisti prouinciã largiore tũm tuo, tũm alio-  
 rũ fœnore. καὶ τίς οὐκ οἶδε, τὸ τοῦ διδάσκειν ἔργον,  
 οὐ τῆς σου ἡλικίας δεόμενον, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀνθινὸν ἀ-  
 μὴν ἔχοντος; neque tu tamen es, qui esse uis ἐσχα-  
 τώγηρας, ἢ τυμβογέρον, καὶ τοῦ θανάτου γέιτων; nam  
 corpori, etsi ob ætatem languidulo, vires præbet  
 animi vis & vigor: quod Quærengo etiã accidit,  
 homini ætate paullo etiam, vt puto, quã tu es  
 prouectiore. De eo intellexi esse istic Franciscũ  
 Remondum magnum illum, & Poetam, & Orato-  
 rem, qui Romæ olim floruit; quem ego inter nos  
 fuisse putabam. Cupio salutes meo nomine huma-  
 nissimè atque officiosissimè, amabit scio, tua præ-  
 sertim suada conciliatrice, amorem meum.*

Nepotulus apud eundem Quærengum suarum  
 in legendis græcis libris, & uerbis ac nominibus  
 inflectendis periculum virium fecit, ipso volente;  
 & duobus libellis latino altero, altero græco  
 donatus abiit. Sed heus, mi Ricarde (illud pene  
 exciderat, quod te in primis monitum volebam)  
 hiatum exple vnus literulæ in superioribus lite-  
 ris, quem intercurrẽdum calamus reliquit: ne for-  
 te ex tantilla rima deforme aliquod monstrum  
 exeat. Quã oscitanter scribã, cum ad te scribo,  
 potes cognoscere; vtinam magis oculatus sim,  
 cum ad alios: verum tamen cum te per literas al-  
 loquor, nimis fidenter id facio. Tu aut excusa, aut  
 leuiter saltem castiga tuum discipulum nimis ne-  
 gligen-

gligentem, nimis socordem . & si tu me talem facis, qui ne mones quidem, & si fortasse rides, non irrides. Vale Romæ Kal. Ianuarij; cuius & anni & mensis initium, tibi, toti isti familiæ auspiciatissimum & opto, & precor .

Ricardus Hefius Iacobo Vectiano .

S. P. D.

Romam .

**R** IDICVLVM: ego tuas literas & volare dico, & tarditatis acculo? aliud igitur fuit in mente, aliud exarauit manus? sic erit. veritæ illæ, ne si tibi, quod erat, exponerem, haud leui brachio se obiurgares, vbi notandus dies fuit, illic nescio quibus præstigijs mentem, oculos, calamum aberrare in id, quod non oportuit, coegerunt, vt pro Id. aduerbium exciderit negandi. vide, quàm astute mihi factus est fucus. quid nunc ergo. placent sibi ea re, quia te habent propitiū, quia non malè acceptę verbis, aut verberibus, aut fustibus? placeant sanè per me, & ludo gaudeant, modò ne eundem experiantur sapius, aut impune sibi futurum sperent semper. sed valeāt ioca. Hiatum in tuis literis, quē significas, iam ante expleueram, priusquam Macino legendas dedi: vt intel ligas in tuendo honore, & existimatione tua non minus me esse diligentem, quàm in mea. Quare quod me tibi verè, & ex animo esse amicū & sentis & scribis, rectè sentis, nec me aliter experiere. De Quærenge, & libellis, ò senem festiuum! qui & puerulo



puerulo delectatus sit, & per se currentem etiam munusculis incitarit. Quæso plurimam illi à me salutem item discipulis, quorum de amore erga te, vt scribis, neutiquam mihi neque mirum, neq; nouum. Qui enim possint non amare, nisi humanitatem planè omnem exuerint, hominem & omni amore dignissimum, & de se tam benè merentem quotidie, & cogitantem? Benè sit optimis adolescentibus: benè tibi, à quo non modo eloquẽtiam, sed solidam etiam hauriunt pietatem. Deũ immortalem, quanti interest Reipublicæ, iuuentuti magistros esse tales! sed (proh dolor) magna eorum hodie inopia; vt mirandum non sit, tam corruptos esse seculi nostri mores, ita in deterius prolabi quotidie omnia. Miseram Germaniam, quæ integerrimos tum literarum, tum orthodoxę fidei Doctores consistere apud se non patitur: raptat, vexat, omni crudelitate lacerat, Collegijs, templis, locis omnibus euertit, finibus exturbat, mortem intentat, ac iam offerre etiam nuper cœpit. Petuntur bello optimi Principes; in summo, atq; ante oculos proposito periculo versatur, vt audio, antiquæ probitatis Imperator: huic tanto malo, atq; impio furori occurrere qui poterãt, atque etiã debebant, tantum abest, hoc vt velint, vt potius instigent: ita videlicet docti ab ijs, quos non pudet publicè, & priuatim hoc non modò sentire, verùm etiã inculcare, quemcunq; sunt nati, τὸ ἀδικεῖν τυραννίδος περὶ, οὐχ ὅπως δίσχρον εἶναι καὶ φερόν, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον, καὶ ἰπταίνετον. ἢ τῆς ἀνεχῶν  
 ςίας,

*λιας, μάλλον δὲ ἀσεβείας τῆς ἐσχάτης. Habeant sibi*  
 istos Magistros illi, qui *πολλὰ χαίρουσιν φράζαντες*  
*τῷ καλῷ, καὶ τοῦ πάντα κτίσαντος ἀπαγγέλμασι, sum-*  
 mam, si Diuis placet, felicitatem in vna Imperij  
 amplitudine, ac dignitate positam esse stultè  
 arbitrantur. Utinam aliquando se ipsi respiciant,  
 atque ad saniora consilia animum reflectant. Qui  
 autem respiciant, quibus hoc iam penitus infedit,  
 fidos pecoris sui custodes, ne latratu sint molesti,  
 procul esse ab legandos? quapropter me miserum,  
 quas turbas video! quas fugas ac formidines;  
 quas cædes ac strages, quos cadauerum acervos  
 oculis perspicio! sed ego fortasse vaticinor.  
 Tu pro misera Boemia, & Prouincijs adiacentibus  
 mecum deprecare, vt has turbas aliquando componat  
 ille, qui vnus potest, Deus. Resalutat te P. Remondus.  
 Vale, & me ama, quod quidem facis. Placentiæ  
 postridie Non. Ianuarij.  
 M. DC. XX.

## XXXV.

Iacobus Vectianus Francisco Remondo è Societate  
 I E S V S. P. D. Placentiam.

**H**A B E O à Ricardo quàm ad me remisisti  
 salutem: sed & aliud vellem. quid? benevolentiam  
 & amorem, & fortasse habeo; sed nosti tempora,  
 & mores: nunc agitur per syngrapham, aut  
 chirographum. ego verò certus esse possum hoc  
 minus de eo, quod abs te cupio; quò

quò perspicio magis, nihil in me prorsus esse, cuius causa mereri id possim. Nam quid meam in te obseruantiam prædicem, quæ tibi, tuiq; similibus viris doctissimis, & disertissimis omninò ab omnibus debetur, qui doctrinam amant, & elegantiam? quarum vtramq; cum semper admiratus sim in tuis scriptis, quæ vidi, quæ legi attentissimè, & diligentissimè; quali me putas gaudio exiuisse, vbi de Quærenge audiui te viuere (quæ putabam fato iam functum cælestes Musarum chorus auxisse) & Placentiæ esse, & cum Ricardo meo? equidè non mentior: vel ab eo die cogitavi perfricare frontem, & audere. sic sum: quæ volo, nimis ardentè opto, & vix possum vota cohibere. Inhibui tamè, & veluti frena iniecti, donec Hefius me Pater humanissimus indicaret: qui puto iam significauit esse hominem me, vt non multæ eruditionis, ita magnæ in literas & literatos propensionis: vestræ autè Societatis omnium clarissimæ, & orbi vniuerso vtilissimæ amantem in primis, & quodammodo participem; cui germanum fratrem iam pridem obtuli, donavi, dicaui. At quorsum ista colligo, tuum vt amorem colligam? cui poterat vel illud esse satis, nouisse, te amari, te obseruari: nam reuera vtrumq; ego ita facio, vt amare magis, & obseruare studiosius non possim. & ad quem præsens officij gratia accedere nequeo; officio saltem scribendi venerari te volui, nil reposcens aliud, nisi vt me velis tua quoq; remunerare beneuolentiâ, & pignore literarum. Vale Roma.

mæ.

Franciſcus Remondus Iacobo Veſtiano

S. P. D.

Romam.

**Q**UID ais vir bone? ita ne verò? hæcine tu homini nullius nec in ſe pretij, nec in te meriti? papæ, vt video, humaniores literas profiteris non minus moribus, quàm præceptis. At ego quid ad hæc? ingratus plane ſim, ſtultus, fungus, & homo nihili, ſi non agnoſcam. Gratias igitur ago tibi, quantas maximas poſſum. Mutuam à me benevolentiam, imò & amorem appetis, an exiſtis? peti non oportuit, quod debebam; exigi non oportuit, quod iam habebas. Quod autè per tuam in me procliuem epiſtolam decurrit laudis in agellum noſtrum; id ex illo eodè fonte profluit humanitatis tuæ. Caue palato tuo: agreſtes ſunt, & inſipidi fructus noſtri. Condimentum amoris ſæpe guttum mendacem facit. habes os oblitum dulcedine naturæ tuæ. ego illi culturæ non vacavi: vocauit me aliò, atq; etiam auocauit per eos, qui me regunt, ſummus rerum dominus. Tu tuis potius vttere frugibus, & ampla bonorum ſegete. Quod reliquum eſt, ſic habeto, me tibi cæteris in rebus vltro ceſſurum; benevolentia verò & amore nunquam inferiorè futurum. Heſius tibi ſalutem reddit. Vale Placentiæ. II. Februarij. M. DC. XX.

Si præſtantes iſti Collegij Clementini adoleſcen-

scentes, atq; alumni, libellum meum apud se habuerint: id erit a commendatione tua. Doleo, quod in typos nouissimæ illius editionis irreperint aliquot menda, incuria proflus eorum, quibus Roma discedens, nugas meas ad operas Typographi commiseram, & credideram. Attamen qui habent oculos facile discernent a Zanneto Remondum, nisi forte sint ex numero eorum, qui torua tuentur.

## XXXVI.

Iacobus Vectianus, Francisco Remondo,  
S. P. D. Placentiam.

**O** Benè faustè ac feliciter factum, quod prope modum fuit, ut nollem factum: o meas opportunè, an importunè? certè bonis aui bus missas literas, quæ abs te tam venustam, tam elegantem, tam ingeniosam elicuerunt epistolam, Sed vide, quàm malè me habuerit, & seque torserit non tua in rescribendo mora; sed is nescio quis, illas qui per aliquot dies retinuit, casus. vide quàm meum, quasi femine varium fuerit, ac mutabile ingenium: nolebam scripsisse. causam quæris? audi. Altero post, ni fallor, aut tertio quàm miseram die, hominem ad me allegauit cum tuis ad se literis ornatissimus, & doctissimus vir Antonius Quarengus, ut eam partem, quæ mihi plus iusto à tua incredibili humanitate obueniebat, veluti seponerem. Ibi ego plurimum letari qui debebam, indo-

indokui plurimam; atque iterum dico, nolebam scripsisse. statim enim necum cogitare cœpi, & memet ipse quasi redarguere. Hem prapropere festinationem meam; hem imprudentiam, & quasi impudentiam! qui molestiam exhiberim sine causa homini grauissimo, doctissimo, & fortasse occipatissimo, meris meis nugis; certè inanibus literis; vt eam, quam ecce mihi iam comparaueram, benevolentiam planè insipienter amitterem. Putabam igitur ad Ricardum Hesium mihi scribendum esse, qui veniam peteret, aut saltè excusaret; cum ecce tibi (heri id fuit) à tabellario literæ tuæ, quæ in amplissimū veluti voluptatis oceanū me coniecerunt. Equidem ita affectus sum vel solo inspecto tuo nomine, vt cor mihi salierit præ lætitia; non mens, nō oculus suo fatis officio fungi rectè potuerint. Scis quàm malè sui potens animus sit, vbi à summo mœrore ad summa gaudia transimus. Vbi igitur ille paullisper quieuit, & percurrere cœpi, pauca tua verba, res plurimas, plurimo ingenio, cui nō artificio, sed naturali acumine distributas; quàm solidum gaudium gauisus sim, tute cogita. Et te tamē à Musis auersū; atq; auocatum dicis à Palladijs illis Castris? aut aliter scribis; aut mihi non persuades vir optime, & doctissime. Et scis equidem (nam abs te didici, quem nunquam sum alloutus tamen) ab amœnioribus studijs ad mœro grauiorem, & fructuosiorē Philosophiæ ac Theologiæ, quas tot annos publice professus es disciplinas; culturam reuocaram

fuit,

fuisse: sed eo tempore, cum in animum tuum se cū  
 Musarum numine, totum Phœbus intuderat, istius  
 ingenij tui bonitatem admiratus. Vnde tibi lau-  
 dabilius, nobis turpius est in ea etiam, quam pro-  
 fitemur, arte longè superari: quod facillè ego qui-  
 dem patior ab isto ingenio, cui quæ conferat, pau-  
 ca admodum aut æqualia, aut similia inuenire  
 aliquis possit. Quod paria mecum in amore, &  
 beneuolentia facturum te scribis, qui eruditione,  
 & omni elocutionis genere (etsi negas nimis mo-  
 deste) longè superas: ita mihi persuades, vt do-  
 ctrinam tuam in primis valde sim admiraturus,  
 Beneuolentiam verò, vt decet, plurimi etiam fa-  
 cturus. Vale Romæ, XV. Kal. Martij.  
 M. DC. XX.

Aureum tuum & carmicum & orationum vo-  
 lumè potius, quam Ciceronis aut Martialis scri-  
 pta euoluent, si me audierint, huius Collegij ado-  
 lescentes: quando & hinc in vtrumque scribendū  
 genus tū acumen, tū linguæ puritatem haurire  
 poterunt; impietatem aut turpitudinem non po-  
 terunt. Quod ad menda attinet, nemo putò gno-  
 scat, quanta sit huius temporis typographicarum  
 operarum negligentia, quæ nonnè omnium su-  
 perat diligentiam. Si quis erit, iugillare qui te vo-  
 let hoc nomine, præsertim tunc temporis absen-  
 tem ab vrbe, illud statim occinam:

*Hic niger est, hunc tu Remane caeto.*

Franciscus Remondus Iacobo Vespiano

S. P. D. Romani.

**T**E tui facti penituisse? apage sis. verebar, inquis, ne tibi ego essem vel onerosus, vel molestus. Tu? mihi? audi humanissime, vitæ studere amicis, prima mea occupatio est: cogitare de illis, primum otium, hoc incunditate contendit, illa fructu; pati utrinque gloria vocante ad concordiam. siue ergo me occupatum credis, siue otiosum, tuz literæ nec onerosæ esse poterant, occupatio, nec molestæ otianti. cæterum rectè appellas occupationes meas; quippe quæ meæ sunt; non ego illarum, otium quoque meum est; quod si amicorum communia sunt omnia, inuola in tuum ius, ræpe partem huius & occupationis, & otij. At prima mea epistola visa, est breuis. tibi scilicet iam diu famelico, vt avarum pinguiculum sitienti, quanquam, vt ingenuè fatear, meæ iam arescunt venæ, annis in senium vergentibus, albicat caput, vtinam floribus ad fructus vitæ perennis; itaque me reddit ætas, ex Asiatico Laconem. Nolim tamen scribendi formam ita esse pressam, vt res strangulet. Tu, tu excurris per eloquentiæ stadia, tu exultas in amplis facundiæ cæpjis, nos humi repimus, nec valemus adsurgere. Te profiteris summum cultorem doctorum virorum, amice emunge huic numerum, relecto nomine meo. Sed rursus protinus erige me, & statue in alto conspicuam ingrati animi hostem. patiar



Epistolarum Select. Pars. I. 109

viar me hoc præconio celebrem fieri. imò, si pos-  
 sum, impero id præstes. Vide, ut tecum ago: illius  
 vitij odium audacem me facit contrariæ ambicio-  
 ne virtutis. sed ad epistolæ breuitatem redeo &  
 dic sodes, nonne mihi ad te scribenti præcauen-  
 dom fuit à longis literis? non enim dubito, quin  
 pro tui muneris ratione diuturni te labores disti-  
 neant. Te igitur ab his abstrahere omninò nefas  
 est: sed interdum paullisper auertere, tibi per fa-  
 cile est, & muneri tuo non iniquum. Vis, Iacobe,  
 vires integras? fac tibi mutilos dies; frange tempo-  
 ra; trude post tergum moras, sic viues inter  
 ista tua studia, & valetudinem lite rectè compo-  
 sita. Vale igitur, & istic quos noueris mei aman-  
 tes, salutem plurimam dicito. excipio admodum  
 Illustrem, & nunquam satis laudatum virum An-  
 tonium Quzrengum, quia mihi ad hoc erga illi  
 officium solas meas literas vicarias esse volo. Ite-  
 rum Vale, vis compendium? antea te dilexi, nunc  
 amo, posthac colam. Placentiæ Kal. I. Martij,  
 M. DC. XX.

XXXVII.

Iacobus Vectianus Francisco Remendo.

S. P. D. Placentiam.

**L**ITERAS tuas, vir doctissime & humanissi-  
 me accepi, noli dubitare, an putas semel?  
 iterum. & sæpius legi: atq; inter legendum  
 Atticum me, & cœlestis nectar luxisse mihi visus

G 2 sum,

sum; eorum præsertim clausulam summatim; quod  
 amantissimum est; singulatis cuiusdam affectus plenif-  
 simam. et si conuicio, meum esse te, tuamq; do-  
 ctissimam; & eximiam; quoddam eloquentia genus  
 colere & reuereri; tamen quod tu talis vir ista-  
 sis, quam profiteris, voluntate atq; animi propen-  
 sione in me nullius, aut certe perexigui hominem  
 pretij; non possum non vehementer letari. bene-  
 uolentiam igitur & amorem tuum ut libentissi-  
 me complector; in quantum usque adeo non acci-  
 pio, ut debere illum me tibi in primis, & ingenuè  
 profiteri. Hæc scribo statim atque à Quærenge,  
 quem officij gratia; quod sæpe solephodie inquisi-  
 monitus sum subdubitare te, an tuas postremas  
 acceperim, quas misisti. Et fateor equidem liben-  
 ter id, quod neq; infitari possim, si uelim maxi-  
 mè: imposuisse me amicitie nostræ; recentis præ-  
 sertim, aliquam nec leuissimam fortasse iniuriam; qui  
 neq; per superiores quidem sanctioris hebdoma-  
 dæ ferias, cum à studijs vacamus (quod facile po-  
 teram, & omninò debebam) aliquid rescripse-  
 rim, sed nosti: quædam tempora sunt, quibus mi-  
 nimùm otiamur, cum otari plurimùm uidemur.  
 At quid ista obrendo, falsa fortasse, aut suspecta?  
 quæ enim potest esse vlla occupatio tantâ, quæ  
 me à scribendo impedire valeat, cum præsertim  
 id faciam libentissimè, & ineptè licet, sine labore  
 tamen, aut non magna certè cum molestia? Mei  
 igitur habe silentij veram, & solam causam. De-  
 territus sum uenustate, elegantia, atq; eruditione  
 tua-

et auctoritate earum: quæ quoniam æque mihi nullo  
 modo posse confidebam; ita tueram; ut divina in-  
 terdum solemus, ita te silentio; & reuerentia co-  
 lere: Quod si tu, qua humanitate es, meas lite-  
 ras expectas; ego certè tuas ardentissime cupio.  
 sed ita stilum temperes velim, ut ego quoque, si  
 non tecum pari passu incedere, ponè saltem aut  
 non longissime sequi possim. De studijs quædam  
 cum moderatione tractandis quod mones, ne sis  
 sollicitus: ita ab illis tempero interdum, ut libros  
 ne aspiciam quidem, nisi cum planè necesse est.  
 itaq; si ab interrupta lectione, & lectione vale-  
 tudini consulitur; firmissimis ego viribus vsurus  
 sum in longissimum tempus, nunc quidem ita va-  
 leo (superis gratia) ut rectius, aut firmitus non  
 possim. Tuis tu quoq; vtere monitis, ne videarè  
 malos imitari medicos. & quando es, ut audio,  
 corpore imbecillo, viribus parum firmis, & æ-  
 tate, quæ in senectutem vergit; habe te procul à  
 libris, si potes, quos nimis valde, utputo, nimis  
 sæpe tractasti. Equidem vna hæc cogitatio, vnus  
 hic metus, ne te nimis occupatum habeam; me fa-  
 cile coerces, ut te frequenti literarum missione  
 ne prouocem ad scribendum, & epistolarum tuarum  
 gemulas eliciam, quas cum illis, quotquot  
 à Ricardo habeo sanè multas, ad seruo diligentis-  
 simè, & pretium illis statuo nullo pretio soluend-  
 um. Eundem Ricardum, cuius heri literas acce-  
 pi, saluta meo nomine plurimum senem optimu,  
 senem doctissimum, alterum mihi veluti paren-

tem, certe parentis loco à me, fratresq; meos & in-  
 bicum & cultum. Ad eum & aliquid volebam,  
 sed auolant hodie. Vale Romæ.

## XXXVIII.

Jacobus Vectianus Franciscò Remondo.

S. P. D.

Placentiam.

**Q**VI neq; Vere flores extali, neq; Autumnos,  
 ut scribis, fructus effudi sterilis arbor, atq;  
 aridum solum; nunc glaciem & niues ad-  
 fero, quasi asperum cœlum, & aer inclementissi-  
 mus. Et sane quid frigidius hoc meo sermone,  
 quem literis committo? quid rigidius hoc meo  
 illo? at bene habet, quod tu humanitatis tue qua-  
 si ardentibus radijs calorem indis, & tuum quem  
 sequeris, imitatus Duce[m] Christum, tantum facis  
 ex me, buccas è gelu. 'sed egon' tibi ieiunium,  
 aut silentium? qui si essem paulo impudentior,  
 extorquerem, nedum literas efflagitarem; adeo  
 in lepore sermonis capior, adeo venustate dese-  
 ctor, sed noui ætatem tuam, & imbecillas vires,  
 & assiduas occupationes. Mihi igitur sat est, ut  
 aliquando scribas, cum ego ad te prior sellieet  
 aut si neq; id potes, ut me tamen ames, ne si secus  
 facias, à te ipso dissentire videare, qui & laudare  
 soles. Sed nunquid ambigo, qui præsertim habeam  
 tuum illud chirographum? an mihi ignotum, hoc  
 esse vestri instituti, quotquot huic Santissimæ So-  
 cietati

Epistolarum Select. Pars. I. Froz

cietati nomen dedisti; ut quos tamen amare cupi-  
 ris, semper ametis? tua autem inotum probitas,  
 tua humanitas, & animi sinceritas (quemnam re-  
 linquat ambigendi locum? Sed nosti eorum, qui  
 ad rem paulo avidiores sunt, votum: idem mihi  
 propemodum de tuo amore desiderium; augeri  
 velle, & exerescere in dies magis. Vale, & felix  
 ingrediere novum hunc, quem servator noster Ie-  
 sus antum sperit; cuius in primis causa calamum  
 arripui, ut Tibi, & Ricardo nostro, quod veteres  
 quoque solebant, faustum ac fortunatum omina-  
 rer. Ambo igitur valetis, & Deum quoque pro me  
 ut soletis. Romae Kal. Januarij.  
 M. DC. XX

XXXIX.

Jacobus Vectianus Ricardo Hesio.

S. P. D. Placentiam.

**P**LVRIMVM tibi debet, Ricarde: cause  
 nec tibi ignota, nec mihi apud alios tacen-  
 da; apud te, qui audire non vis, silentio pro-  
 tereunda. Sed cum mecum ipse sepebit, quam gra-  
 ti me nuncere obstrinxeris; qui Remondo viro  
 gravissimo, & tibi tam doctrina tum mori-  
 bus simillimo, arctissimis benevolentiae vinculis  
 adstrinxeris; cum soluendo non sim, neque futu-  
 rus sim; profitear necesse est, me tibi iam esse ad-  
 dictum, nexum, usu & possessione omnino tuum.  
 Nam quod ille ad Quarengum scribens magnam

me illarum literarum partem fecerit; quod huma-  
 nissime ad me rescripserit, cum aliquo etiam (&  
 qualis tubæ?) præconio: qui possum aut ignorare,  
 aut dissimulare, tantum mihi abs te contigisse fe-  
 licitatis? nam re vera me felicissimum, & fortu-  
 natissimum iudico, cum huiusmodi viros colere,  
 & observare, & pro observantia amorem recolligere datur. ò Visum istum quoq; immortalitate  
 dignissimum, quem ego mortalem adhuc & spi-  
 rantem (utinam sit ad multos annos) cœlestis  
 plagæ ciuem effectum putabam. & vide, quàm se-  
 pe opinione fallimur. quem saltem senio conse-  
 ctum credebam, heri de Angelo Orimbello vestro  
 inaudiui, sexagesimum nondum fortasse attigisse  
 annum. Sed quali tam lætū nuncium mox res-  
 perfit consequentis sermonis, velut amaritie! esse  
 eum narravit corpore parū firmo, parū sano:  
 nisi si Placentinū istud cœlum, quod sperare se di-  
 xit; illi se paullo clementius ac benignus osten-  
 derit. O Deus, vota si spectas, & preces audis  
 pro huiusmodi capitibus! Beabis me Ricarde, si  
 cum eris commodum, boni aliquid nunciij de tali  
 struleris, ac tanto. Ad eum rescripsi nudius ter-  
 tijs (nam ita mihi faciundum putavi) nec literas  
 mihi tamen, nescio quibus impeditis negotijs: nūc  
 illas en ad te eam ob causam, vt reddas, illud præ-  
 fatus; meo me debito satisfacere, laborem illi aut  
 molestiam addere nullo modo voluisse. Vale. Ro-  
 mæ. X. Kal. Martij.

---

 Jacobus

Ricardus Hefius Iacobo Vectiano.

S. P. D. Romam.

**P**LVRIMVM tu, Vectiane, mihi? quo nomine? voluntatem si respicis, fateor erga te esse eam, quæ tuæ integritati, moribusque sanctissimis debetur: ac scito, eandem esse erga Quærengum, eandem erga omnes bonos. Hoc si beneficium est, næ ego vno, eodemque obligatos habebo multos. Vt enim, quisque est vir optimus & eruditissimus, maxima in eum benevolentia & amore sum. Beasti me Iacobe, qui tam vberem honestissimæ voluptatis mihi fontem monstraueris. Etenim si iucundum est, multos amicitia comprehendere, ac beneficijs tenere deuinctos; bone Deus, quanta video in me iucundissimæ vitæ, ac propè dixerim felicitatis præsidia, cum illa voluntate possim! De contracta cum Remondo amicitia tibi fortassis erit, quod gratulere, quando & mirificum hominis ingenium est, & singularis doctrina: mihi quod gratias, planè nihil. Vnum illud in amicitia concilianda præstari; quærenti ex me quis esses, tuis te illi vt depingerem coloribus, vt sciret, cui respondendum haberet. Hoc officij quis est obsecro quin libenter tribuat etiam alienissimo,

mo, ac prope inimico? Quare ne hoc quidem iudicari debet magnum; sed tamen iucundum mihi est, amici animum adeò videri gratum. Alteras, quas misisti literas prosecutus sum, verbis, quibus iussisti. Placuit conditio: puto tamen eum facturum, ut rescribat; nisi fortè erit, quod impediat. Habet enim & ille suas occupationes: graues ne? pro modo virium, & valetudinis, quæ videtur satis iam esse bona. Cum ad nos venit, tardus incessus, tristior vultus, & luridus in eo color aut propinquam ei mortem, aut periculosum aliquem morbum videbantur denuntiare. Nunc mutata in melius omnia: dicas prope factum esse alium.

Tantum ne igitur potuit tam breui tempore in vergente iam ad senectam ætate opportuna loci mutatio? & longior præterea quies, & iucunda cum eruditis colloquia, & sociorum amor, & victus ratio, & familiares Superiorum vultus. Quod ideo dico, ne quis Placentino hoc adscribat cælo, id quod tu videris. longè enim hoc aliud est hibernis quidem hisce mensibus, quàm existimare te significas. Coniecturam hinc facias licet: exacto Februario, appetente iam Vere, tamen quasi mediâ adhuc bruma, ita adstricta gelu, ac pruina rigent omnia, ut frigoris vim, & magnitudinem vix tectis inclusi sustineamus. expectamus



Simus Martium ; venit . Idem tamen rigor .  
 Itaque & mordemur , & quatinus Ritardi qui-  
 dem caput ita affectum , ut ne calantica qui-  
 dem & galerus , cum exeundum domo est , sa-  
 tis munire videantur . Quin tu cochlearum ,  
 inquis , more in occulto lates ; pellibusque ac  
 multa veste intectus in cellam te condis , & ab  
 æris iniuria caues ? Ego vero & sub tertam  
 dubens , si & mei iuris essem , & fieri hoc si-  
 ne noxa posset : sed nosti Societatis munera ,  
 nosti consuetudinem , nosti vitæ rationem . Ex  
 his , qui apud me constantur , qui permulti  
 sunt , si quis centrari morbo ceptus accesserit ,  
 recusabo adire & non possum , mi Vettiane : non  
 moris hoc nostri est , eundum est , extrudit cha-  
 ritas , urgent socij . Veram longius sum ; atque  
 oportebat ; tu mihi hoc per te , per amicos , per  
 quoscunque potes , à Domino fac impetres , ut  
 quando hyemis asperitas vix nobis vitam reli-  
 quam facit , si ad hos , quos nosti , annos morbus  
 etiam accesserit , ne animo cadamus , sed forti-  
 ter ac libenter quicquid erit , feramus . Vale , ac  
 fororis filium saluere à me iube , Placensia Kal.  
 Martij .

XXX X.

Jacobus Vectianus Ricardo Hefio.

S. P. D. Placentiam?

**M** Ascendus Romæ est apud Estensem Cardinalem. Limam suis admouit carminibus, & hæc erit, puto, quæ accedet extrema manus sub prælum mitrædis. ea ego percucurri omnia ipso volente, & iubente. Ingeniosi igitur, atque eruditi hominis multiplices vidi partus, venustos & elegantes, & mi fallor, omnium oculis dignos. Quartana febris laborat iam aliquot menses: & licet ab isto Placentino cœlo absit longissimè, adeò rigido, & inclementi ut narras, quætur tamen frequenter vel his temporibus, quibus solem & videre, & sentire incipimus, nam hucusque probè maduimus, & frigoris non Romani asperitate propemodum obriguimus; ne forte putres vestram istam, & solam Italicæ partem sequisse hoc anno in mortales.

De Remondi sat commoda valetudine quod nunciasti, gratias ago, serò licet, id est post tertium mensem, quo die ad illum scripsi, & ad te aliquid volebam, remq; aggressum illa me lux destituit, atque en quò progressus sum, an negligentia, an nimia Ricardi mei fiducia? errati veniam precarer, si semel hoc modo peccare contigisset, castiga igitur ut lubet, modò ne simili taciturnitate, quam sanè egerrimè pœnam sustinerem, præ maioris supplicij, i. perpetui silentij metu. Superiore anno

• anno Ameritz cum essem, scripsi hæc quæ mitto carmina, vides ad quem virum, prouocatus scilicet; namque non ausus essem laceßere hoc genere, talem præsertim ac tantum. Velim legas cū Remondo, & quod soles, moneas aliquid ex tuo, & illius iudicio, quò meliora facere possim. Cùm meas omnes scriptiones, tum hæc vellè & emendatam, & luculentam: vt si forte aliquando ad cuiuspiam manus, eo ne appareret prorsus indigna, cuius nomine insignita est, viri & dignitate, & eruditione celeberrimi. Vale Roma idibus Iunij M. DC. XX.

---

Ricardus Hesius Iacobo Veciano.

S. P. D. Romam.

**E**rgo Mascardus meus Romæ est, & ægroratur alterum fero non molestè; vbi enim potius? sed alterum? malè sit isti quartanæ, quæ tot iam menses eum, quem non oportuit; & quem minimè vellem: os durum: etiam ne in Minerarum intimos aliquid sibi esse iuris postulat? & tu hoc pateris? non amicum in libertatem, quantum potest, asseris? non impudentem belluam, si minus verberibus, ac minacibus verbis, voce, vultu territas? vbi nunc, obsecro, iambi? quid agunt? si vel tanquam sub mandragora stertunt, aut funestus eos occupauit veternus, non tu eos *ἰτις αὐτῶν τὰ χεῖρα*, vel stentorea voce, vel imperioso pedecitas? & in illam improbam, *κυνὸπιδα*, vel centenos

tenos intorques? contemnet inquis: Contemnet  
 non tu arcum habes; & sagittas? hæc arripes, & ad-  
 vocato, si quem habes, Aiace, cuius sub scuto ia-  
 ceas novus Teucer, novis eam armis incesse,  
 φοβήσεται, ἐν οἷδ' ὅτι καὶ φευξεται ἀμετράσρεπί  
 præsertim si rem ager diare, id quod oportet,  
 καὶ θυμὸν πλήρης, καὶ δριμύ βλέπων, καὶ ἄρη πνέων  
 quid ais Vectiane, quid censes? his armis ut-  
 mur? hæc remedia adhibeamus: audi, quid mihi  
 nunc in mentem. quam verum τοῦ τοῦ δεινός. δει-  
 νῆραι φροντίδες σοφώτεραι. quæ modò arridebant, ve-  
 salubria, ut honesta, ut commoda; ea nunc vehe-  
 menter displicent ut noxia, ut tetra, ut aliena vel  
 ægroto, vel nobis

*Qui musas colimus quietiores,*

*Qui libros sequimur factationes.*

Quid igitur placet? verbis ut res agatur, non te-  
 his. depellamus quæ molesta est, non perditum  
 famus; torreamus, non vulneremus; minemur;  
 non petamus. αἰδ' οὐχ ὁ δράσαν; doce Mascardū  
 nunc tu, quando à me discere cum potuit, negle-  
 xit. doce inquam vel paucula hæc, apud græcos  
 stomachantium dicta; οὐχ εἰς φθαρὸν; εὐκ ἐν κεραι-  
 κας; aut simile quippiam. Sub febris accessionem  
 experiatur has quasi δεινοτάτας ἐπαράσ; his qua-  
 si προφυλακτικοῖς βοηθήμασι se se muniat: mirifica in-  
 his vis, & κλεζικακός. Rides, inquis, in re tanta?  
 quid faciam? hæc tam hiberna tempestate, tam  
 effusis toto cælo imbribus, quibus continuos iam  
 aliquot dies, noctesque perfundimur; quasi parū  
 esset,

esset, quòd multis locis primas vitium gemmas decoxit pruina, insuper comminueret segetes grandine, in miserissimo Germaniæ atque Imperatoris nostri statu, in Augustini mei aduersa valetudine, ac molestia, a tristium rerum cogitatione aberrationem quero, ac modicum hoc in præsens doloris mei leuamen. Si peccatum est iocari, dicam errasse manum, errasse mentem; Ignosce, venio ad seria. De amici scriptis propediem exituris in lucem summa iam imposita manu, voluptatem mihi nuncias, qui id multos iam annos expecto. Tu Mascardum resaluta, & me, vt soles, ama. Vale Placentiæ X. Kal. Iul. M. DC. XX.

## XXXXI.

Iacobus Vectianus Ricardo Hesio.

S. P. D.

Romam.

**R**espoiro à meis occupationibus per autumnales ferias, & lubet Placentiam excurrere, & cum Ricardo meo, cum Remondo etiam Atticis lusinijs, doctorù Choryphæis paulisper morari, confabulari, & serium aliquid discere vel inter ioca. O vtinam verè possem vrbe istam adspicere, quam suspiro vestra amborum, causa, & vel Romæ possum anteferre. Quin vbi recordor illius temporis, cum ego apud te paucos illos menses, quam cômoueor præ desiderio! fortunæ equidem irascor, quæ istine me abstraxit non rediturum, quod certè non putabam. Sentio

in

in dies qualem iacturam fecerim, te deserens & gratias Musas; quas amo equidem ardentissime, sed minus, quam solebam frequens inuiso, quod iratas habere videor, quia te reliquerim & si nolens, & inuitissimus. Sed puto meminisse illas, quid pollicitus sim, quid non praestiterim. Illis ego tamen, ut debeo, omne obsequium praestare, & supplicibus etiam donis, si opus sit, superare contendam; ut si minus mihi, homini videlicet immerenti, nepotulo saltem fauere velint tenello, innocenti, atque illarum, ut videtur, valde amanti, valde reuerenti. nec despero impetraturum me, quod summopere cupio: quando hic puer non in graeca minus, quam in latina Grammatica fatigavit strenue, ac laudabiliter pro aetate: nam quoties pensum exigo. i. quotidie, paratum, ac promptum habeo. Ad Mureti latinam institutionem pro M. Antonio nepote τα τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἐπιτομὰς adiungere statui. Illam iam probe tenet, & memoriter recitat vniuersam, ac promptissime; ista non adeo facile poterit censeo, non adeo commodè. Paullo post Ciceronis epistolas breuiores illas, quas vestri collegerunt, & gratias alias, quas ijdem concinnarunt, praelegere in animo est, nisi si quid tu mones, quod vtilius sit, & ad vtramque linguam addiscendam aut commodius, aut compendiosius.

At de fratre, cuius propemodum fueram oblitus, quid existimem, Ricarde? adeo obstinate silet, ut valde mirer, ac pene indignor. An expectat

Dat meas literas sed mihi, inque vobis, & ceteris  
 malis addit responsum. Regiterat, cum ego  
 appellati antiterpellati, & inde in obsequium  
 discessi, vobis nunc moranum in obsequio, & tamen  
 adhuc ne syllabam quidem, in obsequium literam vobis  
 vix dicitur, conquirebat, utraque acriter, quod se  
 ut diffinitur possit. Et cum in obsequium ipsorum  
 in obsequium radicis egit, & paternus proferat estis,  
 quo cum dingo affectus, & vide, quid mihi periti  
 suadere conatur, ne scio, quid mihi Genos, illud  
 aut nimis religiosum esse, aut mei, quod solebat, mi-  
 nus amantem. Sed ego non audio, & illud potius  
 cogito, aut mihi occupatum, commodam ali-  
 quam scribendi occasionem expectare, aut iusta  
 de causa filere. Verum breui conueniam, ut spe-  
 ro, & presens in illum multa epistolam, quae iratus  
 amor suggeret. Et quando id erit, inquis? nouit  
 Deus, cui multa mea commisi omnia, non ego, qui  
 manco abieci, si necesse erit. Domum reuocor,  
 & impitor hic mansurum, nisi quid video, quod in  
 meam & meorum presentem utilitatem futurum  
 sit, & illi quidem hinc me a pulsum cupiunt, quam  
 per se potest, at non placet illud, quod offerunt  
 illius Regem.

*Ante Syracusis qui formidatus in rebo.*  
*Ex humili duram reppulit arte, famam.*  
 Mascardus se salutat, iacuit, misellus, aliquot  
 hebdomadas moritur, & molestissima exelus sca-  
 bitis, quam illa se facit, quarta, febris con-  
 uertit, quarum ut puto, quas illum docui, graca-  
 rum





hortatione curreres, et in maius. Placentia, ac  
nostri desiderio nihil est, quod mouere, Diutur-  
nior apud nos commoratio, fortasse profuisset;  
maioris discessus, quam nihil obfuerit, si serio,  
quid istis sis contentus cogitas, tu se ipse re-  
sis es.

Fratris negligentiam miram, ac non leui brachio obiurgandam, qui cum totiam menses a me  
habeat, quod ad te mittat, si forte nepotuli tui  
adiuuare studia possit; in ea re tandiu, atque ita  
indormiat, vt ne literam quidem scribas, & gratias  
de fratrem. Sed tamen (videt quid ego hominis sum);  
cum haec moueant me, vt par est; irasci hominem  
non possum, quem tantopere amo. De sororis fi-  
lio tam propenso in literas, tantumque in studijs pro-  
fectu, sane gratulor, tibi dicam, an illi ad potius  
usque? Mascardum, postquam iussu rem gratiam un-  
gas. Remondo literas tuas dabo legendas, cum  
erit commodum. Videbam hodie, anse, vespere  
ram: bis ad eius cubiculum accessi, non offendi,  
sed securus es; haec quidem in re id vtramvis sur-  
dormias; habebit a me, si leget. Quae reugum iam  
vt video, nostrum diligentissime a me, ve soles,  
velim resalutes. Verum, obsecro mi Vestiane A  
verd ne etiam me humuncionem duntaxat spontem  
is tanta ipse celsitudine tantus vir tamen respici-  
cit, vt suum, cum iam sublimi feriat sidera, verti-  
ce, si ego seo humanitatem, atque amo, resaluta  
sed audin? vt a tantulo tantum virum. Vale, &  
me ama. Placentia V. Idus Octob.

Jacobus Vectianus Francisco Remondo.

S. P. D. Placentiam.

**N**equè tibi frequentioribus literis molestus esse debeo; neque silere diutius tamen, quàm vel me pati possit observantia, vel tua permittere benevolentia. In altero utro si quid peccavi, aut pecco, parata mihi sit obsecro; abs te venia Remonde, qui mihi magis cupio, quàm tibi placere, cui debbo plurimum, vel ob id, quod acceperisse me fateor summum decus, atque ornamentum in illis, quas alteras misisti, literarum tuarum compendio (*Antea te dāxi, nunc amo t.*) cetera, quae adscripsisti, addere non possum, prae pudore, nec tu debebas. Ah mi Francisce: vide, quis ego sum, quis tu, ob modestiam occultare te, nec si vplis, potes. Iam te non Gallia modo tua, & Italia cuncta; sed Europa etiam puto, novit clarissimis & doctissimis, illustrem scriptis, natalibus, & vitæ instituto. Ego autem cum aliis, cum proximè præterita hebdomada de Antonio Quarengo, quem officij gratia intusi, videro multa intellexi de morum suavitate, benignitate, comitate, & reliquis ingenij, atque animi tui dotibus præstantissimis, ut ad meam in te benevolentiam, & observantiam, quod fieri nullo modo posse credebam. (*ita mihi videbar & ardentè amare, & colere studiè*)

maxi-

maximus cumulus accesserit.

Ad Ricardum scripsi, mihi ab eo quid se  
imperatum; nempe ut si scriberem, quod me  
facurum dixi, salutarem te suo nomine per  
quam amanter, & officiosè; quod feci, &  
rursus facio; hæc possum tamen exprimere  
ipsum illius in te affectum, quem mihi videor  
planè perpexisse. Percommodè valet eximius  
hic vir prætate, quam Nestorem esse cu-  
pio, & fore spero: adeò iucundè vivit, adeò  
hilariter cum suo Apolline & Musis, hoc præ-  
sertim tempore, cuius traducit magnam par-  
tem cum magno Cardinale Patrono, Alexan-  
dro Estense, & cum alijs eruditis viris sui si-  
milibus, qui sunt in hac Anta nec pauci,  
nec famæ mediocris. Hoc anno ut mi-  
nus numerosum, minus laboriosum Auditō-  
rium habiturus sim, futurum spero; & gau-  
deo, qui turba non delector, inane glorio-  
lām haud sector, amo commoda: mihi equi-  
dem optio si datur, eligam infimum, ad quod  
descendere possim vel imparatus. Sed hoc in  
manu Collegij Moderatoris, qui me quod ni-  
mis amat, supra merita & vota cohonestā-  
tum vult. Vale Romæ Nonis Octobris.  
M. DC. XX.

Franciscus Remondus Iacobo Vettori.

S. P. D. Roman.

**V**eri vale dicto, salve. Autumnus, quid istud?  
 inquis. quæris? quia verò flores extulisti,  
 nunc fructus fundis Autumnus. Interim tu  
 mihi ieiunium multorum mensium imperavisti.  
 Ignosce, fœneratus es. Diuturnam, si quidem fa-  
 mem ac sitim compendio trucidasti, sed dic so-  
 des, quid tibi venit in mentem, bacchantium mo-  
 te, ignoro tuarum per laudes errare non meas?  
 Haussisti hæc de Quærenge torcularibus: multo  
 charissatis exurgens eius in me vindictia spuma-  
 vit. Gracias illi ago, tibi que quantas maximas  
 possum, quam gratiam referam, non habeo. Gra-  
 tulus tanti Viri senectuti, valetudini, virtuti, &  
 totius Urbis imò Orbis theatro conspicua sapien-  
 tiæ. Te illius consuetudine beatum iudico, v-  
 trumque peramanter saluto. Cæterum quod  
 scribis, laudo factum, & institutum tuum.  
 Vire, & vale. Placentis III. Nouembris  
 M. DC. XX.

¶ La risposta sta auanti à car. 102.

XXXXVII. I. 2

Iacobus Vesputianus Ricardo Hefio

S. P. D. Placentiam

**E**ndimionem, puto, aut Epimeidem e lon-  
 gissimo somno excitasti; nisi si potius Argo  
 vigilantior, & nimis a tuosum, atque ob  
 id excusatione dignum; officij sui commodum  
 admonuisti fratrem meum; aut ipse presentiens  
 aliquid sibi a nobis impendere mali, cauere vo-  
 luit, & quod veteres dicebant, auerruncare.  
 Scripsit igitur, & quod mirere magis, in ipsa  
 iam repetito scholazum & studiorum initio lon-  
 gas literas dedit, quibus silentium excusat, ve-  
 niam petit, & dolet in primis, quod tibi citius  
 obsequi non potuerit, de transmittendo Compen-  
 dio tuam a nos, per omne id tempus, quo apud se  
 habuit (sic illo affirmat) ex vestris nemo fuit,  
 qui huc ad nos, quod quidem ipse ponerit. Itaque  
 si ita est, vsque credo, digna mihi videtur, cui  
 hanc, quam putamus, negligentia culpam ve-  
 terique condonemus. Tuum igitur Compendium  
 nunc denique accepit, doluique a Typographo il-  
 lo Mediolanensi fuisse tam male acceptum. O  
 praelum illud ignauum & negligens, si in tantulo  
 libro tot errata perrepererunt! o illud hominis, qui  
 tractauit, non malum modò, ut vocant, sed & stulti-  
 dum caput! nescio an id factum sit maiore cum tuo an-  
 tpeo cum dolore. certè miratus sum, ac sine risu,  
 & valde indignatus non possum homini ignoscere.

H 4

Scriptor

— — — — — Scriptor si peccat libarius usque

Quodvis est monitus, venio, daret — — — — — I

nam ut verborum errorum mittamus, quam culpam  
 fortasse rejiciat in correctorem: qui excuset illam  
 aut ignaviam, aut obstinationem, ut noluerit  
 quaerere, ac minutiore characterē, quod monuit  
 fas, Appendices, & Corollaria describere. Et  
 quorsum illa sua commata, aut eul rei, certo casu  
 vlti? Vide quis ex eo incommodis deterrentur,  
 qui vident, & negant Compendium hoc fore ad  
 discendum compendium. Id quidem a principio as-  
 seruere ex huius Collegii Patribus nonnulli, qui-  
 bus ego hanc mentem scripsi monitis ut diligen-  
 tius inspicerent, & peruenire, esse hoc hominis  
 non literis tunc, aut Grammatica grammati-  
 cum opusculum. Mihi saeculum videtur, dum ho-  
 sic videatur, ut pro subiectum, ut inspicientis  
 & corrigentis, quod polliceris. Praeterea hoc, qua-  
 liscunque est, & quibus ad cetera accidet, non in-  
 denatis descriptis typis, neque in pessima charta  
 fruat libentissime, & in nepotulo fastidendo  
 tar aut uno, aut precipuo, qui vltima adferat, quae  
 eodem hoc non grandi volumine continentur plu-  
 rima, selectissima, latinissima: non vereor, ne  
 non his contentus esse possit, & debeat ad lingua  
 latinam, ne dum ipsam Grammaticam, magna ex  
 parte addiscendam.

Venio nunc ad tuas literas, quas proxime ac-  
 cepi Octobris superiore anno, quae meo dotes unius  
 ante statim rescripsi, an quod necesse non erat?

sed

sed monens ut inuissam habe igitur veram cau-  
sam. Dissinebar nescio qua descriptione concin-  
nanda, quam pleno Auditorio, quod factum est,  
recitarem de more, & primis illis studiorum au-  
spicijs. Coronæ caput fuit Quæregus noster &  
qui, ubi descendi gratia & æurus, quasi sportu-  
latim accepisset, aut recte esset adhibendus coram,  
exclamare cepit; Pulchrè, Bend, Rectè. nostri ho-  
mînis auctoritatem; assensere omnes: atq; ego  
quam ex mea tenuitate non poteram, ab eius hu-  
manitate, & nimia, vt reor, benivolentia laudem  
culi. Illi ante aliquot dies tuas ad me literas mi-  
seram legendas, qui diffiderem meis verbis expræ-  
mete affectum illum tuum: legit cum Mascardo,  
qui forte aderat, & restituit tertio post die: scin-  
quo præconio? te græcè, & latinè esse hominem  
doctissimum, & in scribendo iuculentissimum ius-  
sic præterea, vt illud rescriberem: habere te pau-  
cos, de quorum benivolentia tantum tibi polli-  
ceri possis, quantum de sua: Quod ad meum redi-  
tū attinet, hoc scito *δὲ τὸ ἐν τῆς τὰς πρὸς τὸν ἄλλο*  
*καὶ τὸ ἐν τῆς τὰς πρὸς τὸν ἄλλο*  
Optimum Virum, & iuris consultissimum Iaco-  
bum Antonium Macimum saluta meo nomine: ita  
Remondū, a quohodie literas accepi, quam lima-  
tas bone Deus, quam eruditas, id est enarum simi-  
limas, & diuersa quamuis facie, planè germanas  
sorores. Vale, Romæ Idibus Nouëbris.

Ricar-

Richardus Hefius: Iacobo Vetriciano salutem  
 S. p. D. Romani

**E**N reddatur mihi abs te litera serius, quam  
 solent: isgo, ac rescribo: bene sit ergo fra-  
 tri, qui ad te, quod maxime cupiebam. Tan-  
 de ergo: *ἡ δὲ ἀδελφότης σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σου, ἡ δὲ ἀρετὴ σου ἐστὶν ἡ ἀδελφότης σου*  
*καὶ ἡ ἀδελφότης σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σου, καὶ ἡ ἀρετὴ σου ἐστὶν ἡ ἀδελφότης σου*  
 pie sibiq; consuevit ex tuleram iam manum, vt  
 sublimi sigello: eoquegram hominem nimium osci-  
 cantem. Auertis iocum dextro Mercurio tua ma-  
 nos quietis, nec iam vt iustus leuio, nec iratus mi-  
 nor: satis humani fallor, surdo, vt in satyra est, ver-  
 bere cecidit, confosoria. Patiamur igitur cum  
 hoc esse defunctum, moneamus tamen, vt quod  
 esse coepit, esse pengat. Quod quidem opto, cum  
 tua causa, tum etiam ipsius. Crebras enim ad te  
 literas si dabit, vicissim accipiet, quos & libenter  
 legat, & tum fructu: certe non inuilem queri po-  
 terit, aut iniquam permutationem. De nostro  
 Compendio aut tu est igitur quod later: quod  
 quidem facit, ac vehementer nos idem aliorum  
 quo iudicium? quid mea? *ἡ δὲ ἀδελφότης σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σου*  
 mi Iacobe, quādo *τὸ ἔργον σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σου, καὶ ἡ ἀρετὴ σου ἐστὶν ἡ ἀδελφότης σου*  
*καὶ ἡ ἀδελφότης σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σου, καὶ ἡ ἀρετὴ σου ἐστὶν ἡ ἀδελφότης σου*  
 gi me amor imponat, & quod vix est. *ἡ δὲ ἀδελφότης σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σου*  
*καὶ ἡ ἀδελφότης σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σου, καὶ ἡ ἀρετὴ σου ἐστὶν ἡ ἀδελφότης σου*  
 phantum

Quod laudem tulisti ex oratione, quid mi-  
 tum, si tibi illic *ἡ δὲ ἀδελφότης σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σου* Quærenus præsens, cum  
 ego



Ego hic idem facere absens non desinam? Maeste.  
 Quod scribis *ἴς πατρίδος οὐδένα σε ἔχειν πέθειν*, ita  
 suspirabar, cui hēsisse debet illud *πατρὶς γὰρ ἐστὶ  
 παρ' ἰσθου ἀν' ἀπ' ἄστ' ἑστὶ ἐθ'*. In eo, quod sublungis  
 video tibi familiarem esse Platonem, placet, quis  
 enim aut copiosior, aut elegantior, aut doctior?  
 sed obsecraest ne Regij ο' Cior *ἰταλιωτικῶν τε, καὶ  
 κυρακουσίων τραπέζων πλήρης*; ut propterea displi-  
 ceat? quid, cum Romani fugalitatē imitantur  
 Hispanicam, aut Florentinam? At ille, qui ridicu-  
 lo carmine historiam scripsit Baldi, optime ijs sa-  
 pere tradit palatum, sed hæc valeant, et tu Vale.  
 Quærenge salutem, quam meretur, Placentiæ.  
 IX. Kal. Decembris, M. DC. XX.

---

 XXXXIV.

Jacobus Vectianus Ricardo Hefio.

S. P. D. Placentiam.

**A**ltera iam noctis hora est, quæ à scribendo  
 me delassatum excipit, nec impetrare  
 possum tamen à mea mente & benevolentia  
 & obseruantia, quin epistolam dem vtcunq; exa-  
 ratam per hos tabellarios, qui iam literas putò  
 colligunt in suos cum grandes semper, tum hodie  
 multò grandiores fasciculos. Quæris quid me in  
 has angustias coniecerit? multa: hodierna per  
 Urbem discursatio, mentis hilaritas, & insolitum  
 gaudium, non meum solum, sed vniuersæ urbis ob-  
 nouum, quem habemus, Sanctissimum Pontifi-  
 cem,

cem, Ecclesie Sponsum, quæ priorè amissio itidè  
 Sanctissimo Viro Paulo Quinto, acerbissime quid-  
 dem, at non diutissime luxit, hæc Gregorius  
 hoc nomine. XV. Huius & ante hæc, quæ conse-  
 cutus est, dignitatem omnium celsissimam, Viri  
 optimi, & Ecclesie Bononiensis integerrimi Antis-  
 titis aded præclaræ, aded insignes & eximia sue  
 re animi dotes, ut altero post die, quàm Patres  
 solemniter, ac de more Conclauè ingressi sunt,  
 omnium suffragijs, nemine dissentiente, vniuer-  
 salis Ecclesie Pastor, & Petri nauis Governator,  
 vno verbo, Summus Pontifex renunciatus sit per  
 eam viam, quam Spiritus Sancti vocare solent, ut  
 re vera est. Illa tamen nocte, quæ statim superue-  
 nit, nullus Conclauè egressus est, etsi per incom-  
 moda valetudine intratant multi ad opus omniũ  
 maximum perficiendum: nonnulli etiã senio vsq;  
 aded confecti, ut ætatem vix ferrent vel in magna  
 seruitiorum turba, atq; intra laxas ædes: ex his  
 optimus ille, & mitissimi ingenij senex, Cardina-  
 lis Aquinas in suo illo gurgustulo pene expira-  
 uit: quem sellula exceptum sui bene mane Domũ  
 retulerunt, exigua vitæ spe, quando nec desunt,  
 qui illum vixisse narrent. at is rumor est, non vera  
 aut certa fama, ut reor.

Epistolam claudere volebam, sed venit in men-  
 tem & illud significare, Mascardum nostrum ἰν  
 προτροπικὸς λόγος habuisse ad Cardinales re diui-  
 na peracta, quæ ante ingressum Conclauis Spiritus  
 sancti affatus, & aura efflagitari solent, eo

con-

concurfu, & hominum frequentia, quæ fieri assuet per has occasiones; eo plausu, & laudatione, quam non referunt omnes; certe non retulit is, qui Paulum Quintum ex eodem loco pridie laudauit, et si non indifertè. Remondum meo nomine saluta, vt soles; i. amantissimè. eum pato meas accepisse literas, quas dedi sub anni superioris exitum, aut præsentis initium. ego tuas accepi, & salutauit Quærentum. Ille iterum te, qui quoties scribo id vt faciam, iam dedit in mandatis. A fratre mirum iterùm silentium. Quid faciemus isti homini? sed excusemus in docendo nimis occupatum: Vale Romæ IV. Idus Februarij.  
M. DC. XXI.

Ricardus Hestus Iacobo Vetriciano.

S. P. D. Romam.

**B**Reui loquentem me faciunt multa: hyemis rigor, capitis infirmitas, scriptionis tarditas, otij blandimenta, languor ex morbo. ergo is inuasit etiam temperantem? tunc sis miratus: nosti Placentinum hoc hibernis mensibus Cæli tanta eius hoc anno fuit inclementia, vt valetudine tentarit plurimos, sustulerit non paucos: ex frigore acutissimo frequentes hic destillationes, tasses, apoplexia, febres, repentina mortis. latebat inclusus domi Ricardus, publico non utebatur; pedem Collegio non efferebat, nisi cum extruderet necessitas. Quid retulit? ducendus fuit de cælo

color spiritus, nisi exhalare animam vellem. quibus  
 igitur inde? initio capitis grauedo, mox pituita,  
 ac tussis: secreta est febricula, lenta illa quidem,  
 sed tamen molesta, & eo magis, quod vixit, ne  
 sedem apud me figeret, ac teneret. accedebat  
 quotidie importuna, salutabat statim horis, hære-  
 bat libenter, ac diutius, quam vellem. Apage,  
 quid mihi rationis tecum? ecquid vacui tempo-  
 ris, quod male perdam? familiarem te facis? at  
 familiariter à me accipi non potes. Video, quid  
 agas. at ego conditione tua non vtor. longe mi-  
 hi alia mens est: proin tu, si sapias, hinc te amolire  
 quam primum; atq; alium tibi, cui placeas, cui te  
 vendites, cui nubas, reperi. Quid censes, Vestia-  
 nez satin' hoc diserte? suas eam, res habere iu-  
 beo, ac vero vultu. Dehinc ne esse tatis, si quid  
 in illa frontis? non fuit tamen; quid restabat, nisi  
 fultis. *ὦ νύμφος ἀνύμφου! ὦ ἔρωτος δυσέρωτος!* quam  
 miserum est amare non redamantem! quid fe-  
 cisse hic putas Ricardum? armis impetra-  
 to scilicet, quod eum bona gratia non potue-  
 ram. armis tu *ἢ πᾶν πειλομένους*; armis inquam,  
 & quidem Hippocraticis, quibus tandem? *ὁ ἄλλοι  
 στίλα, ὁ ἑλπίδα, ὁ ἀγοράσια, εἰν ὅτε καὶ αὐτίκα*. sed  
 rarius propter ætatem, quid profectum? depulsa  
 hac ratione febris est, nec transire in efcicam fita;  
 quid vires? labefactate, ac prope amissa, sed recu-  
 perabuntur fauente Deo. Interim consistatio  
 est cum tussi, cumq; ea quæ multa in pectus incu-  
 buit, pituita, adeo lenta, ac pertinaci, vt interdū,

regulis adducenda esse videatur. sed aliter fa-  
cio ac statueram: longior sum, quam putaueram:  
ergo ista nunc valeant.

De nouo Pontifice iam huc erat allatum, bene  
sit electio, bene illis, qui elegerunt. Gregorium  
appellari se quod voluit, accipio omen: atq; eò li-  
bentius, quod his tam turbulentis temporibus ad  
excubendum pro Christi grege summa opus fo-  
re video vigilantia. Ad eam si accedet pruden-  
tia, & consilium, inanes puto erunt hæreticorum,  
& Turcarum in nos impetus. sed excitandi ad  
pietatem Christianorum animi, ne peccandi li-  
centia irritatus, sublimi nos tangat flagello Deus  
negotia vt vides, tument; ardet bello Germania,  
ardet Pannonia; ardebit, si fallor, perpediem Sar-  
matia, Dacia; Mesia: nimbum impendere video  
& Italiam, vtinam transeat sine noxa. Quare vt  
me tibi aperiam, si meæ spontis essem, libenter  
hinc in abdicum, ac retrusum aliquem locum,  
etiam sine Mascardi *πρωτοπληρω* auolare; quo  
aspirare nec armorum strepitus, nec tubarū clā-  
gor posset. Horribilia sunt, quæ præfigit animus,  
æerba, dira, funesta. Verum ergo fortasse vari-  
cinor, atque alium quæ parantur, habebunt exitum.

De fratre ain' tu? monstri simile; itane omnes  
erga te amorem exiit? ita ne animum, quo esse in  
fratrem debuit, eiecit? equidem miror, ac iam  
stomachor: quid tu? non clamas? non insanis? nō  
veluti sub mandragora stertentem excitas? et si  
quo

quo consilio, aut qua spe hominem veteris oppressum? finamus igitur agere eum quod agit, & κοιμᾶσαι ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην, quando scilicet hoc tibi sedit. Nos institutum nostrum, quando uisum fuerit, quod impediatur, seruemus; & ambris igniculos hoc literarum quasi stabello venissemus, ac σὺν-ποιήσωμεν. Quarenum quotidie plus amo; ei tu plurimam a me salutem. Remondas tuas literas accepit, ac saluere te iubet. Vale Placentiae III. Kal. Martias. M. DC. XXI.

XXXXV.

J. V. Ricardo Hesio Viro graece & latine doctissimo S. P. D. Placentiam.

**C**Ras, aut summum perendie in amoenissimam villam profecturus sum, ibique per aliquot hebdomadas, ut reor, immoratusus; permittere nolui, ut diutius, quam par est, ad tuas responsum literas expectes, quod debebam & ante hunc mensem. Et quanquam desidiosum me interdum, atque inertissimum esse non ignoras; officij tamen desertorem nolim existimes. Typographus hic noster, vel, ut rectius dicam, paginae infector egregius, latina vix, nec satis tamen emendate describere nouit; graeca non attingit, ac ne adspicit quidem. fassus est sane meulenter, se ad id non magis aptum, quam Alinum ad lyram, aut ad tibias lupum. non igitur eum talis narrare, τα ὄτα ἰαίμεν. Ad Clericum igitur ego statim, & prece;

precatus sum, tam eximiam ne omitteret occasionem de Iuuentute bene merendi, sibiq; in eo, quod maxime cuperet, obsequendi. Bononia esse solertes chalcographos, sua in arte p̄bè veritate præterea tū latinos tū gr̄cos literarū typis sanè luculentos. hoc sibi munus assumeret, tibiq; auferret ad publicam vtilitatem, quod porrigis non inuitus. Quibus literis quid factum sit, ignoro; nec quid opinari debeam, sat scio, qui malè pollem, benè vix possum. Iam semel, atq; iterū illis, quas Romam misi, responsum est; his quas Bononiam, atq; ad illum dedi, nihil adhuc rescriptum. Nec ausim tamen, aut velim Clericam siue inertiæ insimulare, siue grauiore aliquo damnare crimine, quasi contemnat, quem amicū nouit, & sui obseruantē: etsi, vt sumus suspiciosi omnes, aut certè pleriq; in mentem venit subreperi, ne mihi falsa expectatione iam bis, vt video, decepto illudere voluerit, semel eius, quam promisit, ad te literarum scrip̄tionis; iterum huius (si meas tamen literas accepit) frustra expectatæ responsionis. Mearum habes causam, tarditatis literarum: & caue putes, fictitia aliqua fabella culpam, quæ mea fit, in alios deriuasse. ita enim factum, vt narraui, ad amussim. nec me tamen libero, qui poteram, & debebam monere te, quid à me aut factum aut cogitatum, vt voti compos fieres; imò vt optata, & flagitata iam sæpius, ipsi consequeremur; ego, inquam, & Clericus, qui mihi Bononia per quàm sanctè affirmauit; nihil

ſe ardentius cupere, quam illud, quod dixi; ſingulę  
 gręce obſervationũ copioſius Volumẽ tuũ. Quod  
 mihi gratularis de Sereniſſ. Principis ſingulari  
 benignitate; & horũ, quos mihi in diſciplinã tra-  
 di voluit mirifica in literas propenſione adole-  
 ſcentium; eſt ſanẽ quod valde læter, præſertim de  
 ipſoſ in literis gręcis nõ paruo progreſſu. Iem-  
 niſicos ne cogita: dico id, quod eſt, nil ultra. In-  
 tra hoc trimeſtre ſpatium (atque, id agimus ta-  
 men, quaſi *αδελφῶν*) memorię adeò probẽ manda-  
 runt que ad nomina, & verborum inflexionem  
 pertinent, vt reddant promptiſſimẽ, cum repeto,  
 non quotidie. Meus ex ſore nepos, qui & ali-  
 quid ipſe eſſe mihi videbatur; ſtipes eſt, aut ſaxum  
 præ hiſ. Tu igitur, ſi me amas, vel potius quod  
 me amas; cum aliorum tum horum in primis gra-  
 tia, etiam atque etiam cogita Ricarde, de gręca  
 illa, quam Iuuentuti multũ profuturam ſcio,  
 pleniore grãmatices institutione reconcinanda.  
 Quam dolet hic non eſſe, qui poſſit hanc tibi ope-  
 ram præſtare, typographum; ego conarer pro vi-  
 ribus, vt quã emendati exirent libri omnes. Ti-  
 bi tamen cum libuerit (atq; vtinam libeat quam-  
 primum) occaſio non deerit alicubi & periti  
 chalcographi, & ex ueſtris, qui velit, & facilẽ poſ-  
 ſit hunc tua cauſa laborem ſuſcipere. Ad plures,  
 & præteritos nolim adeò cogites aſſiduẽ, vt de  
 poſteris nullam curam geras. Iſto etiam laboris,  
 & commentationis genere, quod paucorum eſt  
 hoc tempore, immortalẽ tibi gloriam compa-  
 rare



Epistolarum P. Sect. I. 137

rare poteris: non eam dico, quæ apud nos est, & posteros etiam spectat, falso appellatam titulo; quam tu vitas, ut video, sanè diligenter, ipsis tuis operibus ne inscripto quidem nomine: sed eam, ad quam totis viribus & animo adpiras, in ælo fruendam, & nunquam interituram. Humanissimum, & doctissimum P. Franciscum Remondum, & Excellentiss. Macinum meo nomine ut diligentissimè salutes, etiam atq; etiam te rogo. Vale, & ama me, ut soles; ac pro eodem me Deum precare, ut pollicitus es, assidue & ardentè: ut siquæ ego rependam pro viribus, amorem & preces, quod certè facio, ut debeo. Regij. III. Non. Septembris. M. DC. XXI.

Heri sub vesperam nobis præiit ad superos Claudius Rangonus Antistes noster, quem è publica hac specula euocatū partim lugemus, partim querimur, dolemus omnes communem, nec leuem iacturam.

Ricardus Hesius Iacobo Vectiano.

S. P. D.

Regium.

**P**rope fuit, ut aut aculeatis in te literis incurrerem, aut scriptionem in aliud tempus differrem, aut animo scriberem commotiore: scis quam ob rem? ob nouam inquis literis salutationem; quam quidem legi nobis sine stomacho, & qui potui aliter; ambitiosem focatam, totam ex Aulicorum scholis. Non satis tibi, visum est,

posuisse Hefio? quid opus fuit, græcè & latinè doctissimo? Dic mihi, ad Ricardum ista? Aufer, nō placent. vis dicam? rideri me putarem, si isto me salutaret modo ignotus: ac te, quem inus & incute, quod aiunt, noui, eò nihil suspicor, quòd hæc in amicitiam nostram, & in animi tui candorem non caduat. Sed narro tibi, eram in fermento: nisi detumisset iecur, periculum tibi erat vel à plaga, vel certè à conuicio. Nunc est, quod gaudeas discessisse te hodie pulchrè, cum illæ fus ab utroque. Venio ad epistolam . . .

Secessus iste si est ad Larium Plinij, obsecro te, ut otium benè ponas . . . quid ages? dabis ne te libris, an piscatui, an venationi? si libris, ubi animi relaxatio? scis autem, non semper arcum debere esse intentum. Si piscatui, qua spe? ut in hamum incurrat piscis, in quo Polycratis annulus? ò si id optimus faciat Deus, esset *εὐκαιριον* subleuandis tuis: sed vide, quo fato es, ne citius torpedo. si venationi; ergo cum venabulo & lancea cursabis togatus? foras certè pugillaribus, nemo capiat, ac stilo. O ridiculum venatorem, si meus id faciat Vectianus: sed non committet, *πολλοῦ γὰρ καὶ δει*. quo enim fructu, aut mente? nisi forte illud patabis, tuã cū Diana acturam Mineruã, quando siluis & montibus vtraque inerrat, ut, cū tu in herba sedebis sub quercu, vel pinu, aut fluctus in lacu enumerans (qui enim diurno in otio piger, & grauis?) illa in plagas tuas vel ceruos impellat: suis artibus, vel apros, quemadmodū olim in dor-

mien-

nientis Timothei vrbes Fortuna. Bone Deus, ve  
gestiam, si id contingat. Verum heus tu, si quid  
eiusmodi ( *Τί γάρ οὐ βέβαιον τοῖς ἐν οὐρανῶ;* ) scis  
quid monitū te velim? illud κοινὸς Ἑρμῆς, neq; his  
dicas, ferinam non esse mei stomachi, aut palati;  
fac sanè periculum, & videbis non mihi minus illā  
esse gratam, quàm egriis vinum, balnea, aut fontes.  
Non placet conditio? quid ita non, si placet il-  
lud, πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά; Verum ἐν παιδείᾳ  
μέρη ταῦτα γέχαιρέτω.

De Clerico monstra narra: ita ne ergo obsti-  
nate fileat? si redditis sibi literis, iniquus est, qui nil  
respondeat, bis iam lacessitus. Ignoscam? vix  
possum, ne grauiter quidem aegroto, aut vehem-  
enter occupato. Quid enim negotij est, vel in  
morbo aliena vti manu, vel in maximo occupatio-  
num concursu ἐπιστόλιον exarare amico? neutrum  
est factum: irascamur? non censeo. Quid si sic vo-  
luit Deus? nimirum, vt cum destituimur ab ijs,  
qui spem nobis iniecerant, eamq; alebant, aliud  
agamus. & videlicet ita rectum est: quid enim?  
an non vides, si quid scribimus, quod edatur, quā  
multæ statim, quamq; graues se nobis obijciant  
difficultates, cum quibus luctandum est? tūm au-  
tem, qui negotium se adiuturos pollicebantur,  
quā diu in eo iam indormiant, velut alto sopore  
mersi? instabant, vti scis, & vrgebant, vt darem  
sibi quod posteris venditarent: se paraturos, quī  
typis imprimeret. graue erat mihi, vt feni, & va-  
letudinario supra vires quicquam conari: verum

tamen hominibus & amicis, & mei studiosis ve-  
 qua ratione satisfacerem, gerendum putavi mo-  
 rem. Scribere institui nonnulla cum latinè, cum  
 & græcè non omnino, ut mihi vivus sum, insulsè.  
 Animus erat peragere, dum quidem spes fuit, non  
 laboraturum me frustra. at postquam ea facta est  
 tenuior, vel potius evanuit, elangui scilicet, cœ-  
 ptūq; op<sup>us</sup> vel intermisi, vel omisi. nec verò sperare  
 mihi potui, ut incertę alex labori me rursus darō.  
 sto expectans, si quid forte alicunde, quod illi o-  
 stenderant, de prælo. abiit mens vos, alter, ter-  
 tius; abiit annus, & eò amplius: mirum tamen ad-  
 huc de eo silentium. Quid hic censes, mi Vetti-  
 ne? an non, cum divinitus hæc, ut ego interpretor  
 acciderint, clara superum voce moneri me putē;  
 ut nullam exitum habente negotio, resiliam po-  
 tius & quiescam, quàm contra valetudinis com-  
 modum laborem? in eo præsertim, in quo mihi  
 æcum & operam perijisse postea querar? erit for-  
 tasse, qui posteritatis cōmodū nimiū *προσπεποντίας*  
 aliò me vocet, neq; otio indulgere etiam salutari  
 facile patiatur.

Clericus propitius sit: habet à me, si non quod  
 veller, certè non obscura optimæ voluntatis & a-  
 moris erga se mei signa. Dum per ætatem licuit,  
 aliorum seruii commodis libenter, & alienissi-  
 morum: num peceabo, aut vitio mihi quisquam  
 vertet, si aliquando etiam meis? maximè cum  
 grauem iam annis, & multis fractum laboribus  
 omnia inuitare me ad quietem videantur? stet  
 igitur

igitur eandem illud, quod iam pridem oportuit,  
 ἢ ἐξ ὧν τὰ αἰθεῖρα πολλά χεῖρον ἔπαυσα ea cogita-  
 re, ea meditari, quæ solida sint virtutis: quæ apertæ  
 huic ætati, quæ idonea τὸ μὲν ὀφείναι, quæ animos fa-  
 ciant in morte. Prope est, cùm iustandam curam  
 ea est, & simul cum paratissimo, acerrimoque hu-  
 mani generis hoste. Si coram est victoria, stultè  
 faciam, si arma non earem, quæ ferò parantur,  
 cum iam hostis premit. vellicat mihi aurem quo-  
 tidie, mors dicam, an eius vicè Flacens? atq; in-  
 susurrat; Iam te premet nox; & Calcanda semel via la-  
 thi: & Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Et  
 mouent te, inquis, ista? quid ni moueant? scio ego,  
 quàm angustis circumscripta sit humana vita ter-  
 minis: quàm semper dubia, quàm multis casibus  
 obnoxia, quàm facile extinguitur. Rectè ac verè  
 illud; τὸ μὲν οὐδὲ ὁ ἄνθρωπος & ἑπὶ τὰς ἑσπέραις  
 alia in eandem sententiam sexcenta. vigilare me  
 iubet in Evangelio Christus: negligam? si igitur  
 mortis hora, quàm expectare semper debeo, vel im-  
 prudenti obrepserit, vel nec opimantem oppresse-  
 rit, vel iniecta manu Parca, ut iam suum doceret  
 me coeperit, quid agam? aut quid dicam? expecta-  
 dum me cõparem? aut si te pertexam prius, quod  
 sum exorsus? non est locus ad tergi versandum,  
 nosti illa;

*Nulli tardo cessare licet,*

*Non fas, scriptum proferre diem.*

Vides quæ sit mortalium conditio: vides quæ,  
 & quò omnium nostram cursus: vides, quantum in

comparij ego iam confecerim : meta ubi sit, æquis  
 viuet ? aut quantum ab ea absim, eccui explora-  
 tum est ? itemus igitur sanè tanquam in prociectu,  
 paratosq; habeamus animos ad extremum illud  
 certamen, in quo οὐχ ἰσχυρίων οὐδ' ἀσπίδων, οὐδ' οἰστρο-  
 στῶν πορὸν vincenti, sed æternā proponit ὁ ἀθλοθέ-  
 τας vitam, æterna cum beatis mentibus gaudia,  
 æternam in regno suo gloriam. Et non dabunt ve-  
 niam amici, si tanta de re toto animo, ac serio co-  
 gitent ? Verum hæc hæcenus ; iam charta me de-  
 ficiet, si sim longior.

De adolescentulorū, quos tu dilaudas, tam do-  
 cili ingenio; de tanta ad studendū alacritate, tan-  
 toq; in literis profectu; sanè gaudeo, atq; illis gra-  
 tular, si tam breui spatio tantum, idq; ἐν παρίρη-  
 ρῳ, quid futurum fuit, si illis hoc ἔργον; Quare de  
 his permagna animo percipio, mihiq; propono,  
 nisi forte terret illud, *Præcotia ingenia*. Sed spe-  
 remus meliora, ac precemur Deum, ut in præcla-  
 rissimo ingeniorum cultu,

*Det vobis facilemq; viam, ventosq; ferentes.*

Male Placentiæ Idibus Septembris. M. DC. XXI.

XXXVI.

Iacobus Vectianus S. P. D. Ricardo Hesio  
 suo. Placentiam.

**I**nscribam enim sic literas in posterum Pli-  
 niano de more;

*Verbum non amplius addam,*

Quan-

quando ita vis, & si aliter faxim, indignaris, clamitas, conuicia & plagas minitaris, certè deterritus sum, & mihi visus suspensum flagellum cernere, & mox sæua sonare verbera. vœ enim video tam illa parata habes, quàm verba. Itaque cauebo post hac solerter monitus, qui dicere non possim deinde, mihi non prædictum. Sed quando tibi iecur detumuisse ais, verbum audi, quo me si bi purgem, atq; etiam defendam; nã mihi video grauis culpæ nomine esse tibi, suspectus. Ipsum te volo iudicem; sed appello à nimia Modestia tua, quæ tibi Prætoris sellam negat, vix minora concedit sublellia ad ipsam tuã Mentem, ἀλλ' ἀκλιμῆ, καὶ ἰσορροποῦσας. Adeone igitur fucata, ambitiosa, & ex Aulicorum scholis visa est illa salutatio? atqui me putabam ab Aula, & Aulæ assentatione remotissimum: nec credebam lenocinari illum, qui vera diceret, & nota quamplurimis. Qui ergo linguas ita probè callet latinam & græcam, ut de vtraq; scribat & in vtraq; doctè, expedite, & eleganter: eum si quis latinè & græcè doctissimū appelles, num iniuriam facit? num palpum obtrudit? num aures titillat? aut assentationes loquitur, & blanditias? non puto, neq; tu dixeris.

Sed video ad quam fugias captionem, hoc me, dicis, numero exime: aufer hos titulos; non placent. auferam, si non placent, quando ita vis. non quadrant; hoc verò pernego, & euincere possum testibus locupletissimis, & tuis etiã siue scriptionibus, siue editionibus. At si necesse sit,

fit, nil proferam prius, aut confidentius, quam  
 has ipsas, quas misisti literas. Vt enim Pythago-  
 ras olim ex magnitudine pedis; quam facile col-  
 ligere potuit ex Olimpici ad aliorum mensuram  
 stadiorum; Hérculis proceritatem dimensus est:  
 ita ex hac vna, & extemporanea, vt apparet, scri-  
 ptione eruditorum quivis facile iudicet, qualis &  
 quanta sit tua in literis præstantia. Sed ista mis-  
 ramus, ne tu rursus in fermento. Meus secessus  
 non ad Larium, aut Comœdiam, aut Tragœdiã  
 Plinij; sed in amœnissimam tamen Prætoriorũ  
 villam, vt iucundissimus, ita paucorum fuit die-  
 rum. Reuocatus sum ab amicis, qui sperabans,  
 non urbem aliquam, aut oppidum; ac subvrba-  
 num prædium, in gentilitium Sacerdotium à Zo-  
 bôlis Patritijs Regiensibus Ecclesiæ Diui Nico-  
 lai iam pridem mansiparum, posse mihi in re-  
 te, quod ipsi tetenderant, impelli. sed meã nosti  
 fortunam, in quam non audeo mutire tamen, ne  
 iniquiorem experiat & acerbiores: namque hæ-  
 ret Timothei casus & infortunium, ex quo illam  
 neglexit, & despexit. priuatus igitur sum mul-  
 tis voluptatibus, nec quidquam lucratus in redi-  
 tu. & doluit sanè acrius ob id quod amissum, quã  
 ob id quod quæsitum, nec repertum est boni.  
 Quam verum est, quod eccinit Muretus olim  
 tuus.

*O blanda ruris otia,  
 Curis & ambitu procul.*

cau-



causam quaris ? ea adfert Venusinus, non vnam.

*Libet iacere modò sub antiqua ilice,  
Modò in tenaci gramine.*

*Labuntur altis interim ripis aqua;*

*Quærentur in siluis aues,*

*Fontesq; lymphis obstrepunt manantibus,*

*Somnos quòd inuitet leues.*

Et si neq; ego his solùm rebus contentus fui: exereui cui quæ tu dicis, piscatum, venationem, & ipsum, quod omifisti aucupium, cum stilo & pugillaribus omnia. qui potuisti, inquis? quo potuit Plinius modo, qui ad retia sedens tres, & quidem pulcherrimos cepit Apros: ita ego, siue piscatui (qui sanè fuit percommodus, & periacundus in eiusdem Villæ piscina, quæ parvam Insulam, & machinale Horologium valde artificiosum, & Lararium cingit) siue aucupio, & venationi operã darem; & legebam, & inter legendum quædam, quæ magis arriderent, excerpẽbam, aut signo apposito subnotabam. Nec Quintilianum audio, qui putat secessum iucundum magis, quàm studijs vrilem: *Quæ delectant, inquit, necesse est a uocẽt ab intentione operis destinati.* Verum; sed reddit animus, & mens ad institutum acrior, & vegetior. Ego igitur & librum, & stilum, & pugillares, vt dixi mecum ferebam, vt, si nihil ab ea, quam quærebam voluptate, ab his saltẽm aliquid auferrem Iuelli.

Et piscatus meo equidem animo nullus vnquã obue-

obuenit bonus. Itaque de Polycratis annulo periculum nullum fuit, qui ne piscem quidem cepi unum, quasi Pythagoricus, ἐχρηθίαις ἔβηκα. nec nulli inerant illic barbati, qui ad manum accederent, quamquam currerent ad hamum & escā, capturi; non, ad eō sapiunt, capiendi. Venatio & parum prosperē cessit: vix leporem sustulimus, duo cum essemus omni cum venatico instrumento, plumbei ictu globuli comes meus; ego manu, & in collum. In aucupio nescio quid ritu dignum accidit. Explicuerat retia sodalis idem meus, & huius peritissimus artis. Delitescēbam ego in fouea post frutices, vt iucundius spectarem in insidias, & laqueos ruituras auiculas. ecce vna, atq; altera, mox tertia; gregatim denique, neque vnus aut coloris, aut generis. Vbi irretitæ, omnes credo, quæ in illis volitabant agris; accurrimus numerosam lecturi prædam, atque è labyrinthis illis nodis extricaturi. Quãdam ego video collo oblongo, & retorto subitum veluti admirantem casum: mihi seligo inter tot habiturus eximiam. dum manu contrecto, & picturatam inspicio, & meum quasi delictum ex osculo; illa torquet ac retorquet collum similis stupenti, & mimum agit. Ego suspicere, lætari, & habere cariorem, quãdam sum passera Lesbiam. Alam dum vello, dolere ipsa, & quasi lamentari, mox ad ingenium redire. Volam explico, manet, ludit de more, & securum reddit, dein auolat, non longè: & qui poterat alæ alterius auulsis pennis insequor per herbas

bas saltitantem, & comprehendi volentem. arripio, & diligentius, vt mihi videbar, adseruo. Illa iterum alludit, ac denique illudit. opacam enim conspicata sepem, & senticeti cuiusdam velut Asylum; illuc se partim volatu, partim saltibus imittit, & nusquam apparet diu quæsitæ, & à multis. Tunc ego, ò dolosa & astuta auicula! exclamo, & cum dicto me domum refero, doloris quodam aculeo punctus ea amissa, & ipsis (nam tum denique sensi) quos mecum attuleram, libro, stilo, pugillaribus. Sed mittamus aucupium istud infelix.

De græca editione, quod scribis, noli quæso cogitationem abijcere. Vera equidem sunt quæ de itinere semel faciendo prudenter differis, & sapienter: tibi tamen, etsi seni (at non *τυμβογέροντι*, vt ais) non magis, quàm mihi, & omnibus prouidenda. Hoc igitur vt seriò cogites, hoc agas, hoc meditare velim: illud vt intermittas, aut etiam, quod te facturum scribis, omittas nolim. Clericus erit, puto, in officio, & quod tam ardentè optauit, nunc oblarum, aut certè non negatum, imprudenter (penè dixi impudenter) haud recusabit. vereor, vt meas acceperit: itaque, statui alteras ad eum literas dare per hominem certum: & erit occasio propediem, cum nostri Iuuenes studiorum gratia; aut, si id longum videtur, aliquis alius negotiorum causa illuc se contulerit.

Extremæ oram chartæ video, & finio, illud precatus,

catus, vt indices, quemnam ex græcis Auctoribus adolescentulis istis explanare in primis debeam. Ego cogitabam Æsopi fabellas ob facilitatem, & voluptatem, qua capi solet ista ætas ijs aut similibus audiendis, quæ à nutricibus olim acceperūt. Est, qui mallet Epicteti enchiridion, quòd sentiat cum Quintiliano, imò cum omnibus; nos esse earum rerum tenacissimos, quas à primis annis didicimus. Sed mihi non videtur ad ætatem hanc Stoicus ille Philosophus satis accommodatus: acutè enim ratiocinatur, strictè nimis, & angustè pro illa secta. Tuum igitur expecto consilium, & valere te cupio diutissimè & bellissimè, vt mihi tam bellas, tam longas, tam vrbanas & eruditas scribere possis, cum lubet, epistolas. A Quærenge versus habeo, quos scripsit in Ludouisianos hortos triginta & amplius, floridos & nitentes, illo, quod tractat, dignos argumento. Duo estis, (tertium etiam adiungere possum, Remondum nostrum) quorum in ista ætate stili admiror vigorem, & virorem; & viriles quosdam spiritus, quos media solet secum ætas adferre. Est, cur Musis, & vestro Apollini, vel vt rectius dicam, bonorum omnium largitori Deo multum debeatis. Vale Regij Idibus Septembris. M. DC. XXI,

---

 Ricar-

Ricardus Hefius Iacobo Vestiano .

S. P. D.

Regium.

**Q**uod ad Basilium scribens Libanius, idem tu facis ad Ricardum: uterque ex amicis literis argumenta sumitis eloquentiæ. Quamquam illè quidem de Basilio rectè; tu verò de Ricardo? sed perge sanè, quando ita placet: si quid forte ista ratione vel ingenij, vel eruditio- nis, vel elegantia τῆ ἐμοῦ σκαιοῖητι, καὶ ἀπειροκαλίᾳ accudi possit. De ridicula ὀρνέου, quod habere iā in delicijs cœperas, ut passerulum suum Lesbia fuga dicerem; ò factum bene! nisi & mihi perijisset ἱρματων, quod iam spe, atque animo deuora- ueram: sed tamen lepidam auiculam, quæ tam bellè saltitâdo dum ludit, tam vafre suum aucu- pem deludit. sed quid tandem auis fuit, quæ pi- cturata ita torquendo spectaculum præbuit col- lo? an iynx? tum tu igitur vide, si quam habes Thestylin tibi vel iratam, vel ἐπιμαμνύειν. In eius ne deueniat manus. nostin? vim habet φαρμα- κευτικῶν. φιλᾶπτου. Quod de prælegendo adole- scentulis Æsopo quæ is, tecum sentio, & quidem ob eam, quam tu affers causam. Epicteti enchiri- dion utilius differetur: primùm quod habet quæ- dam ἀδιόρθωτα ne ab ipso quidem VVolfio ani- maduersa; deinde ad huiusmodi præcepta ætas illa tam tenera non satis idonea. scis, quàm ma- tura ingenia ac iudicia πρὸς τὰ ἠθικὰ requirant ἐν- τοῖς

τοῖς ἠθικοῖς ille, cui vt cæterarum philosophiæ partium, ita & τῶν ἠθικῶν τὰ προτεῖα concedunt omnes.

Ad ea, quæ græcè scripsimus edenda, scito nihil esse, quod inflectere, aut mouere animum possit. Quid si fatius, esse ἀνεκδοτα; præsertim cum ad absoluenda instituere animum non queam. Aliò me nunc trahit vel Genius, vel necessitas, cui difficile est, vel potius ἀδύνατον non parere. præclarum illud ἐπεὶ δὲ θεῶ: atque hoc iam fixū animo hæret meo clauo, quod aiunt, trabali. Cū Clerico nihil habeo equidem quod exoptulem, nisi tua causa, cui vellem responderet. Typographum mihi neque ille est, qui promissit, neque ab illo expecto. Alij sunt, qui id suæ curæ esse volunt, quorū doleo fidem esse vanam, sed valeāt: tu me in propitiando Deo adiua, ac Vale.  
Placentiæ V. Kal. Octobris. M. DC. XXI.

---

XXXVII.

Jacobus Vectianus Ricardo Hesio

S. P. D. Placentiam.

**M**Enon otiosi ex eo cognoscas licet, Ricardo, quod ad ter rariùs, quàm solebam scribis; imò quòd ad tuas non rescribo. quas enim p. str. magis italicè scriptas misisti, & ex tua, atque aliorum PP. sententia monuisti de ijs, quæ in primis scire cupiebam: eæ cum in manus nuperrime incidissent, acriter me obiurgare visa sunt

sunt de mea rusticitate, quineque tibi, neque istis  
 PP. per te gratias egerim pro labore mea causa  
 suscepto. & certe nescio quis malus Genius hanc  
 mihi obliuionem infudit.

*Non ego, si hausissem secreta pocula Lethes,*

*Credebam excidere hoc pectore posse meo.*

& tamen factum est, atque à me grauius pecca-  
 tum: qui crucior equidem aliorum magis, quam  
 tua causa, quibus videri possum, & debeam planè  
 rusticus, & inofficiosus, nam de tua humanitate  
 atque in me beneuolentia, etsi nimium mihi for-  
 tasse assumo, plurimū tamen mihi polliceri posse  
 videor, & te vera polliceor, Ita que non laboro,  
 qua me tibi ratione exculem; sed quo me purgem  
 modo apud alios, à quibus beneficium ingratus  
 accepi. Tu excogitabis pro tua prudentia: nam  
 mihi non videtur sat bona, etsi vera, illa excusa-  
 tio; distrahi me assiduis docendi curis, domestica  
 rei curandæ, omnibusque ijs consulendi, quorum  
 in angusto res sunt, aut affinibus aut consangui-  
 neis. Quam autem sollicitum, quam occupatum  
 me habuerit hoc, quod parum æquis conditioni-  
 bus oblatum est sacerdotium, conijcere potes  
 ex ijs, quas iam scripsi difficultatibus. Romæ  
 nunc agitur hoc negotium sane lentum, & parum  
 boni ominis, vt mihi videtur. Centum scutatos  
 illuc misi, quot scilicet postulauerunt, quibus ea  
 cura data: nunc alij triginta eudendi, quos repo-  
 scunt. Magnus, inquit, sumptus; magnus, sed  
 quid agam? nisi, vt me redimam captum, quam  
 queam

queam minimo: si nequeam paullo, ac quanti  
 queam. Sed audi, ne tibi forte videar nimis pro-  
 fusus; non omnis mihi facienda hæc impensa; etsi  
 nummi illuc ex pactione mitterendi, qui abundo vi-  
 delioet; alter ille, cum egeat, cui census supra æ-  
 ris ducentum millia. Quod ad cetera attinet, Sa-  
 cerdotium istud (sacrum nouimus, & pernouimus)  
 cui semel traditum est, ei, nisi prius vita, auferri  
 amplius non potest. De conductione perstat in  
 sententia, qui conditionem semel obtulit. Itaque  
 spero fore, ut mei me facti, quod non recusauerim,  
 neque admodum poeniteat.

De fractis uisore, iacet adhuc miseræ, nulla sa-  
 lutis spe. Narent Medici, hæc agnoscunt morbi ge-  
 nus, aut vim, quod utrumque, ut reor, certe valde  
 suspicor, ipsi fecerunt; dum adolescentulæ ac de-  
 scendula mulieri, uterque ferenti, & proferenti  
 persuaderi nolentibus, atque etiam sponsione fa-  
 cta, in aliter sit, certare paratis; medicati æris  
 puluerem propinarunt in aliquot, non dico heb-  
 domadas, sed menses per interualla. Itaque ad  
 eam virium imbecillitatem paulatim redacta  
 est, ut spiraret solum, & loquatur, & exquisiti cibi  
 tantum sumat, quantum satis est, non ad alendū,  
 sed ad miserissimam hanc, quam lecto usque affixa  
 ducit, vitam ulterius trahendam. Etenim hec-  
 tica non laborare affirmant, qui nuper inuiserunt  
 uno tempore plures, quos accersiri volui, & præ-  
 monitos; si forte plus oculi, quam oculus. sed pla-  
 ne cæcutiunt, & dum multa loquuntur, nihil, ut  
 video,



Video, dicunt: Cœlesti medico committenda est, qui potest vnus aut liberare, aut patientiâ & ipsi, & nobis largiri.

De Clerico, boni ominis cognomine, si quid olim suspicatus sum, quod minus de cetero inimicū hominem; si quid scripsi, cuius causa admirari cœperis non solitos humanissimi, & eruditissimi bonarum artium Professoris mores; cum quæstusam videlicet obstinatū eius silentium, de te præfertim, quam illi cordi esse non ignorabam: nunc eum omni negligentia culpa, & simulationis aut dissimulationis suspicione libero; tibi que de illis eristem sanè, atque infelicem nuncium adfero. Quo scripsi tempore aut iacebat grauisimo, & acutissimo morbo correptus; aut iam nos fortasse reliquerat. Quod ego audiri non ita pridem de meo cine, qui illic est studiorum causa; & salutare voluit meo nomine, & fletum exposuisse, si spirantem, vt ego putabam, & bene valeo-tem reperisset. Dolere te valde video, quippe talem ac tantam veteris amici iacturam, recontis meam. Sed restitui, & maiori eum pietate egerimus, si hunc quem præmissimus virum multis precibus, & sacrificijs iuuenas. Quem proxime ingressuri sumus annum; eum Tibi, & Remondo si istie est, faustum, & felicem, fortunatumque precor. Ad Excellentissimum Macinum & hodie scripturus sum; si quid modò temporis ab ijs, quas nosti, occupationibus supererit. Vale, & tuis me quoque precibus

iua, tuis & omnium precibus indigentem ma-  
ximè, easque ardentissimè flagitantem. Regij  
M. DC. XXI.

~~hinc ita scribitur ad Ricardum~~  
Ricardus Hefus Iacobo Vectiano. S. P. D. Regium.

**L**iteris tuis & elegantibus, & amoris plenis  
quemadmodum respondeam, vix reperio;  
terret hoc rigor, cui hæc ætas iam non re-  
sistit: nosti enim ἡτις ἀπὸ χρωτὶ κατ' Εὐρυπίδου  
τοῦ ἄρχου πολέμου τρεπὸν: adde nunc καὶ γυμνάσιον.  
Quid dicas? involutas pelle habeo manus; ex ea  
se profero, rigens statim. Quare ὄσον ἴσθαι ἀ μέν  
hoc tempore casus expectes, aut speres, ad Lac-  
nismum adigimur; sed, mi Vectiane, satim' faus  
es, qui tantula de re mihi gratias? mihi, aut meo-  
rum cuiquam? mitte non ij sumus, qui ista ex-  
pectamus, præsertim ab amicis. Meum tibi per-  
spectum esse animum sanè gaudeo: de quo quod  
polliceri tibi quidlibet, quod mearum virium sit,  
audeas, rectè facis, mihi que pergratum, dabo o-  
peram, ut dum vivam, ista te opinio non fallat,  
Sacerdotium accepisse te placeret magis, si me-  
liore conditione: nunc tam iniqua? sed non refri-  
co valens, fero potius, quod temporum coëgit  
iniquitas. Fratriæ hæc itea doleo cum tua causa,  
tùm etiam illius.

De Clerico, ò factum malè: magnum & Bono-  
nia civem, & res literaria virum, & ego amicam

per-

perdidit. Veniam sit, quo hinc vulgari medramur,  
 do si qua potest hic esse doloris acerbitas, ad quâ  
 tot iugasibus non occurrerim & creptus est ac  
 amicus? Brevis enim nos quisque ordine sequimur.  
 Equidem impridem quanta maxima possum di-  
 ligentia eodem paror. Ille idem puto: affirmo tibi  
 nihil esse ranei, hac præfertim ætate, ac tam du-  
 bia etiâ quominus que vitæ. Cuperem pluras  
 mi. Vectiare, pro meo in te amore. vrit frigus  
 non possant. vitam tueri si volo, accurrendum  
 ad ignem est. Ignosce, ac Valde amorem que in  
 me tulim, si potes, conserva. Placentiæ III. Non.  
 Iantariæ M. DC. XXII. ~~non & est amicus mihi~~

~~missa in manu dicitur quia non est in manu~~  
 -moo l'atom no XXXVFI

Jacobus Vettorius Francisco Remondo.

S. P. D. Placentiam,

**O** Pretiosum, quod mihi abs te, Remonde,  
 venit munusculum! imò munusculorum  
 omnium, quorumque ingeniosissime concin-  
 tari possunt, minus elegantissimum! ò illis, qui-  
 bus differtum est, gemmis dignissimum recepta-  
 culum! serinum illud, quod Darij pretiosissima,  
 mox Homeri Iliada melius continuit, quid præ  
 hoc? vilescit, sorder, nec iniuria; quando illud  
 habuit terræ siue excrementa, oculorum præsti-  
 gias, siue fabulosas Poetæ nugas: hoc divina divi-  
 ni hominis, Caroli Sacrosissimi Antistitis facta, di-  
 cta, & cogitata, que potuisset alijs fortasse quis-

piam vellet in lasiore tabula, & pleniore patibille  
 spectanda exhibere: tam in arcum redire, &  
 mirè tamen exprimerè, vt in summis angustijs  
 latissimum videas spatium, non alia poterat  
 nisi Remondi manus: doctissimi inquam Remon-  
 di, ingeniosissimi, & acerrimi hominis iudicij,  
 qui nouit ita res attingere, vt splendidissime tra-  
 cter, ita singula persequi, vt vix attingat, & le-  
 ctorem dimittat, mirum dictu? & saturnu, & sa-  
 melicum. Hoc meum est, nec falsum. de suis scrip-  
 tionibus cum omnibus, tum de Patergyrico in  
 D. Caroll laudem scripto iudicium. Falli ego  
 possum in multis, & nimis sepe, quod non, fallor  
 hic non ex cecutio, quod cum doctissimis sentiam,  
 qui te admirantur tam praeis tam multa com-  
 plectentem. Istud est scribere, nihil appinge-  
 re, quod redundet; nihil omittère, quod resplen-  
 deat. *Et hoc uero quos me pene corripuit; sed repres-*  
*si, ubi cogitauit, quis ad quem, & fuere incisa-*  
*mento qua ad eò subtilior excogitasti, vt Poeta*  
*acutiora non, possint, aut selectiora: ad eò egre-*  
*giè tractasti quem admodum scriptiois genus re-*  
*quirit, vt nihil sit aptius ad orationem solutam,*  
*nihil ueruosius, aut succi plenius. Vt rem pau-*  
*cis cõplectar: lucubrationis hoc genus est, quod*  
*admirari possum: cum multis, laudare pro digoi-*  
*tate non possum solus: sed laudabo satis, illud si*  
*dixero, quod tuum sit, id est eius viri, cui sapie-*  
*cor & lingua, cui Atticæ & Latinæ Musæ, verba,*  
*& sententias propinant. Hæc Remonde, non ex-*  
ore

Epistolarum Schol. Pars. I. 141

ore mihi, sed ab animo nunc tui amantiore,  
tui studiosiore, quò perspexit magis seruari  
apud te memoriam meam, quem ita me Deus  
amet, subdubitabam ne aliqua insciente me,  
aut culpa aut error oblitteraret. Scit Ricardus,  
nullo unquam tempore meam in te ob-  
servantiam fuisse interruptam; qui quoties ad  
illum scripsi, ad te quoque salutem misi; li-  
teras quoque daturus non semel, nisi venisset  
subrusticus quidam puer, & metus, ut video,  
inanis. Itaque tu te cogita, quibus exaltaue-  
rim latitijs, quanta sine voluptate perfusus, ubi  
ex inscriptione manuum tuam recognovi, Panegyrici  
titulum inspexi, & pauca illa, quae adscri-  
psisti verba legi. Iacobo Vestriano Franciscus  
Remondus mittit cum munusculo salutem. Hoc  
mihi longissimam iustae litterarum fuit, cuius-  
modi nullas abs te, qui in stricto quo delectario  
scribendi genere excellis, postulare audeo; sed  
breuissimas illas, quas per eloquentissimum La-  
conium exarare soles, & optare debeo, & pro-  
amiciciae iure flagitare possum inter dum, quod  
facio. Vale Vir doctissime, & Ricardum nos-  
trum meo nomine saluta plurimum.

Regij Non. Aprilis M. DC. XXII.

XXXXIX.

Eidem. Placentiam.

**N**imis differa Remonde eorum, que pollicitus es præiens præsentis, exemplorum, missionem, & nimis iam longa me habes expectatione suspensum, nisi tu mihi præstas, quâ obstrinxisti fidem; ego qui alijs possim, quos in spè conieci & vorum accuratissimæ lucubrationis tuæ legendæ? an putas hæc me commouisse, vt que mihi tua debet humanitas, veluti summo iure extorquere velim? Vide, quid ad me scripsit nuperis iohannes Baptista Laurus Theologus Perusinus, vir cum multiplici eruditione, tum edictis operibus Romæ notissimus. *Prodiit in publicum meus de Annulo pronubo Desipana Virginis Commentarius, & vestibulum hinc postea, sicet. Ad te, & ad Clarissimum Franciscum Remondum exemplum dabo, siem erit aliquis, qui isto versus iter urripiat. Eius viri plerquam mellitam sacandiam, & lepores Atticos iamdiu moris. Panegyricum tam avidè legere aueo, quàm Sanctissimæ Cardinalis, quas tonat laudes, non nisi maximo cæm. fuit. Etu audiri solens; Tu, si quid ad eum, saluere ipsam officiosissime iubeo. Is in Cardinalis Lanthis. sulâ est; & Maphæo quoque Card. Barberino omnis elegantiæ, & eruditionis parèri addictissimus, ad quem in primis exemplum mitti vellem, nempe ad virum, quod nosti, doctissimum; qui cultissimis, quales & ipse scribit, lucubrationibus valde delectatur.*

tur. Sed ego fortasse plura, quam par erat postu-  
 lavi exemplaria, & vel si ea species solum, quæ in  
 schedula asterisco adposito signavi. ac mitte, quæ  
 potes, quæ vis; & si desunt certi homines, tabella  
 rîs committe, quibus persoluam ad assem, ut fi-  
 dem soluam, quibus debeo. Ista tua mora, & si-  
 lentium multa cogitanti quæ accidere possunt,  
 etiam suspicionem iniecerunt parum commodæ  
 valetudinis; quam falsam & cupio, & spero. Tu  
 me duplici ratione exhilara & munusculo, & fe-  
 liciter de te nuncio,

Cui prætor anno se viuacia facta senectæ.  
 Vale Regij Kal. Augusti. M. DC. XXII.

XXXXX.

Jacobus Vettianus Ricardo Hefio

S. P. D. Placentiam.

**V**ereor, ut rectè sit apud Remondum. nec re-  
 scribit ad meas literas, nec sui, quæ promi-  
 sit, exempla Panegyricæ mittit. Ego ami-  
 cis, qui Romæ sunt, & alibi non equidem multi,  
 sed neq; ex multis; istam illius propediem mis-  
 surum me cultissimam scriptionem significavi.  
 Illi urgent promissa; ac ego meam haud queo li-  
 berare fidem, nisi ille prius suam. Miratus sum i-  
 stud silentium, & moram; sed cogitavi quæ eueni-  
 re mortalibus solent multa, tristia frequentius,  
 quam læta: si bona (quod velim, & spero) vitetur  
 valetudine, meum quod hic habes, epistoliû red-  
 de

de: siu scetus, quod sanè nolim, & dolerem vehementer; aut differ, aut id age, quod videbitur rectius. Ego cerè eius in D. Carolum Panegyrici aliquot vellem exemplaria aut ab ipso, aut a librario. pecuniam hic solvam apud vestros, aut certò homini pro emptis, aut tabellario pro allatis. omnis refecanda mora est, ne viterius ego morer eruditos illos, qui impatienter expectant, & flagitant contingenter. Hæc ad te raptim, cui literas debeo longiores ob diuturnum silentium. sed nunc angustijs temporis premor, cum iam, ut puto, literas in fasces colligant, quibus es cura. Tu vale, & me ama, & Deum pro me, ut soles, quando in utroque tibi respondeo, in altero cumulatissimè, in altero pro viribus, & quàm possum ardentissimè. Regij Kal. Augusti. M. DC. XXII.

Ricardus Hefius Iacobò Vesciano.

S. P. D.

Regium.

**P** Remondo tam bellè est, quàm cui optimè: Panegyrici exempla quot petisti, fortasse etiam plura habebis, cum ceteri hominis erit facultas. Interim est, quod tibi gratulere; mihi vnum dedit tantùm: in te vides esse liberatorem. sed facilè patior, te mihi, qui literis atq; eruditione præcurris, in literarijs etiam mansuetis præferri. Illud modò fiet nouum hunc nato amicam, non obliuisci veterum, aut delere ex ani;



animo Ricardum. sed non facies credo, ut qui te vnice amauit semper, eius memoriam tam facile deponas, etiam si literæ veritiquæ nostrum conticebant. Ad quas quidem ego siue ætatis vitio, siue languore corporis, siue conualescente iam ingenio, multò nunc sum pigrior, quàm solebam. Quid mirum? præsertim accedente huc infirmitate capitis, vacillante manu, occupationibus assiduis. Excipiendæ in templo tertio quoque die benè multorum confessiones; docendi bis in die, qui mihi in disciplinam traditi sunt ex nostris per sesquihoram: obeunda alia Societatis munia, quid non? & vales, inquis; ut possim, mi Vectiane: sed rectè qui possim? vitæ ætatem, seis Iesuitarum labores: tum autem aliud nostri *αὐτὸ ἵψυπας νόσημα*. quid putas amico *εὐχρηστὶ* iussisse vitæ? Tu igitur ita te para, ut Ricardo si quid humanitus acciderit, Deum illi propitiare, quacunq; ratione potes, infestas. Vale Placentiæ VII. Idus Augusti. M. DC. XXI.

Franciscus Remondus Iacobo Vectiano

S. P. D. Regium.

**M**Emini, memini, sed tabellarium expecto, qui manum habeat ferendis rebus, non referendis. Laboras, vir humanissime meo bono, ego tuo incommodo. Iussu Reuerendissimi nostri Patris Generalis alium Panegyricum scribo: faxit Deus, ne inepior sit altero: iudi

cabis; Panegyricum, inquam, in laudem SS. Ignatij, & Francisci Xaverij. Saluta: P. Zambertum meo nomine, & P. Ministrum, si is est, qui me pretereuntem humaniter excepit. Viue, Vale, & ora pro me. Commenda me, heus tu, sacrosanctæ Virgini vestræ Reginæ; felix tu, qui sacram illam zede visere, cum lubet, potes. Ricardus noster te salutat. Placentiæ: XXVIII. Augusti.  
M. DC. XXI.

---

XXXXXI.

Iacobus Vectianus Francisco Remondo.

S. P. D.

Placentiam,

**M**eminisse te ais: at ego nihil quicquam dubitavi, veritus porius sum aut incommodam valetudinem, aut occupationum molem, aut certorum hominum penuriam. Diutinaui aliquid, quod facile est, ubi tam multa cogites. At verò, tuo bono, & meo laboras incommodè inverte; inverte: ego ero, qui compendium faciam ex tuis laboribus; & ijs quibus iam perfunctus, & ijs, quos propediem subiturus es, aut iam subijsti. Romæ qualis visa sit lucubratio tua, ex eo cognoscas licet; quod in multa ingeniorum copia; quæ apud vestrum ubique, tum in urbe est; ad Remondum tamen fur in Gallia Cisalpina delitescentem: si tamen vsquam delitescere potest is, qui ubiubi sit, radios emittit tui doctrinæ tam fecundæ, non eius, quæ multorum;

at

ac singularis & eximie, quæ tui vnus est, aut certe per paucorum. Gratulor tibi istum honorem à Reuerendis. P. Generali habitum eloquentiæ tuæ. Nam re vera, honori tribuendum puto à tali eligi ad rem talem, idest ad Ignacij, & Xauerij sanctissimorum PP. laudationem texendam; qui diuino potius, quàm humano digni sunt præconio. sed vbi, quod summum est in terris, requiritur, non possumus illis celestibus non placere. Hoc vidit summus Religionis vestræ Præfectus, atq; inter præstantissimos, te eminentissimū elegit, qui res habes & verba, idest sciētiarum diuinissimam Theologiam, & artium politissimam dicendi ac scribēdi eximiam facultatem.

Vnum te rogo, humanissime Remonde; & pro mea in te obseruantia, tua in me beneuolentia obtinere debeo; vt vbi hanc, quàm præ manibus habes, scriptionem absolueris; eius quoque exemplaribus aliquot, vno saltem atq; altero donare me liberaliter velis. Quam referre gratiam nullo vnquam tempore potero; habere potero facillime, atq; in perpetuum. De precibus quod flagitas, quoties templum Virginis adeo (quod facio penè quotidie) noli dubitare, Hoc modo si tibi reponere aliquid possum, & tu in acceptum referre vis; nec viam ingratus, nec perpetuò obaratus. Patres quos iussisti, vbi ad D. Georgij me conferam, cras puto aut summum perendie, tuo nomine salutabo plurimum. Ricardum ego quoque iubeo de more idest amantissimè; cuius  
me,

me, & tuis precibus ex animo commendo. Vale  
Regij. IV. Non. Septembris. M. DC. XXII.

XXXXII.

Jacobus Veſtianus Francisco Remondo  
S. P. D. Placentiam,

**E**N denique Lauri literas tibi represento. sero  
inquires. verū; at nō sine ſcenore. adſūctas hā  
bent doctiſſimi, & ampliſſimi Viri Maphæi  
Cardinalis Barberini illas, quas ad eum miſit,  
vbi luculentiffimum eſt de tuo Panegyrico iudi  
cium. Cerrus igitur es, quod in prius volebas,  
talem ac tantum Preſulē, Romane Urbis, & Eccle  
ſie decus; atq; ornamentum (Lauri, qui Tudere  
eſſet, nō tradere, ſed mittere) & accepſiſſe, & legiſſe  
& probaſſe. Is vnus ob dignitatē, doctriſſimam, in  
genium, iudiciū; & in ſcribendo præſtantiam  
*ἄλλων πολλῶν, ἀλλὰ τε πάντων ἀν' αἰῶνος*, inſtar omniū  
eſſe tibi quidem poteſt; ſed ego habeo & aliorum  
tamen tūm doctōrum, tūm grauiffimorum ē; vi  
rorum de illius excellentia literis teſtatam, &  
conſignatam fidem. Et gaudeo equidem à recto  
id fuiſſe iudicij ſenſu, quod tu nimio tribuebas  
amori; cūm ego affirmavi videlicet eſſe quandā  
veluti ſcripti gemmulam conferendam cum ijs,  
quæ à vetuſtate commendantur, præclarorum ar  
tificum manibus elaboratæ. exemplum epistolæ  
eiufdem Illuſtriſſimi Cardinalis Barberini ad  
Laurum quod mitto, apud te ſi vis habere poteſ.  
nam

nā ego descripsi, & ipsi ad me Lauri lris ad iuxi.

Ricardum saluto eo, qui filiorum est, aff. & u:  
 et si amoris sola professio & recens memoria, quę  
 apud me viget eorum, quę accepi beneficiorum;  
 expungere nihil potest de ingenti, quam frequen-  
 ter subduco, quā me obstrinxit summa. At ne ma-  
 la imiter nomina, profiteor saltem paratus ad  
 assem soluere, cum possim, & ipse velit. sed neutrū  
 fiet, opinor: quā enim ego sum rerum omnium  
 egentissimus; tām ille est veris, diuitijs locuples,  
 & omni copia beatus, qui summa fruitur animi  
 tranquillitate, & nihil optat eorum, quę amitti  
 possunt, bonorum. o vos felices animo, & corpo-  
 re; futuri magis; vbi post diurnum laborem idest  
 huius vitę peractum cursum, denarium illum ca-  
 pietis æternę. Ego rursus abreptus sum prope  
 vada & syrtis, & aliorum causa æstuo, non sine di-  
 scrimine. spero tamen aliquem aliquando por-  
 tum; qui neq; illum, quem nactus videbar, volens  
 destitui neq; imanes aut Eoli flatus aut Neptu-  
 ni fluctus veluti per contemptum prouocauit. sed  
 nauis deducta me rursus non sine multa trepida-  
 tione pelago commisi, illius tantum auxilio fisus  
 qui imperat mari, & ventis. hac vna spe sustenta-  
 tus obnitor contra; & quamuis iactor, nō obruor,  
 aut animum despondeo, sed redeo ad Ricardū  
 meum. puto illum benè valentem esse; si quid ta-  
 men à te certius audiuerō, erit id mihi gratissi-  
 mum. Vale Regij Idibus Decembris.

M. DC. XXII.

Iaco-

Jacobus Vestianus Ricardo Hesio

S. P. D. Placentiam.

**A**D Remondam grandem mihi superioribus diebus cum mearum tum aliorum, litterarum fasciculum, & ad te salutem Ricarde; qui mihi semper ob oculos versaris, haeres in animo, & in ipsis praecordijs. Ea salutatione volebam, qui tuas scirem occupationes, sed non potui esse contentus. Amori in te meo hoc indulge; & si forte scribendi otium non est; hic mihi saltem plusculum temporis impende, ut meum hoc, quasi internum, epistolium audias, & per oculos sermonem admittas; paucis enim te volo. Cogit me vetus, & laudabile sane institutum, ac meum praesertim debitum Tibi. *in quibus op-  
vay* hoc praesertim tempore, quo novum annum ingredimur, quem tibi faustum, & felicem precor, & futurum spero; ut alios adijci permultos opto isti, quam egregie te nunc sustentare audio, sentiant. Credo etiam tuo capiti sat belle esse, qui huiusmodi tempestatis insolitam video clementiam, & tua causa laetor sane multum. De me iubeo te bene sperare; athleticè valeo, etsi animo fatigor, & curis obruor sane molestis meorum causa, quorum mederi omnibus incommodis. *ad vasa etc.*

Io. Baptista frater meus, vel potius vester (de quo te audire libenter (cio) duobus iam sacris ordinibus initiatus est; sacerdotium fitit, & illum

expe-

expectat diem, quo Ecclesia inelamat; sitientes venite ad aquas. Vbi voti compos fuerit, & nos sperare aliquid, quod ad preces attinet, poterimus, & debebimus, qui de illo optimè meriti; tu in primis Ricarde, cuius sequat memoriam, & salutem mittit per literas, quas superrimè accipi. Quod reliquum est, Vir optime & doctissime, quem amare semel, nec dudum cœpisti, cui benè cupere, & velle; eundem tuis precibus iuuare ne desine Vectianum tuum;

*Nam tali auxilio, nam defensoribus istis*

*Tempus eget.*

Vale Regij. abeuntis anni M. DC. XXII. tantum non postremo die.

Ricardus Hessius Iacobo Vectiano.

S. P. D. Regium.

**Q**uas ad P. Remondum non ita pridem dedisti literas, eas mihi ille statim dedit legendas. Omnino in diebus singulos clariùs perspicio tuum erga me amorem. De quo quidem tametsi meritò quod ames, nihil esse in me, locuples ipse testis sum, tamen & mihi gaudeo, & tibi gratias ago immortales, reiaturus libèter, si quare possim. Principem ineuntis anni diem, totumq; annum quòd mihi faustum, ac felicem precaris; accipio omen, tibiq; idem repono. De alijs, quos optas addi, benignè: sed *εὐοίμαι*. Ad Arganthonij senectutem nihil sanè est, quod me in-

L uitet,

uitec, Σαβρα' ἡδὲ τὰ ἐμοῦ εὐ' ἰδὴ πάντα, καὶ καθ' ἐκαστὴν  
 μικρῶ δ' εἶν ἐπὶ τοῦ χεῖρον φερόμενα. Tu ad eam si me vo-  
 cas, atq; hoc τὸ φρονεῖν εὐφημα interpretaris, absti-  
 ne: aliter longè sentit, qui mecum sentit. An re-  
 ctum, quæso, censes, hominem id ætatis, qui iam  
 nulli rei sit, diutius morari in vita, sibi ac terræ  
 grauem? quin potius longo supra spem spatio  
 tessum, & anhelantem ahj tradere in cursu lam-  
 padem iubes, atq; eò animum intendere, quò &  
 ætatis maturitas, & corpuseculi imbecillitas, & fa-  
 ti necessitas hortantur, quòque propediem volen-  
 ti nolenti eundum est. Hoc mihi crede consilium  
 & salubrius multò est, & annis meis aptius. Hæc  
 nobis cogitatio diuinitus iniecta iam pridem est,  
 hæc altè in pectus descendit; hæc erui inde neq;  
 potest, neq; debet. χαίρω τινάροντα τῶν ἐξοβερ  
 λυρήματα, χαίρετοσακ εὐλόγοι.

Iuuentus propicia sit: habet à me, si non quan-  
 tum optauit, cerè plus quàm ab hac tenuitate  
 ingenij, ac valetudinis fuit postulandum. Ducti  
 per ætatem licuit, dum vires ad eam rem tulerūt,  
 docendi manus obi; non grauatè: quanto cum la-  
 bore, norunt ij, qui meæ siue in græcis, siue in lati-  
 nis opera sunt vsi: Nunc hæc dies aliam vitam  
 adfert, alia studia requirit, nimirum ea, quæ & fu-  
 turi iudicis mihi gratiam conuentient, & ad æter-  
 nitæ, quæ speramus, bonam viam sternant, ac muniat.  
 Quò gratior mihi de fratre accidit nūcius, eiusq;  
 cupiditati minimè reprehendendæ vehementer  
 faveo; atq; ad eò longum mihi videtur, dum voti  
 fiat



stat compos. Quid ni videatur? multum ego in  
 illius precibus, plurimum in sacrificijs pro mu-  
 tuo inter nos amore pono. Tu igitur illi, cum  
 referibes, plurimam à me salutem fac, vt adscri-  
 bas. Vale Placentiæ posttridie Kal. Ianuarias.  
 M. DC. XXIII.

## XXXXXIV.

Jacobus Vectianus Antenio Bononio I. C.  
 S. P. D. Guastallam.

**Q**uam mihi tradidit Franciscus Rinaldus,  
 vbi primum in patriam veni, & ille ad me,  
 maxima cū animi vosuprate post aliquot  
 dies, quàm à longo itinere quieui, latinam oratio-  
 nem tuam de Pace & legi, & quod ille nouit, veris  
 etiam et summis laudibus exuli. hic pauca pro-  
 feram, ac ex animo, non vt te deliniam, aut de-  
 malceam. Latina est, ornata est, erudita est: nec  
 stilius etsi p̄stissimus res magna prudentia col-  
 lectas, maiore collocatas arte superat, aut illa sti-  
 lium? Tibi autem similis apparet, & vbiq̄ue idem.  
 Itaque habebo hanc inter non multas eruditorū  
 seriptiones, quas velut gemmas adseruo; eo e-  
 iam nomine pluri s faciendam, quod abs te viro  
 humanissimo gratissimum munus venit, & veteris  
 amoris erga me tui recentissimum testimonium.  
 Gratias ago de tam propenso in me animo; &  
 quas referre non possum, habere possum vel ma-  
 ximas. si quem alium edidit, aut edet fœtum fe-

cundissima ista mens tua; vt eius me quoque aspe-  
 ctu ac venustate exhilarare velis, etiam atq; etiã  
 te rogo, Antoni suauissime, Ego; ne quid forte à  
 me expectes hoc tempore; in schedulis multa ha-  
 beo, quæ tum alibi, tum Romæ scripsi, sed negli-  
 genter, vt soleo, quippe inuitus, ijs fere vt obse-  
 querer, quibus negare non potui, saluo pudore.  
 Ad limam vt reuocem, erit fortasse cum veniet  
 illa mens, illa cogitatio: nunc aliud ago, veteri lu-  
 do inclusus, cui me olim subtraxi, at frustra, vt vi-  
 des. Mi Antoni, quam iniqua hæc conditio no-  
 stra, vt vbi semel incepimus; desinere aliquando  
 non liceat? abhorret animus? necessitas cogit  
 procul aufugis? clamant consanguinei, reuocāt,  
 & audis; o Cælum, o Terra, o Maria Neptuni?  
 non auscultas? Principes imperant. Mihi certè  
 nunc ita contigit Romæ moranti, & vitam degen-  
 ti, vt rebar, felicitatis plenam. Ciues primū,  
 qui me aliquid esse putant, sollicitare cōperunt,  
 vt de reditu cogitarem: gūm frater, & consanguini-  
 nei vr gere omnes; quod dicerent esse me vnum,  
 qui rebus afflictis, ac prope pditis succurrere pos-  
 sem, dū liceret: denique Serenils. Princeps, meus  
 honestissima conditione proposita hortari, mone-  
 re, id est humaniter, ac tantum non pro auctorita-  
 te & imperio iubere. Quid facerem? obsequi ma-  
 lui, quàm cogi: sequi, quàm trahi: nec mei me aut  
 consilij pœnitet aut facti, ita se dedere principia  
 iucundè, & feliciter.

Lau-

— *Laudato Ingentia rura,*

*Exiguum colite* —

docet poetarum summus, ita facere cogitavi, & promisi. Adolescentulos ex nobilioribus institutam ad duodecim. Census erit ducentorum aureorum; magnus, ut mihi videtur, pro non magno labore fructus. Adde, quod mihi domi hæc feget nascetur: quam colligam percommode, & sine impendio. Ego quidem ita spero; sed nostri humana, & quam multa soleant inter calicem & labia, ut aiunt. At quid vetat bene sperare? cum præsertim parati simus æquo animo ferre, si seculus quid euenerit, ac volebamus. Tu Vale, & me ama, & Casotum saluta meis verbis plurimum; Regij. XI. Kal. Sextilis. M. DC. XXI.

Antonius Bononius Iacobo Vestiano

S. P. D.

Regium.

Salve mi Iacobe

**C**Vius literas cum per se mihi gratæ fuerant & iucundæ, tum propterea, quod ex eis cognouit te saluum in tuam Patriam rediisse, meamque orationem, simul istuc peruenisti, tibi redditam esse à Rinaldo nostro. Quam cum tu vir laudatissimus tantopere laudes, in hoc tuam agnosco humanitatem, cuius proprium est, ut inquit ille,

*Meas aliquid putare magas.*

ego autem, ut quod res est, fatear, istam tuam de me

L 3

opi-

opinionem omnibus beatorum hominum copijs atq; opibus non confero solùm, verùm etiam antepone, eoq; nomine me tibi plurimum debere profiteor. Quòd verò ad meas scriptiones attinet, eas maiori ex parte Pontremuli domi meae in diuersis schedis dispersas reliqui. hic admodùm paucae habeo, quas ad te libentissimè mitterem, si esset, qui exscriberet. Quòd ais nostram conditionem iniquam esse, tuæ faueo sententiae. Id enim iam pridem sensi, atque adeò sum expertus. Ac cum nemo fere extiterit, qui nihil de sua fortuna, si questus; si quidem aeterna lege comparatum est, ut mortales clauam laborum nunquam deponant in hac vita; id unum agendum est nobis, ut equitatem, vsque tueamur. Gratulor tibi, quòd honestissima conditione in Patriam à tuo Principe sis reuocatus; mihiq; gaudeo, quòd propius ab sis. quippe illucescet aliquando illa dies, cum in ore tuo paulisper acquiescã. literas tuas ad Asterium Mantium per hominem, qui mihi recepit, seges illi in manus traditurum; misi. Huiusmodi, scilicet qui annus est cum relicta Virelliana Academia se ad forum contulit, Mantuaq; commoratur Petro Mario Gonzaga inseruiens, quem iamdiu tuas accepisse literas ( eas enim & homini certo dedi ) audivi. Casato tuo tuis verbis salutem nunciaui, quam tibi duplicatam reddit. Vale. & me ama nexu, & mancipio tuum. Quastalæ IV. Non. sextil. M. DC. XXI.

Jacobus Vectianus Antonio Bononio I. C.  
S. P. D. Guastallam.

**P**Vto te Guastallam rediisse, & ad vetus institutum, penè dixi ad moiam, & pistriqum; ita enim appellare soleo molestum, & laboriosum illud docendi onus, quod ego etsi vicavi semper, ac recusavi; ferre tamen coactus sum, & nunc cogor vel inuitus, & multa equidem sunt, quæ mihi hoc nabi nunc faciunt. & tolerabilius, paucorum & selectorum numerus, civium benevolentia, & amor; mirifica penè omnium conspiratio ad me vnum ornandum, & iuvandum: sed adeo quoq; multa sūt & mea domestica, & domesticorum in commoda, ut animum exhilarare nullo modo possim. Taceo reliqua; vnum id adfero cui à te, vel certè per te remedium aliquod allatum iri & spero, & expecto.

Vxor fratris mei vigesimum iam mensem iacet genere morbi adeo recondito, atq; ut sic dicam, silenti absumpta, ut Medici propemodum omnes, qui Regij sunt, quam adhibere ultra (cū multas tentarint, & frustra sint experti) curationem debeant, prorsus ignorent. Audio de Rinaldo nostro, Guastallæ nunc esse vitum in arte, mendendi Excellentissimum, multæ scientiæ, multæ experientiæ, ciuem tuum. Vide os hominis, Constitui talem & ignotum, per te maxime rogare humanissimum, quod audio, Virum; ut inspe

& quam exaravit, qui aude curat, & diu curavit Medicus, morbi exacta & fedeli, vt reor, narratio ne, te monere velit de sua sententia, & remedio; si quod aliud tamen, quòd adhiberi possit (nam plurima sumus experti) reliquum esse remediũ videatur. Eam igitur cū his literis mitto, teq; rogo & obtestor, Antoni, per nostram animorum coniunctionem & studiorum communionẽ (quibus & istum delectari in primis audio Medicum), vt cum illo ita agas, vt velit, si non mea ignoti hominis, tua certè causa hanc non admodum longam historiam percurrere; & quid de ipsius morbi causis, & remedijs sentiat, voce aut scriptis (quod longè gratissimum esset) indicare. In eo si tibi, quod certè spero, gratificatus fuerit: velim sciat, ita me sibi pro tali ac tanto beneficio obstrictum iri, vt gratiam, si se occasio obtulerit, simul cumulatè relaturus, aut certè in perpetuum habiturus. Vale Regij IV. Non. Nouembris solemniferalium die.

---

Antonius Bononius I. C. Iacobo Vectiano  
S. P. D.

**I**N foro sub porticu cum inambularem, tuar elegantissimæ literæ mihi redditæ sunt; quibus perlectis illicò ad Medicum meum ciuẽ, quam ad me misisti morbi narrationem pertuli, & cum eo egi, ad te vt suam sententiã scriberet; id, quod se præstaturum pollicitus est, atq; hodie quo

Epistolarum Select. Pars. I. 169

quo tempore prandebam, me conuenit, leq; ad te scripsisse mihi affirmauit, monuitq; vt tibi responderem. Quod vel cum aliquo valetudinis meae periculo feci, scripsi enim statim post prandium: Mi Iacobe, haud dici potest, quantum gaudeam te in ista loca venisse, vbi & tu tuis adiumento esse, & tua patria tuis singularibus virtutibus frui possit. De Sacerdotio, quo te Patritij Zoboli vt audio cohonestatū volunt, summopere gratulor, illudq; Deum tibi fortunare volo. Vale, mihiq; Franciscum Rinaldū saluta. Guastallæ III. Idus Nouembris. M. DC. XXI.

---

LVI.

Iacobus Vectianus Antonio Bononio.

S. P. D. Guastallam.

**I**N foro sub porticu inambulātem te, doctissime sine simul Stoice, & Peripatetice, felici omne conuenerunt meae literę nescio an elegantes, etsi tu affirmas, certē veneficę ac triueneficę, vt cum Plauto loquar; quę suis præstigijs tres mihi disertissimas scriptiones elicerunt, vnas tuas, Excellentissimi Marassi duas. O egregiam prædam, o ampla spolia, quę refero triumphaturus (certē triumpho) sine curru, & pompa! Hoc est veri amici, & ingenui hominis factum, hoc ingens meritum; amare semper, inuare, eum potes. Tu verò non mihi hæc solum præstas; sed ab alijs etiam, & quibus viris! vt amex ac plurimum iu-  
uer

uer vnus efficis miranda prorsus ratione. Ab Honorio tuo iudicium equidem expectabam de genere hoc morbi, quod scripsi, tam recondito: amoris professionem per literas non expectabam. Vtrumque profectum est, an ab illius, an à tua, an ab vtriusque humanitate? hoc reor, nec sine causa, quando ipse vtrumque indicauit in literis. Tu videlicet mercem exposuisti, & laudasti: ipse qua probitate vir est, facile credidit, & en quae pretium offert, amorem & quasi obseruantiam; ac penè rogat, amicus vt esse velim: Mi. Antoni, malum est hominem decipere, peius ciuem: vide, quid egeris. nam, vbi norit se pro veste pretiosa emisse leuidensam; te mendacem appellabit, veteratorem, & vnum ex illis circumforaneis declamatoribus, nisi potius eidem videbere Iudaeus appella, qui togas detritas pro pexis, & ab officina recentibus venditaueris. Re uera quantum ex eius epistola cognoui, ita ille de me sentit, quasi aliquid sim in literis; qui tamen si aliquid sum, aut possum, quam id perexiguum sit, quam te uere, quod possum, & valeo, vterque perspicere potuissetis, nisi tibi amor, illi nimia credulitas imposuisset. sed ego malè feriatas, qui vobis eum errorem auferre coner, in quo diutissime versati vos, non modò pati, sed optare in primis debeo. Dū enim me ametis, vera ne id ac iusta, an leui & fortasse falsa de causa faciatis, mea quid refert? qui hoc saltem nomine mereri id possum, quod vos ita amo & colo ambos, quantum amare & colere opti-



optimò de te meritos homines homo gratissimus potest. Quod mihi de Sacerdotio gratularis, non nouã habeo affectus in me tui significationẽ; sed gratiã, & iucundã tamen. Quidquid mihi accessit, aut accedet cõmodi, tibi quoque, modò vti velis accessisse puta. Illud enim tibi amicorum candidissimò de meis reculis verè cano:

*Candide non a plura, sunt hæc tua Candide ad te*  
 Vale Regij XVII. Kal. Octob. M. DC. XXI.

Honorius Maraffus Medicus Iacobo Vectiano  
 no. S. P. D. Regium;

**M**E ad tui amorem iura omnia ducunt voluntentem, libentem: quæ vel inuitum, & reuentem trahere possent. Quis enim Iacobum Vectianum, sacrum mystam, Musarum cultorem, suauissimis ornatum moribus, eruditiorum virorum delicias non amet? Sed & propria iura sunt, propter quæ te mirificè diligam. Si enim verum illud est, amicorum omnia esse cõmunia; qui tuus non esse possum qui tuorum sum amicorum totus; Bononij, Carracij, Soranci, Casoli, & Riualdi? si (ut est in Mathematicorum axioma) quæ sunt vni tertio æqualia, eadem inter se æqualia sint, necesse est: qui inter nos amicè non amemus, qui communes illos amicos & diligimus, & amamus! ego certè (absit omnis & adulatio & iactantia) statim atque de te ab amicis nostris audiui, quæ me in tui benevolentiam

& amicitiam insinuare possem ratione, diu multaque cogitavi; & vt aliqua mea tibi declaranda videretur se se offerret occasio, vehementer optavi. & venit illa quidem; sed ea, quam minime omnium voluissem: vtcunque tamen illa fit, mihi accidit minus ingrata, quod meas ad te literas elicit, mea in te animi propensionis testes, & obseruantiae pignus futuras. Tuorum igitur vt me quoque amicorum numero adscribas, te rogo, & tibi certo persuadeas, me amicitiae iura sanctissime culturum esse, & tui fore obseruantissimum. Ita faxit D. O. M. vt mutuis officijs multos annos hanc, vt spero, in vitam amicitiam colere iucundè, & solerter possimus. Vale, meque tam diu amare perge, quam diu te à me coli senseris, & meo nomine nostro Rinaldo salutem plurimam dicere ne grauaberis. Datum Guastallae III. Nouembris. M. DC. XXI.

## LVII.

I. V. Honorio Maraffo Excel. Medico S. P. D.  
amicorum vt recentissimo, ita suavissimo,  
& carissimo, Guastallam.

**Q**ui enim mihi talis nominis, doctissime, & humanissime Maraffe? cum & eruditissimis tuis scriptis in difficillimo morbi genere detegendo me iuues; & illo bees amore, quem tam humaniter defers, & immerenti, vt sic dicam,

cam, obtrudis. certè immerenti, qui nihil habeam illarum, quas mihi tu tribuis, rerum; & prorsus indignus fuerim, quem tam amicè appellares, qui quasi dignatus non sum ad te ipse scribere, cum humanissimum esse, te virum de Rinaldo intelligerem, & tuam mihi fore operam promptissimam dubitare nullo modo possem. Hæc quò spectent, vides: vt intelligas illud, quòd in me beneficium contulisti, eò mihi fuisse & gratius & iucundius, quò maioribus officijs cumulatam esse voluisti. Sed nolim putes tamen, eius notæ hominem esse me, qui faciliè patiar aut amore aut officijs vinci: velimquè potius per literas appellari, quàm appellare, atque ita amicos, si se illi prius obtulerint comparare. Hoc ambitionis genus à me tam abest procul, quàm illud animo fixum hæret, præuenire semper, & honestos atque eruditos viros in amorem, atque amicitiam allicere, si possim. Testis est Bononius tuus, idemquè meus, quem vbi de fama noui, Guastallæ cum essem, eundem per litteras compellere Pontremuli in patria docentem non puduit me, minoris subsellij hominem talem virum. Mox, quòd illarum facta esset iactura literarum ob itinerum credo diuortia, & loci secessum; Guastallæ venientem Parmæ conueni, animi affectum inditavi, & amorem lucratus sum viri de literis optimè meriti; cuius nunc & frequentibus, & eruditis, & elegantibus epistolis, quas mittit aut remittit, mirificè delectari soleo.

Te

Te igitur quod non, ut debebam, prior laes-  
 fuerim (praesertim domestica calamitate co-  
 actus tua implorare fidem) tum subrusticus qui-  
 dam pudor, & nimia modestia; tum ipse Bono-  
 nius, ut verum fatear, in causa fuit. Existimaui  
 sciam illo me intercessore multo facilius, quam  
 inuenisti, atque inelegantibus meis litteris con-  
 secuturum, quod volebam. Quod si consicere ali-  
 quo modo potuissem, ad tuum amorem compla-  
 natam iam mihi fuisse viam ab viris ornatissimis  
 Carracio, Soraneo, & ipso Bononio, nihil habuis-  
 sem prius, nihil iucundius quam literas ad eum  
 exarare virum, cuius maxime opera indigerem.  
 Sed iuvat me sic errasse, neque id intellexisse, quod  
 facile poteram: hac enim ratione, & errore non  
 poenitendo, animum & amorem in me tuum per-  
 spexi magis, & humanissimum istud peccatum  
 penitus introspexi. Quo nomine quantum beni-  
 gnitati tuae debeam, nisi ipse animo & cogitatio-  
 ne assequeris, ego exprimere certe quidem non  
 possum. Duplex enim eodem tempore benefici-  
 accepi, utrumque magnum, utrumque, sine dicta  
 inexpectatum. neque enim res mihi noua & gra-  
 ta magis accessit tua, quam sponte affers, beneuo-  
 lentia, quam iudicium illud, quo acute sanè, do-  
 ctè & prudenter alterius examinas iudicium Me-  
 dici de pertinaci haec, & respondito, acerbissimis af-  
 frontibus mihi vinculis coniunctae, miseræ mulie-  
 ris morbo.

De quo tibi vir Excellentissime (vide hominis  
 rusti-

rufficitatem) gratias non ago quòd debitas non  
 possum, vt vellem; minores, quàm par est, nolo,  
 quod facile possem. Affectu igitur affectum com-  
 penso; & meum tamèn omne studium, omnem o-  
 peram, si quid tua causa efficere possim, & quas  
 hic habeo angustas ædes, & humillimos Penates,  
 vno verbo, me totum, meaque omnia ita tibi of-  
 fero, ita trado; vt verè, & ex animo profitear; ni-  
 hil mihi gratius facturum te, quàm si his non se-  
 cus ac tuis rebus vtare. Quod autem ad amicit-  
 tiam attinet, scito illam perennem fore, spiritus  
 hos, dum reget artus. Vale, & communes amicos  
 saluta meo nomine plurimum. Regij Idibus No-  
 uembris M. D C. XXI.

---

## LVIII.

Iacobus Vectianus Antonio Bononio I. C.  
 S. P. D. Guastallam,

**Q**uem ad te mitto de Diuo Carolo Panegy-  
 ricum, eius ingenij, quod non ita pridem  
 admiratus es in epistolis ad me datis, re-  
 centissimum factum esse tibi significo. Id satis est,  
 vt animum inducas, esse hoc aliquid neque tritum,  
 neque vulgare. re vera tale est, tuaque & omnium,  
 quibus aliquis literarum gustus, lectione dignis-  
 simum. Habes hic penè plures, quàm verba res,  
 selectas omnes, raras, & exquisitas. In amplissi-  
 ma materia arctissimos sibi præscripsit cancel-  
 los: sed vt solent artificum peritissimi, illi præ-  
 fertim

terrim, qui longissimos & latissimos terrarū tra-  
ctus, atque adeo vniuersum orbem breui tabella  
complexum nobis representant; ita ille Viri San-  
ctissimi, qui res adeo miras, adeo multas & dixit  
& fecit, vt plena librorum volumina capere vix  
possint; vitam, & mores, & instituta tā arcto cō-  
prehendit gyro, vt vno veluti obtutu spectari va-  
leant vniuersa. Et excurrit aliquando tamen,  
quod videbis, vt ad perfectissimum illius  
exemplar & absolutissimam ideam, qui talibus  
præsunt Ecclesijs, Antistites omnes informet.  
Cum vnum atque alterum exemplum ad me mi-  
sisset, cupere me plura significauī, vt amicos quos  
dā viros pereruditos hoc mihi, etsi alieno munu-  
sculo conciliare magis. Ille Placentia misit ad  
viginti, ex quibus ecce vnum ad te, quem & mo-  
res suauissimi, & plurima eruditio, & insignes a-  
liā virtutes mihi iam pridē cōmendarunt, atque  
inter paucos, quos amo & obseruo, carissimum  
reddiderunt.

In eiusdem muneris partē aliquā Bartholo-  
maeum tuū vocari volo, cui & Casoto, meo nomi-  
ne plurimam salutem. Si monuerit de discessu,  
quod erit puto exeunte Autumno, ad Claris. Vi-  
rum Curtium Pichenam scribam fortasse aliquid  
etruscē ad etruscum, vt mones, si modò aliquid  
potero in ea lingua, quā multò peius didici, quā  
latinam. Tu felix, qui multum in vtraque polles,  
his eloquens; quorum alterum tuis debes natali-  
bus, alterum industriae, vel vtrumque potius inge-  
nij

nij bonitatis & singulari præstantiæ. Vale R. 84  
 XVII Kal. Septembris M. DC. XXII.

Antonius Bononius L. C. Jacobo Vobiano.

S. R. D. Regim.

**A**Ccipe, mi disertissime Jacobe, ærea præ-  
 reis, & inanes atque inconditas meas pro-  
 tuis grauibus, omnique lepore, atque iu-  
 uitate conditis literis. sed quæ tua est huma-  
 nitas, & non exigua in hominem tibi dediti, si u-  
 tuæque admirandæ virtutis, atque eloquentiæ ad-  
 miratorem benevolentia; quæ abste, ut hæc  
 permutacionem inæqualem, imo illa etiam dete-  
 riorem, quam Glaucus cum Diomede fecisse fer-  
 tur; æqui boni facias. De Panægyrico quem tibi  
 dono misisti, in quo quidem non satis admirari  
 possum sententiarum, verborum, atque ordinis  
 præstantiam; te plurimum amo, & in eo munere  
 tuam agnosco humanitatem. Verum valde do-  
 leo, mihi deesse facultatem te aliquo simili mu-  
 nere remunerandi. mitto tamen ad te, ut vel ex  
 minimo fragmento Colossi magnitudinẽ cogno-  
 scas, & ut ille inquit, λεοντα εστιμες εκ ταιων ονυχων.  
 Scelopuli forati breuissimi ad explosionem instru-  
 cti descriptionem a Sacco auctore, quem adhuc  
 viuere tibi adsignifico, anno superiore ad me  
 Mediolano transmissam, quam tibi probatum iri  
 facile mihi persuadeo; & Elegia quanda mea  
 mei fratris filius, qui Ticini studiorum causa mo-  
 rarur;

ratur, me insciente typis mandandam curabitur  
quam sicuti amor in me tuus tibi satis comenda-  
bit, vtiom sic & se ipsa posset.

Bartholomaeus filius meus, qui se tibi multis  
nominibus debere proficitur, cum hinc pridie  
Non. Iunij discessisset, huc redijt 16. Kal. Octob.  
enas ille accepit literas, & Panegyricum, & me  
prior legit (ego enim domi non eram, cum tabel-  
larius reddidit) & cum Guastalla vix tres dies ip-  
sos mecum fuerit, cogita quam sollicitum mihi  
desiderium reliquerit sui, certe quidem animus  
meus ibi, vbi ille; non hic, vbi ego sum, habi-  
tat. Sed de me, inquit, quid ille? istuc cogita-  
bat ad te; at labore superedit itineris, veritus,  
ne quo equo huc vectus est, eo (erat enim admo-  
dum imbecillus) Pontremulum reueheretur.  
Dum autem hic fuit, saepe mentionem de te in  
suis sermonibus iniecit, & tibi, credo, dextra  
significavit auris; multa enim de te, multa de tuis  
candidis moribus, multa etiam de splendidissimo  
tuae latinitatis candore locuti sumus. Ego vero,  
mi Iacobe, vt, quod res est, ingenuè fatear, cum  
aliquid tuum lego, ita adficio, vt te vnum suspi-  
ciam, & statim dicam, atque etiam alijs prae-  
dicem; te ita loqui latine tanquam si aureo illo, &  
felici saeculo in media Vrbe natus esses. & te ve-  
ra linguam latinam ita tenes, vt licet graecam,  
aeque italam, & fortasse alias noueris aliquas,  
nullam tamen aliam didicisse videaris. O te igitur  
felicem, o felicem tuam patriam, cui maxima

suo-



Storum civium bono datum est, tali ac tanto vi-  
ro frui: quæ merito gloriari, vereque adfirmare  
potest, se suum habere Ciceronem, qui se, suosque  
cives sit opibus orationis, ditaturus.

Sed hæc satis, & nimium fortasse multa, de te  
præsertim, in quo modestia singularis cum incre-  
dibili doctrina ita certat, ut utrum hæc, an illa  
maior sis, non exiguus dubitandi locus relin-  
quatur. Tu autem, si tanto iudicio es, quan-  
to profecto es, caue ne qualia de me in ex-  
trema tuarum clausula, modò scripsisti, talia  
posthac vel scribas, vel prædices, tantum e-  
nim abest, ut ego satis sciam latine, atque  
etruscè, quod ipse affirmas, ut in utraque lin-  
gua me plumbeum, & rudem esse, imò & bis  
infantem cognoscam. Casotus noster, quo  
ne meliorem quidem amicam uterque optare  
possimus; totus musteus est, & musteam tibi  
salutem dicit, cuius etiam nomine, & meo  
Franciscum Rinaldum saluere iubeas velim.  
Vale, & salve amicorum omnium, quos hæ-  
beam condidissime, & probissime;

Gualtæ pridie Non. Octobris,

M. DC. XXII.

Descriptio Sclopuli rotati breuissimae ad  
 explosi nem instructi.

## SACCVS AD LECTOREM.

**A** N nunc plus, quam duo, & viginti, cum  
 me cupiditas cepit, describendi illud ge-  
 nus telli, sine iaculi, quod sclopulus rota-  
 tus appellatur. Inuentum sane mirum, atque hor-  
 rendum, quo disci nen omne tollitur inter homi-  
 nes in multos annos, atque ignauos, quandoqui-  
 dem in ballis quaeque mulier poris est, fortissi-  
 muni quaeque ducem latere tecto occidere,  
 facti, & descriptionem illam vulgari cen-  
 sionem potius, quam laudem inde expectans: sed  
 plene scio, an ne haud scio; certe scio, necesse mi-  
 hi tunc fuisse illam iterum formis excudere, vt  
 multis adhuc flagrantibus exempla suppeteret.  
 Nunc vero post tam longum temporis interval-  
 lum existimabam, huius scripti memoriam sic  
 apud illos, vt apud me obsoleuisse; cum amici qui-  
 dam non vulgares huiusmodi exemplis carentes  
 rogarunt, vt illud denuo ederem, quod facio;  
 sed te Lector censorem volo non Placentinum,  
 sed Veronensem. Quod si æmulum quoque ha-  
 buero, testor fidem, vinci magis, quam vincere  
 gaudebo. Vale.

**F**istula est ferrea quadrantalís, quæ ab ima parte cochleæ item ferrea, & ad castus impetibili valde occluditur; relicto ab latefe tenui spiraculo, cui alveolus queque ferrèus adtingitur, focalis à re nominatus, continendo pulvisculo, sulphure ac nitro temperato, igne citissimè conspiciate. Foculus hic operculo degitur ferreo, ductu ac reductu faciliq; rotula ex chalybe per totum ambitum striata, ac dentata subijcitur, cuius crassitudo foculo ipsi est profundo. Rotula hæc per trochleolam ferream, quadrato pediculo ex umbilico prominenti insertam manu circumagitur, & per latentes obices & impulsus perque interiorè cæcæ suspēditur, & laxatur; laxata occulto molimine operculum statim reducit, atque unâ alieem, quem catulus ferreus imminens mordicus tenet, & magno nūc foculo violenter apprimit, rapidissimo rotata æteritio feintillasque ignis extulit, qui pulvisculum inde cum protinus cortipiens, per spiraculum penetrat in crassiorè pulverem eiusdem generis infistulam ad tertiam usque partem ingestur, quæ eodem momento carpit; igne quo multiplicato, cluctantibus flammis, plumbeam glandem illuc pariter infarciam infano impetu, horribiliq; fragore explodit. Fistula hæc sic instructa, ligneo canali manubriato compacta, cui ligneus pariter canaliculus subest, excipiendæ virgule præferretur ad purgandam, & infarciendam fistulam ipsam.

193.                      **Jacobi Vettori**  
manu commodè tractatur: Rotula vero postquã  
suspensa est, ac sufflaminata per virgulam ferreã  
ejus affixam, & subtus manubrium exilientem, digi-  
ti impulsu facillimè soluitur, inde rota machinu-  
la exarmatur.

---

L. VIII.

Jacobus Vettori Antonio Bononio.

S. P. D.

Guastallam.

**S**I pergis hoc modo, Antoni, clamabo me cir-  
cumuentum, tu Æres pro aureis remisisti, &  
imò tu pro stranneis, aut plumbeis gemas,  
& si quid est pretiosioris materiz aliud, cum sem-  
per, cum proximè reddidisti, Ne eximium hoc  
artificium est; negare se patem verbis, facis su-  
periores ostendere. Ni tua tam bella esset, tam  
venusta epistola, eam vellem perpetuis tenebris  
occultatam, ne meum in illa pudorè agnoscerè,  
nam re vera puduit me, cum extremã illã partè  
attigi, in qua tu quasi è plaustro effundis, & tuas  
mihì laudes tribuis, meque alterum quasi facis  
lingua latinæ recens narum (non audeo dicere,  
sed dicã tamen) Arpinatè, an Alpinatè? re vera  
talis sum, i. in lingua latina balbus, & rudis, certè  
indisertus & impolitus; & tantùm abest, vt ad il-  
lum, què tu vis, proprius accedã, vt ne illud qui-  
dè quod plerique faciunt, efficiã; non coner in-  
quã, vt quando me ita infantè video, illius saltè  
verbis, ac sententijs studiosè conquisitis rudè meã

ora-

oratione velut incrustem, sed scribo; quidquid in buccâ aut calamû venit: & quicquas heri literas sub primâ noctis horâ domû, & que ab humanissimo & amicissimo homine allatas accepi; eo hodie post rē diuinâ peractâ ad eas respondeo, quas veniunt in mentē, nihil præmeditatus: quod non deberē, præsertim ad te, talē virum. Sed quid facias? sic sum, non possum pati moras; odi omnē cunctationē, & mihi modò satisfaciâ, ceteris quæ disciplinâ, nihil euro: & tibi placeo tamen, cui amor & benevolentia sat belle imponit. Tale tibi vitrum amice si demas (neque enim specillis tibi vitri necesse est) res, ut sunt optimè videbis. Sed hoc idē homuncionē me, & velut è Pygmaeo genere unū, tibi offert quasi Typhæum aut Eæcoladum, qui ipsi Cicero, quem admodû illi colū Ioui, eloquentiæ Regnum eripere velim.

Ut rē in pauca conferâ, velim inter nos amemus, Antoni, alios laudemus; præsertim Clarissimū Jo. Baptistâ Saccû, cuius mirû in re artificiosissima describenda artificium cognosci. Quæsete, Bononi, is an Legum consultissimus est, quod audiebâ, & magni Senatus Mediolanensis à secretis, an orator, an miles, an quod censeo, & collegisse videor ex tam bellæ scripturâ, omnia hæc simul? si adhuc vivit & viget, ut scribis, iste adeo præclari Vir ingenij, & legum cultissimus Interpres; ita te para, ut magnū mihi Patroni concilium: Ego enim iâ salutarē cogito per te, & meas literas, quas istuc mittâ intra hanc hebdomadâ;

& veniunt in manus tuas de prealluma...  
 fuit a te scriptum... quia apud me feci  
 nedum exscribere... De elegia gratias ha  
 beo... legi... libere...  
 De Calabri...  
 Laures...  
 M. DC. XXII.

Antonius Bononius Iacobo Vectiano.

S. D. Regium

**P**ro laudibus tuis...  
 meritoria...  
 Iacobus...  
 votis...  
 te...  
 atque...  
 stitit...  
 vocat...  
 re...  
 mioua...  
 te...  
 semper...  
 Literas,

quas

quas ad Excellentiss. Sacrum scripsisti te dare  
velle. ~~omnis~~ ~~omnis~~ ~~congruas~~ ~~id~~ ~~illi~~ ~~perfe-~~  
~~rent~~ ~~ab~~ ~~grato~~; a quo hoc dubito, quin tibi aurū  
pro auro reddatur.

Et ego, quoniam ad te mihi ego quæque edicant  
nollem; cum versus impariter iungi deberent;  
sed vide, quæso, quam timidus sum. pupugit  
me id ipsum, quod proximis illis literis scripsi-  
sti. verè enim, ne quid vestigiū qui oculatiss-  
simisses, & oppido quam acutus, in ea perspe-  
xeris; sed amabo te, siue tantum amas, quan-  
tum profecto amas; si quid deprehenderis fac,  
ut sciam, atque hac in re velim ut tui moris est,  
omnem cunctationem abijcias; neq; longa me  
expectatione dicas; maiorem enim gratiam tibi  
habebo. Casorus noster si unquam antea, hoc  
anno potissimum, quo vix paucos constituerunt,  
cum exoptimis meliores conquisitas parauerit,  
laureolam quaesivit in nostro, ut ais, & mihi credo  
ad iurandum paratissimo, inuenit, vix enim cre-  
das, quæde quantumq; vinum habuit in dolis seu  
conditum, cui quidem suspensa hedera nihil opus  
est. Ego, & idem Casorus coramimus, &  
hic ita volumus, ut istic tecum sit dilectū nostrū.  
Vale, & vix nostri memor, ut nos tibi. Gaustal-  
le. XVI. Kal. Nouembris. M. DO. XLII.

Iacobus Vettianus Antonio Bononio

S. P. D.

Guastallam.

**D**E Elegia quietus esto : nullus in ea calami  
lapsus , aut scriptoris vitium . At editam  
nolles . ita ; hoc pacto , hac ratione ab tuo  
Nepote . Tu causam vidisti .

*Versibus impariter iunctis querimonia primam ,*

*Post etiam inclusa est animi sententia compos .*

sed istud ferri potest , & Typographo ad scribi , il-  
lud nequaquam , tam multa circa orthographiam  
peccata ; quod negligentia , & correctoris somno-  
lencia , idest Nepotis tui culpa factum est . Tu au-  
tem , cum in fine sex versus addideris calamo exa-  
ratos , neq ; perfectam esse neq ; absolutam indica-  
sti . Quid ergo ? qui tux famæ quam qui maxime  
faueo , Antoni , annon iure illud adscripsi ; editam  
nollem ? nempe tam multis , tam brevis cum sit , sca-  
tentem mendis . Nam , quod ad reliqua attinet  
mihi non displicet , & quia tua , & quia ingeniose  
scripta .

Ad Cl. Saccum meas iam credo accepisti , & ma-  
fisti literas , tuasq ; etiam , puto , addidisti , vt igno-  
tum & obscurum hominem ad tam clarum & no-  
tum cu aliqua exiftimatione p duceres . Ex pecto rei  
exitum , & illud expeto , vt me inter suos recipiat  
vel amicos , vel clientes . Certè tu omnem ma-  
chinam adhibere debes , vt nouum mihi pates Pa-  
tronum pro Excellentissimo Maraffo , cuius me-  
mo-



moriam & desiderium amilli identidem me pungit vehementissimè, & acerbissimè. Tuis quòd statim non responderim, vt volebas, quid in causa fuerit, conijcere potes. In tempore haud mihi redditz sunt, veterè, quam Casotus nouit, fratris mei socordia; qui quas statim debebat, die Dominico attulit, & sub vesperam, pridie sibi commissas.

Vale, & me ama etiam, quam facis, si modò potes, ardentius. Ego te, & Casotum certè non possum vehementius. Este igitur non amicè modò, sed amanter vterq; salutari; etsi habeo de illo, quod querat. Quas enim ad Posseuipum, quas ad Cattaneum per ipsum misi literas, perijisse, puto: nihil enim ab eis responsi, quod non solent. Videat cui commiserit, si tamen certo hominè commisit, non forti potius permisit, quod dolerem, & multò quererem atq; ob streperem cum istius, tum intemperantius. Regij IX. Kal. Nouembris. M. DC. XXII.

## LXI.

Jacobus Vescianus Asterio Manlio

S. P. D. Ad Casalem maiorem.

**E**Go verò non dubito, quin statim reserata epistola cum admiratione dicturus sis; Equis hic est mihi de facie, & nomine prorsus ignotus! At uerò quanquã ita est, Vir eruditissime, non potui tamen, quin morem mihi agererem  
cupi-

cupiditati, quod me nimis diu, laepeque sollicitavit, & nunc tandem impulit, ut te talem virum, modeste tamen & officiose salutarem, ut Iuvenem decerentem tam probum, tam doctum; & me tuum observantissimum, quacunquē oblata occasione, tandem aliquando appetirem. Non enim mentiar, si affirmem, me toto ab hinc triennio & eo amplius, ex quo Flaminium Becotum tuum alumnum disciplinae cognoscere, & amare coepi; te quoque summo studio, & observantia colere coepisse. Is enim ego sum, qui quartum ego literarum semper amantissimus fui, in illis qui excellunt, eos non modo diligam, sed diligenter observem. talem cum te cognoverim ex multorum constanti praedicatione, illius praecipue, quem modo dicebam Becoti, & luculentissimis scriptis tuis: quo erga te animo sim, qua mente, conijcere per te facile potes.

Accedit communis studiorum, & artis professio: quod enim tu minus tanta cum laude, & optima mercede publice docendi istuc sustines; ego quoque hic pro viribus, nec far fortasse maturae aetate, publico & honesto inhabitatus stipendio exerceo. Quapropter sicuti omnes mihi adsum causas tui & amandi, & colendi; ita non omnes tibi deesse possunt, aut debent, cur me reijcias tuae benevolentiae cupidissimum, eaque si non valde dignum, certe neque omnino indignum eam saltem ob causam, quod eadem, in quibus tu emines; ego pro mei mediocritate, vel teo ingenij potentius, omni tamen studio studia complector. Vale:

le:

LII.

Eidem. Ad Casalē maiore.

**I**mportunus est Amor, & plerumq; nimis audax: scis quam morosi sint, qui amant.

*Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt.*  
scripsi ad te superioribus mensibus; nec alia de causa; nisi ut me tui nominis studiosissimum, & benevolentiz cupidissimum scires. Nullum tamen adhuc abs te responsum, quid cogitem? eam forsasse, quam tibi obtuli cum amore obseruantiam, aut negligi aut contemni? Ut possim id suspicari de Viro humanissimo, de optimo, & doctissimo sene! noli cogitare. Quid igitur? illud potius; eum, cui literas commisi, & recte commisisse credebam, non ex fide reddidisse, & promissis. fuit autem vnus ex istis Casalis incolis tibi, ut narrabat, notissimus, sed vania detur illius seu negligentiz, seu improbitati: hoc mihi modo tu des, ut quando per aliorum, aut imprudentiam, aut impudentiam citius non potui, nunc tandem per has (si tamen hæ tibi reddentur) ad tuam benevolentiam mihi fores aperiam, quam videor esse promeritus singulari mea erga te animi propensione, amore, & obseruantia; obseruantia, inquam, in virum mihi quidem de facie ignotum, sed notissimum de fama; qui doctissimis & disertissimis scriptis ubiq; se talem probat, qualem prædicant, qui norunt,

norunt, qui audierunt, Flaminius in primis Secorus, qui tuum mihi omnium primus instillavit, imò infudit amorem.

*Quod si nec studio, precibus nec flecteris ullis,  
Flectere muneribus*

ijs præsertim, quæ adferunt Infantes puelli, purpureis induti, ac decorati trabeis. Carmen est de illis à me olim scriptum, & quòd sacrum esset, ad limam reuocatum (sed malè tornari quod potuit, nempe in ipsa adolescentia nimis inæqualiter rotundatum) atq; etiam nunc in lucem dimissum. exemplum mitto, ut percurras, imò ut perlegas, si tantum tibi est ab tuis occupationibus otij; & si liber (ò utinam libeat!) aliquid notes, & rescribas, & iudicium de illio facias; sed amicium iudicium, idest sincerum, minimè fucatum, minimè phaleratum, nam qui ad voluntatem loquuntur, illi me certè nulla afficiunt voluptate. Censuram quero, non blanditias; volo doceri, non laudari, præsertim à doctis, qualè te audiui, & vidi in lucubrationū tuarū quasi speculo, vbi animus, eruditio, & mores se optimè indicāt. Vale. Quastilla. Kalēdis Ianuarij, primis inchoati auspicijs anni, quem tibi, & bonarum artium studiosis omnibus faustum, & felicem esse cupio, & fore spero.

Ate;

Asterius Manlius Iacobo Vestiano iam plane suo. S. Guastallam.

**A**rrrogantis est, vel potius dissoluti in amore ijs nõ respondere, à quibus provoceris. illos verò vel superbe aspernari, vel quasi aliud agendo flocci non facere, eius esse hominis iudicio, qui sic omnis humanitatis expertus, & vitæ communis ignarus; qualem nunquam fuisse me sciunt omnes, qui me norunt. scit præsertim Beccotus noster integer & incorruptus testis, à quo non sit veritas in eculo extorquenda. Quod cū tibi etiam magnopere persuasum cupiam, te pro eo quanti amicitiam nostram facis, aut facturus es (facies autem plurimi, vt ego tuam) etiam atq; etiam te rogo, obtestorq; , ne in animum inducas, neue existimes, quas ad me aliquot antè mensibus dedisse literas scribis, ad me esse perlatas. asperius enim fuisset, quàm vt mei paterentur mores, a gesti quadam negligentia, iustum ac debitum rescribendi officium prætermittere; præsertim cum ad amicos solem quidquid in buccam; nisi forte in id tempus incidissent literæ tuæ, quo fidelissima probatissimaq; , vxor mea morte mihi erepta fuit. quo doloris istu ægritudine animi ita laboro, vt nulla res cum ad æquitatem possit extollere. Oblanguerunt literæ meæ, à quibus antea in aduersis solatium capere solebam. Quid quæris? explanationem meam in Persium (spissum sane opus & laboriosum) per-

polie-

pte habam; eam exorante manibus, et est inusua-  
 lor; ut posthac, quod est in proverbio, cum blattis  
 & tipes rixetur. Quid nisi autem nunc omnia mi-  
 hi mea displiceant, cum ipsa mihi minus placeat  
 ea vxore priuatus, quæ (ut ex multis hoc vultum,  
 quod maxime ad rem pertinet, verius sine dieam)  
 mei etiam fuit, tam amans, ut quo temporis mo-  
 mento animam agebar, vltro profusa sit, maio-  
 rem se doloris sensum ex merore meo percipere,  
 quam ex ipsa vi morbi, quæ statim consumpta fuit.  
 Ut igitur tam eximæ pietatis memoria, consum-  
 ptis lacrymis, perpetuo dolore non tabescam, ut  
 non semper hæreat infixus in animo, et ceror, et  
 me ingratus, o me in humanum id si fecero, sed non  
 faciam, neque tam turpem notam ipse mihi inpra.  
 At nimis iam multa de me, & rationibus meis.  
 Venio igitur ad litteras tuas, quibus a me petis,  
 imò vero studiosè flagitas, ut te in amicitia mea  
 recipiam: quasi verò id grauius sim facturus, quod  
 a me requiri est iucundum. Nihil enim est inge-  
 nio meo aptius, quàm eos amare, & amplecti, in  
 quibus non adumbrata, sed eminentis virtutis effi-  
 gies appareat; hæc præsertim bonarum artium inter-  
 missione, prone est, ut dicam in certum; ex quo maxi-  
 me raro hominum genere vni esse te non obscure  
 restantur, quæ ad me misisti scripta & oratorio,  
 & poetico numero sic elaborata, ut in vtro artifi-  
 cio magis excellas; per difficile est ad iudicandum.  
 Carmina artificiosa verborum constructione sunt  
 aptissima; epistola elegans, dulcis, & omnino val-  
 de

de bella. Atq; audiam Vectiane, si tunc potes hoc me auribus tuis dare. odi ego quam qui maxime adultores, humano generi pestiferum monstrum, quo gliscente, ait Tacitus, deterentur decora ingenia. Præclare igitur, ut semper, Bias unus ex septem; *Ex feris hostis nullam esse deteriorem Tyrana, ex miribus Adulatore*. Itaque primum tibi gratulor, non de præsentis indole, sed de mirifico potius in liberales disciplinas progressu: deinde mihi gaudeo, qui te talē nactus sum, amicitiam meam studiosè appetentem, sed ego prolixius tibi polliceor, quam requiris; nam si te tantum in amicorum numerum recepero, commune id tibi erit cum pluribus, nec tu dignus, qui tanquam unus è pluribus diligaris. Quid est igitur? quæ apud te, inquires, obtinebo locum? bono fac animo sis, proximum obtinebis à primo: nam cum à filiis discessero cariorè te, aut iucundiorè habebò neminem: quem si quando videro, complectar & osculabor, serius omnino rescripsi quam oportebat, in aliqua præsertim negligentia suspitione, sed quid fecisse? duobus plus minus mensibus manus mihi dextra surgida se habuit vitiosè, meq; pessimè accepit. Agebant animi curæ, excruciabatur dolor externus, in sompes ducebant noctes, stomacho eram languenti; senectus ipsa affligit, atq; ænerat homines. Quis igitur tot incommodis circumventus animum ad scribendum contulisset? Tu excusa, & Vale mi Vectiane: Vale, & ut facis, cò perge, quo paucos inuitat spes,

pauciores comitatur facultas. Ex-Casale maiori  
 prid. Kal. Martij. M. DC. X I I I.

## LXIII

Iacobus Vectianus Asterio Manlio

S. P. D. Ad Casale maius

**I** Am ne licet erumpere hoc gaudium mihi? gau-  
 dium, in quâ, quo me cumularunt expectatis-  
 simæ, plenissimæ, & elegantissimæ literæ tuæ?  
 referatis illis, & tuo inspecto nomine, quali  
 sum, bone Deus, voluptate perfusus! nō mentior;  
 nisi acerba adhuc animi tui ægritudo, ex dilectis-  
 simæ vxoris iactura contracta, quàm nimis do-  
 lenter, & disertissimo isto ore tuo lamenta-  
 ris, quasi amaræ potionis poculum, merum mel-  
 luarû literarû temperasset (cur enim mihi non  
 fiat in amicitiam tuam recepto cōmunis hic  
 mceror?) periculum erat, ne præ nimia dulcedine  
 præcordia vexarentur; non eâ certè ob causam,  
 quòd eas in me laudes cōfers, quas neque expe-  
 ctabam, neque sperare poteram, mediocritatis  
 meæ optimè conscius: sed quia nō modò id affe-  
 ctus sū, quòd optabâ maximè, vt me inter ami-  
 cos ordine postremum habere velles, verum etiâ;  
 quæ tua est humanitas singularis, in eorum repositis  
 eas numerum sum,

*Qui tibi post dulces natos, pia pignora matris,  
 cari in primis sunt, & iucundi. quam tuæ episto-  
 lum-*



la partem eam legi, ne vitiam, ni suavitissima illa sum ter, & amplius verba exosculatus.

Sed ut veniā ad ea, quæ tua sunt, oro te, & obtestor per cōmūnem hominū vtilitatem, per eā ipsius gloriam & decus, ne tātum in te possit inestinus dolor (quem dies, & humanarum rerum conditio tibi probè nota, si non penitus abstulisset, leuasse iam certè multum debet; vt explanationem i Persium (spissum quidē Opus & laboriosum, vt scribis, sed tuis tamē humeris apertissimè) aboluas, vel fortasse absolutum perpicias, tātōq; bono posteritatē fraudare ne velis. Cum enim in illo Poeta plurima sint, quæ Delio nature indigere vidētur, quæq; nō modò scolia nota non sunt, sed eruditos etiam plerūq; fugiunt; quantum tibi debere se fateantur necesse erit omnes & boni, & eruditi mirabilet. & tines rixentur cum eorum chartis, quorum partus eodem penè, quo nascuntur, interire solent dic. Quæ n. a tuo exortu & iudicio, & ingenio sunt, non semel tangi par est, sed manibus studiosorum tractari. Hoc igitur mihi pro certo amicitie pignore, & quasi arrhabne gratificare, vt istud Opus vrgeas, magnum tibi nomen pariturum, & ipsam cū nomine immortalitatem. sed mihi videor tibi iniuriā facere, qui horter ad id, ad quod tua te iam pridem de omnibus benè merēdi volūtas impellit. ista te ab initio mouit, & admonuit, vt ad publicam vtilitatem indigilares: ista nūc te morere magis, quā etate cōfectum

excitet; ut quod magno animo olim aggressus es, id superatis iam difficultatibus penè omnibus, quibusocysimè potest, absolvas. Utinam mihi eadem facultas adesset: exacerem, mihi credam aliorum industriâ exemplo meo; sed probe novi:

*quid ferre reserent*

*Quid valeant humeri.* — ego interdum iuana verba, cōglutino, meras nugas, & versus inopes rerum, Mulis inuitis, & Apolline auerso, & ni fallor, etiam a dverfo; cuiusmodi sunt quæ mitto nuperrime scripta, cum Excellentissimus Princeps Cæsar Gonzaga

*Est par connubium maturo tempore vastus.* Tu lege, & proba, si non scripturam, (qui enim possis, extemporalem potius, quam præmeditatam) scribentis animum, atq; in observantiâ, at ea lege, ut vna indices, quæ minus rectè tractata, cauere in posterum ut possim. In ijs, quæ olim misit carminibus de insonum Puerorum, caed aliquot a Typographo (neque enim ego correctioni præfui, & Typographicarum scis ignaviâ, operarum) sunt errata, duo non ferèda, quæ animadvertisse debes; ego cauto emendare aut neglexi, aut oblitus sum. Alterum in epistola (exenti, pro excudi) alterum propè finem ipsius Poematis. *Es laui totum impulsis latus. pro impulsian latus.* Hæc scripsi statim atq; tuam epistolam accepi, non diem IV. Id. Augusti scilicet, cum absente scripta sit pridie Kal. Martij. reddidit autem Iudæus apella, natione Helveticus, Guastalle

Stalle incola, qui se à Brixellens quodam acco-  
pisse narravit. Hæc volui vt scires, ne forte mi-  
reris rã sorũ responsũ. mihi gratius aut iucundi-  
us accidere nihil potest, quàm cũ tui similibus,  
viris eruditissimis per literas, cũm aliter, idest  
presens nõ possum. frequẽtes habere sermones,  
Vale Quasilla. III. Idus Augusti. M. DC. XIII.

## LXIV.

Jacobus Vectianus Asterio Manlio

S. P. D. Ad Casale maius

**I**N ea semper opinione fui, Magli eruditissi-  
me, non tam ingenio. & dexteritate ad con-  
glutinandas amicitias opus esse, quàm ad  
conseruandas, & firmitus stabiliendas officio, &  
probitate. Id propter cũ superiore anno, quod  
summo opere optabam, consecutus sim; vt tu me  
vehementer amaresceperis, ego te velut alterũ  
Paratõem pro tuis meritis obseruare: nullo modo  
committere debeo, quin quam per literas rece-  
ptus sum amicitiam & beneuolẽtiã tuã, eorũ-  
dem literarum officijs idẽdem excolam; & me  
tibi in memoriam reuocem per interualla, & oc-  
casiones. Hinc factum est, vt cum exploratum  
haberem, aut certũ mihi persuaderem, te tuis  
docendi occupationibus ereptum, corporis &  
animi quieti per hæc tempora vacare: quod ipse  
facio; continuare me non potuerim, quin te amice

salutarem; atq; ut in more est, non hunc solum; quem proximè ingressuri sumus annum, faustum tibi ac felicè ominarer; sed alios, atq; alios viridi isti senectuti tuæ, ab eo qui vera vita est, adiungi precarer. Etenim illi præcipuè diuturniore & felice vita digni, qui ceteris mortalibus, quibuscum viuunt, ornamento atq; adiumento sunt; & posteris non minus, quam sibi, præclaris ingenij monumētis in longuitatē, ne dicā in æternitatem, prospiciunt. Te autem num ex eo numero esse apertè indicant, quas in publicum edidisti, ad vna lucubrationes; quasque in manibus habere te scripsisti, in Persiū elucidationes. Id ut vrgeas Opus, & denique absoluas; vel absolutum potius in lucem exire patiaris, ita exopto, ut ardentius cupere nihil possim. Vale. Guastalla. IX. Kal. Ianuarij.

## LXV.

Iacobus Vectianus Asterio Manlio

S. P. D. Ad Casale maius.

**N**equè nullas, neq; admodum frequētes ad te dare literas constitui; qui tuarum in primis, & mearum etiam occupationū rationē habere debeam. Vnde igitur factum fieri nosti, ut ex quo Romam perueni, te de meis studijs, & præsentis rerū statu certiores ne fecerim. hoc possū esse contentus; illis, græcis præsertim, Attica Pallas aduersari nō videtur. Fortuna toruū adhuc illa quidem spectat, sed me interritū videt

videt tamen, & animo elato ac securò suum factū  
 & se fœdium despicientē. Inanem scilicet hanc  
 Dram, & ridendum Numē ut pili quidam facio:  
 & anxi, & sola Dei voluntate pendeo: quicquid  
 euenerit, in eā accepturus partem, ut mihi pro-  
 futurum magis, quòd ita euenerit, sim pro certo  
 existimaturus. Dolere tamē hanc, qua nunc sum,  
 aut lamentari vitæ conditionem, vel si maxime  
 querulus sim, iure non possum: si quidem haud  
 imago in sumptu iucundissima fruor libertate,  
 cui quæ compares diuitias? quæ vitæ cōmoda  
 aut ornāmēta? quod aulicum supercilium? quem  
 factū, quā lauticiam? In amplissimis Cardinalis  
 Estensis edibus, si non valde laxo, hilaritatis cer-  
 tē plenissimo cubiculo, & necessaria supellectile  
 cōmodatus sum. Antoni Querengi viri, quod sci-  
 re te scio, longè doctissimi, & triū in primis lin-  
 guarum, extruscæ, latinę, gręcæ possessoris eximij,  
 latari adhæreo quā possum frequētissimè, id est,  
 penè quotidie; quem officij grātia deduco, ac  
 reduco eadem, qua ipse, Rheda vectus; cum eorū  
 quæ ad studia pertinent ( tanta est viri humani-  
 tas) cum lubet, & quoties lubet, familiariter cō-  
 munico: aliorum quoq; doctorum amicitias vi-  
 rorum; dies mihi ambitiosè comparo, hoc ma-  
 ximè cōciliatore, qui toti Aulæ notus, & magnis  
 Principibus carus, Barberino, Vbalдино, Vrsino,  
 Beuilaque Cardinalibus, non dignitate magis  
 quā multiplici doctrina, & solida eloquentia cō-  
 spicitis, cum eorum familiaribus, plerisque eru-

tis, & plane humanissimis viris: ex tali occasione  
 verfor; nec fucū aulicū (qui in ipis aut nullus est,  
 aut egregie dissimulatus) sed quæ ad vitam lau-  
 dabiliter degendam pertinet, veræ virtutis docu-  
 mēta venari studeo: nec facile credas, ex frequē-  
 ti talium congressu quantū, quæ ad mores attinet,  
 & ad omnes humanæ vitæ consuetudinis ratio-  
 nes, atq; etiam ad utriusq; linguæ peritiã plenas  
 percipiendã, facti sit accessionis: ut noli dubitare  
 tamē, ut novos amicos nasci veteri obliuisci possi-  
 si, præserti, qualis tu es, eruditorum eadē enim  
 propemodum ratione, eodem tempore, cum  
 veteres, tum novos demereri in dies conabori  
 magis, alteros præsentibus obsequijs, alteros  
 officio literarum minus infrequenti. His enim  
 quasi follibus excitare subinde non desinam re-  
 languentes, ut fieri solet, locorum interuallo  
 amoris igniculos; nostros in primis, quos cupio,  
 quò longius absumpsi, ardere flagrantius, & con-  
 tinentius. Vale. Romæ. Kal. Martij.

LXVI.

Eidem.

**F**amiliarium illa, quæ inter nos, cum propi-  
 nis essemus, interdū solebat esse nō iuuen-  
 da literarum missitatio; ex quo me, Romæ  
 cōtuli, toto hoc quinquēniō planè omissa est, no-  
 dum intermissa, magnam non excusam, quæ fuit,  
 locorum intercapedinem, cum Amiliam, & Fla-  
 miniam

mihi affidue terano publici Tabellarii, quorū  
 beneficio qui in Latia sunt, cum Insobribus, &  
 Padi accolis omnibus confabulari, seria agere,  
 iocosa nunciare aut lata possunt, intra brevis-  
 simum tempus. Sed neque meam, neque tuam oc-  
 culum negligentiam, cum mihi conscius sim, nō  
 vnas ad te dedisse litteras; & Regi, qui tibi ho-  
 minibus eas ad te ferendas traderet, fratri aut  
 Sororio sedulo commississe: nec dubito, quin si  
 eas accepisses, eorum alicuius saltem responsurū  
 fuisses: non enim ætas tibi, etsi iam matura, & in  
 senium vergens; aut docendi onus, quod ferre  
 egre nōsti, tibi impedimento fuissent, ut quod  
 nullo labore facere potes, me a causa liberet, &  
 prōptē non fecisses. Culpam igitur omnē pro-  
 pulsemus a nobis, & quod illa ad tuas manus nō  
 peruenerint (quod verē factum puto) fortuitū  
 iniuria factum credamus.

Hæc non eadem puto aliam subibūt, quibus  
 te monitum votui, in patriam rediisse me hone-  
 rissimam, & valde fructuosam conditione propo-  
 sita reuocatum, nempe, ut quoddecim plus cuius  
 præsim nobilium adolescentum Academia. Cē-  
 sus erit ad ducentos, opinor, scitatos, & mē-  
 sa apud eos, quorum in domo hæc palestra  
 exorcenda. Si quid erit, cuius causa operam meam  
 velis, ubi sim, nosti; quid agam, quid cogi-  
 tem: cogito autem nihil aut frequentius, aut  
 libentius, quam inire rationem aliquam, qua  
 me tua non indignum benevolentia, &

amo

cupiditati, q̄ me nim̄ ū diū, laepeq; sollicitavit; & nunc tandem impulit, vt te talem virum, modeste tamen & officiose salutarem, vt Iuuenem decet senem tam probum, tam doctum; & me tuſ obseruantissimum, quacunque oblata occasione, tandem aliquando aperirem. Non enim mentiar, si affirmem, me toto ab hinc triennio & eo amplius, ex quo Flaminium Becotum tuſ alumnum disciplinæ cognoscere, & amare coepi; te quoque summo studio, & obseruantia colere coepisse. Is enim ego sum, qui quartum ego literarum semper amarissimus fui, in illis qui excellunt, eos non modo diligam, sed diligenter obseruem. talem cum te cognouerim ex multorum constanti prædicatione, illius præcipue, quem modo dicebam Becoti, & luculentissimis scriptis tuis: quo erga te animo sim, qua mente, conijcere per te facile potes.

Accedit communis studiorum, & artis professio: quod enim tu minus tanta cum laude, & optima mercede publice docendi istic sustines; ego quoque hic pro viribus, nec farfortasse maturæ ætate, publico & honesto inuitatus stipendio exerceo. Quapropter sicuti omnes mihi adsumpſi causas tui & amandi, & colendi; ita non omnes tibi deesse possunt, aut debent, cur me reijcias tuæ beneuolentiæ cupidissimum, ea q; si non valde dignum, certè neq; omnino indignum eam saltem ob causam, quod eadem, in quibus tu emines; ego pro mei mediocritate, vel tenuitate ingenij potius, omni tamen studio studia complector. Va-

le:



## LII.

Eidem. Ad Casalé maiorē.

**I**mpertinens est Amor, & plerumq; nimis audax: scis quàm morosi sint, qui amant.

*Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt.*  
 Scripsi ad te superioribus mensibus; nec alia de causa; nisi ut me tui nominis studiosissimum, & benevolentia cupidissimum scires. Nullum tamen adhuc abs te responsum. quid cogitem? eam forsasse, quam tibi obtuli cum amore obseruantiam, aut negligi aut contemni? Ut possim id suspicari de Viro humanissimo, de optimo & doctissimo sene! noli cogitare. Quid igitur? illud potius; eum, cui literas commisi, & rectè commisisse credebam, non ex fide reddidisse, & promissis. fuit autem vnus ex istis Casalis incolis tibi, ut narrabat, notissimus. sed venia detur illius seu negligentia, seu improbitati: hoc mihi modò tu des, ut quando per aliorum, aut imprudentiam, aut impudentiam citius non potui; nunc tandem per has (si tamen hæ tibi reddentur) ad tuam benevolentiam mihi fores aperiam, quam videor esse promeritus singulari mea erga te animi propensione, amore, & obseruantia: obseruantia, inquam, in virum mihi quidem de facie ignotum, sed notissimum de fama; qui doctissimis & disertissimis scriptis ubiq; se talem probat, qualem prædicant, qui norunt,

norunt, qui audierunt, Flaminius in primis Be-  
cotus, qui tuum mihi omnium primus instillavit,  
imò infudit amorem.

*Quod si nec studio, precibus nec flecteris ullis,  
Flectere muneribus*

ijs præsertim, quæ adferunt insontes puelli, pur-  
pureis induti, ac decorati trabes. Carmen est  
de illis à me olim scriptum, & quòd sacrum esset,  
ad limam reuocatum (sed malè tornari quod po-  
tuit, nempe in ipsa adolescentia nimis inæquali-  
ter rotundatum) atq; etiam nunc in lucem dimis-  
sum, exemplum mitto, ut percurras, imò ut per-  
legas, si tantum tibi est ab tuis occupationibus o-  
tij; &, si liber (ò utinam libeat!) aliquid notes,  
& rescribas, & iudicium de illio facias; sed ami-  
cum iudicium, idest sincerum, minimè fucatum,  
minimè phaleratum, nam qui ad voluntatem lo-  
quuntur, illi me certè nulla afficiunt volupta-  
te. Censuram quero, non blanditias; volo do-  
ceri, non laudari, præsertim à doctis, qualè te au-  
diui, & vidi in lucubrationù tuarù quasi speculo,  
vbi animus, eruditio, & mores se optimè indicât.  
Vale. Quastallæ. Kalèdis Ianuarij, primis inchoa-  
ti auspicijs anni, quem tibi, & bonarum artium  
studiofis omnibus faustum, & felicem esse cupio,  
& fore spero.

Ate;

Asterius Manlius Iacobo Vestiano iam plane suo. S. Guastallam.

**A**rrrogantis est, vel potius dissoluti in amore ijs nõ respondere, à quibus prouocaris. illos verò vel superbè alpernari, vel quasi aliud agendo flocci non facere, eius esse hominis iudicio, qui sit omnis humanitatis expers, & vitæ communis ignarus; qualem nunquam fuisse me sciunt omnes, qui me norunt. scit præsertim Beccotus noster integer & incorruptus testis, à quo non sit veritas in eculco extorquenda. Quod cū tibi etiam magnopere persuasum cupiam, te pro eo quanti amicitiam nostram facis, aut facturus es (facies autem plurimi, vt ego tuam) etiam atq; etiam te rogo, obtestorq;, ne in animum inducas, neue existimes, quas ad me aliquot antè mensibus dedisse literas scribis, ad me esse perlatas. asperius enim fuisset, quàm vt mei paterentur mores, a greffi quadam negligentia, iustum ac debitum rescribendi officium prætermittere; præsertim cum ad amicos solem quidquid in buccam; nisi forte in id tempus incidissent literæ tuæ, quo fidelissima probatissimaq;, vxor mea morte mihi erepta fuit. quo doloris istu ægritudine animi ita laboro, vt nulla res eum ad æquitatem possit extollere. Oblanguerunt literæ meæ, à quibus antea in aduersis solatium capere solebam. Quid quæris? explanationem meam in Persium (spissum sane opus & laboriosum) per-

polle-

pollebam; eam extoracè manibus intestinus do-  
 lor; ut posthac, quod est in proverbio, cum blattis  
 & tipes rixetur. Quid n̄ autem nunc omnia mi-  
 hi mea displiceant, cum ipse mihi minus placeat?  
 ea vxore priuatus, quæ (ut ex multis hoc vnum,  
 quod maxime ad rem pertinet, verissime dicam)  
 mei etiam fuit, tam amans, ut quo temporis mo-  
 mento animam agebar, vti o prof, fla sit, maio-  
 rem se doloris sensum ex mœnore meo percipere,  
 quam ex ipsa vi morbi, qua statim cõsumpta fuit.  
 Ut igitur tam eximæ pietatis memoria, consum-  
 ptis lacrymis, perpetuo dolore non tabescam! ut  
 non semper hæreat infixus in animo mœror! o  
 me ingratus, o me in humanum id sit fero, sed non  
 faciam, neq; tam turpem notam ipse mihi inra.  
 At nimis iã multa de me, & rationibus meis.  
 Venio igitur ad literas tuas, quibus à me petis,  
 imò verò studiose flagitas, ut te in amicitia mea  
 recipiã: quasi verò id gravare sim facturus, quod  
 à me requiri est iucundum. Nihil enim est inge-  
 nio meo aptius, quàm eos amare, & amplecti, in  
 quibus non adumbrata, sed eminentis virtutis effi-  
 gies, appareat; hæc præsertim bonarum artium inter-  
 missione, prope est, ut dicam interitu; ex quo maxi-  
 me raro hominũ genere vni esse te non obscure  
 restantur, quæ ad me missi scripta & oratorio,  
 & poetico numero sic elaborata, ut in ytro artifi-  
 cio magis excellas, per difficile sit ad iudicandũ.  
 Carmina artificiosa verborũ constructione tum  
 aptissima; epistola elegans, dulcis, & omnino val-  
 de

de bella. Atq; audiam Vectianæ tuæ pueri hoc  
 me auribus tuis dare. odi ego quam qui maxi-  
 mē adultores humano generi pestiferū mōstrū,  
 quo gliscente, ait Tacitus, deturētur decora in-  
 genia. Præclarè igitur, v̄t s̄mper, Bias vnus ex  
 septem; *Ex feris bestis nullam esse veteriorem Ty-  
 rana, ex miribus Adulatore*. Itaque primum tibi  
 gratulor, nō de præsentī indole, sed de miri-  
 fico potius in liberales disciplinas progressu: de-  
 inde mihi gaudeo, qui te talē natus sim, amici-  
 tiā meā studiōse apperentem, sed ego prolixius  
 tibi polliceor, quam requiris; nam si te tantū in  
 amicorū numerū recepero, cōmune id tibi erit  
 cū pluribus, nec tu dignus, qui tanquā vnus ē plu-  
 ribus diligaris. Quid est igitur? quē apud te  
 inquires, obtinebo locū? bono fac animo sis, pro-  
 ximū obtrahis a primo: nā cū a filiis discessero  
 cariorē te, aut iucundiorē habebō neminē;  
 quem si quando videro, cōplectar & osculabor,  
 ferius omnino rescripsi quā oportebat, in ali-  
 qua præsertim negligentiz suspitione, sed quid  
 fecisse? duobus plus minus mensibus manus mi-  
 hi dextra surgida se habuit vitiosē, meq; pessimē  
 accepit. Angebant animi cure, excruciat  
 dolor externus, insomnes ducebā noctes, stoma-  
 cho eram languenti; senectus ipsa affligit, atq;  
 pœruat homines. Quis igitur tot in cōmodis  
 circumuentus animum ad scribendum con-  
 tulisset? Tu excusa, & Vale mi Vectiane: Vale;  
 & v̄t facis, cōperge, quō paucos inuitat spes,

N

pau-

## LXIII

Iacobus Vestianus Asterio Manlio  
S. P. D. Ad Casale maius

**I**am ne licet erumpere hoc gaudium mihi? gaudium, inquã, quo me cumularunt expectatissima, plenissima, & elegantissima literarum tuarum referatis illis, & tuo inspecto nomine, quali sum, bone Deus, voluptate perfusus! nõ mentior; nisi acerba adhuc animi tui egritudo, ex dilectissima vxoris iactura contracta, quam nimis dolenter, & disertissimo isto ore tuo lamentaris, quasi amararum potionis poculum, merum meluarum literarum temperasset (cur enim mihi non fiat in amicitiam tuam recepto comunis hinc noceror?) periculum erat, ne præ nimia dulcedine præcordia vexarentur; non eã certè ob causam, quòd eas in me laudes cõfers, quas neque expectabam, neque sperare poteram, mediocritatis meæ optimè conscius: sed quia nõ modò id affectus sũ, quòd optabã maximè, vt me inter amicos ordine postremum habere velles, verum etiã, quæ tua est humanitas singularis, in eorum repositus numerum sum,

*Qui tibi post dulces natos, pia pignora matris,  
tati in primis sunt, & iucundi. quam tuæ episto-  
sum.*

la partem eam legi, ne vitam, ni suauissima illa  
sum ter, & amplius verba exosculatus.

Sed ut veniā ad ea, quæ tuā sunt, oro te, & ob-  
testor per cōmūnem hominū vtilitatem, per tuā  
ipſius gloriam & decus, ne tātum in te possit in-  
testinus dolor (quem dies, & humanarum rerum  
conditio tibi probè nota, si non penitus abstulif-  
ſe, leuaſſe iam certè multūm debet, vt explana-  
tionem ī Perſium (ſpiſſum quidē Opus & laborio-  
ſum, vt ſcribis, ſed tuis tamē humeris aptiſſimū)  
abſoluas, vel fortasſe abſolutum perpolias,  
tātoq; bono poſteritatē fraudare ne uelis. Cum  
enim in illo Poeta plurima ſint, quæ Delio nata-  
ctre indigere vidētur, quæq; nō modò ſciolis nota  
non ſunt, ſed eruditos etiam plerūq; ſugiunt:  
quantum tibi debere ſe fateantur necesse erit o-  
mnes & boni, & eruditi niriſſimate, & tunc rixen-  
tur cum eortū chartis, quorum partus eodem  
penè, quo naſcuntur, interire ſolent dic. Quæ a-  
d tuo exortā & iudicio, & ingenio ſunt,  
non ſemel tangi par eſt, ſed manibus ſtudioſorum  
tractari. Hoc igitur mihi pro certo amicitie  
ſignore, & quaſi arrhabone gratificare, vt iſtud  
Opus vrgeas, magnum tibi nomen pariturum,  
& ipſam cū nomine immortalitatem. ſed mihi  
videor tibi iniuriam facere, qui hortor ad id, ad  
quod tua te iam pridem de omnibus benè merē-  
di volūtas impellit. iſta te ab initio mouit, & ad-  
monuit, vt ad publicam vtilitatem inſigilares:  
iſta nūc te morere magis, quā etate conſectum

excitet; & quod magno animo olim aggressus es, id superatis iam difficultatibus penè omnibus, quibusocysimè potest, absolvas. Utinam mihi eadem facultas adesset: exacerem, mihi credes, aliorum industriâ exemplo meo; sed probe novi,

*quid ferre possent*

*Quid valeant humeri.*

ego interdum iuana verba, cogitatio, meras vigas, & uersus inopes rerum, multis inuitis, & Apolline auerso, & ni fallor, etiam a Querso; cuiusmodi sunt, quæ mitto nuperrime scriptæ, cum Excellentissimus Princeps Cæsar Gonzaga

*Est par connubium maturo tempore uallus.*

Tu lege, & proba, si non scripserim (qui enim possis, extemporalem potius, quam præmeditatam?) scribentis animum, atq; in te obseruantiam, at ea lege, ut vnâ indices, quæ minus rectè tractata, cauere in posterum ut possim. In ijs, quæ olim mihi carminibus de insonum Puerorum, & de aliquot a Typographo (nequidem ego correctioni præfui, & Typographicarum scis ignauia, operarum) sunt errata, duo non ferèda, quæ animaduertisse debes; ego ea iam emendare aut neglexi, aut oblitus sum. Alterum in epistola (ex ensi, pro excudi) alterum prope finem ipsius Poematis. *Es laui tonitru impulsu latus. pro impulsam latus.* Hæc scripsi statim atq; tuam epistolam accepi, ante diem IV. Id. Augusti scilicet, cum abs te scripta sit pridie Kal. Martij. reddidit autem Indæus apella, natione Heluetius, Guastalla



stalle incola, qui se à Brixellensi quodam accepisse narravit: Hæc volui vt scires, ne forte mireris rã serũ responsũ. mihi gratius aut iucundius accidere nihil potest, quàm cũ tui similibus, viris eruditissimis per literas, cũ aliter, id est præsens nō possum. frequētes habere sermones, Vale Quarta. III. Idus Augusti, M. DC. XIII.

## LXIV.

Jacobus Vectianus Asterio Manlio

S. P. D. Ad Casale maius

**I**N ea semper opinione fui, Magli eruditissime, non tam ingenio, & dexteritate ad conglutinandas amicitias opus esse, quàm ad conferuandas, & firmitus stabiliendas officio, & probitate. Id propter cũ superiore anno, quod summopere optabam, consecutus sim; vt tu me vehementer amaresceperis, ego te velut alterũ Paratōm pro tuis meritis obseruare: nullo modo committere debeo, quin quam per literas acceptus sum amicitiam & beneuolētiã tuã, eodem literarum officijs idētidem excolam; & me tibi in memoriam reuocem per interualla; & occasiones. Hinc factum est, vt cum exploratum haberem, aut certũ mihi persuaderem, te tuis docendi occupationibus ereptum, corporis & animi quieti per hæc tempora vacare; quod ipso facio; continere me non potuerim, quin te amice

salutarem; atq; ut in more est, non hunc solum; quem proximè ingressuri sumus annum, faustum tibi ac felicè ominarer; sed alios, atq; alios viridi isti senectuti tuæ, ab eo qui vera vita est, adiungi precarer. Etenim illi præcipuè diuturniore & felice vita digni, qui ceteris mortalibus, quibuscum viuunt, ornamento atq; adiumento sunt; & posteris non minus, quam sibi, præclaris ingenij monumētis in longuitatē, ne dicā in æternitatem, prospiciunt. Te autem unum ex eo numero esse apertè indicant, quas in publicum edidisti, ad vna lucubrationes; quasque in manibus habere te scripsisti, in Persiū elucidationes. Id ut vrgeas Optus, & denique absoluas; vel abortum potius in lucem exire patiaris, ita exopto, ut ardentius cupere nihil possim. Vale. Guastalla. IX. Kal. Ianuarij.

## LXV.

Iacobus Vectianus Asterio Manlio

S. P. D. Ad Casale maius.

**N**equè nullas, neq; admodum frequētes ad te dare literas constitui; qui tuarum in primis, & mearum etiam occupationū rationē habere debeam. Vnde igitur factum sit nosti, ut ex quo Romam perueni, te de meis studijs, & præsentī rerū statu certiorē ne fecerim. hoc possū esse contentus; illis, græcis præsertim, Attica Pallas aduersari nō videtur. Fortuna toruū adhuc illa quidem spectat, sed me interritū videt

videt tamen, & animo elato ac securò suum factū  
 & fastidium despicientē. Inanem scilicet hanc  
 Deam, & ridendum Numē ne pili quidam facior  
 à nutu, & sola Dei voluntate pendeo; quicquid  
 euenerit, in eā accepturus partem, vt mihi pro-  
 fecturum magis, quòd ita euenerit, sim pro certo  
 existimaturus. Dolere tamē hanc, qua nunc sum,  
 aut lamentari vitæ conditionem, vel si maxime  
 querulus sim, iure non possum: si quidem haud  
 magno in sumptu iucundissima fruor libertate,  
 cui quæ compares diuitias? quæ vitæ cōmoda  
 aut ornāmēta? quod aulicum supercilium? quem  
 fastū, quā lauticiam? In amplissimis Cardinalis  
 Estensis edibus, si non valde laxo, hilaritatis cer-  
 tē plenissimo cubiculo, & necessaria supellectile  
 cōmodatus sum. Antonij Querengi viri, quod sci-  
 re te scio, longē doctissimi, & triū in primis lin-  
 guarum, etruscæ, latinæ, græcæ possessoris eximij,  
 lateri adhæreo quā possum frequentissimè, id est,  
 penè quotidie; quem officij gratia deduco, ac  
 reduco eadem, qua ipse, Rheda vectus; cum eodē  
 quæ ad studia pertinent ( tanta est viri humani-  
 tas) cū lubet, & quoties lubet, familiariter cō-  
 munico: aliorum quoq; doctorum amicitias vi-  
 rorum; diēs mihi ambitiosè comparo, hoc ma-  
 ximè cōsiliatore, qui toti Aulæ notus, & magnis  
 Principibus eurus, Barberino, Vbalino, Vrsino,  
 Beuilaquæ Cardinalibus, non dignitate magis  
 quā multiplici doctrina, & solida eloquentia cō-  
 spicitis. cum eorum familiaribus, plerisque eru-

tis, & planè humanissimis viris: ex tali occasione  
 verbor; nec facti aulicū (qui si ip̄s aut nullus est;  
 aut egregiè dissimularus) sed quæ ad vitam la-  
 babiliter degendam pertinet; verè virtutis docu-  
 mēta venari studeo: nec facillè credas, ex frequē-  
 ti talium congressu quantū, q̄ ad mores attinet,  
 & ad omnes humanæ vite consuetudinis ratio-  
 nes, atq; etiam ad utriusq; linguæ peritiã plenius  
 percipiendã, factū sit accessioni: ut noli dubitare  
 tamē, vt novos amicos naçt' veteri obliuisci posi-  
 si, præserti, qualis tū es, eruditorum: eadē enim  
 propemodum ratione, eodem tempore, cum  
 veteres, tum novos demereri in dies conabor  
 magis, alteros præsentibus obsequijs, alteros  
 officio literarum minus infrequenti. His enim  
 quasi follibus excitare subinde non desinam re-  
 languentes, vt fieri solet, locorum interuallo  
 amoris igniculos, nostros in primis, quos cupio,  
 quò lōgus absumus, ardere flagrantis, & con-  
 tinentis. Vale. Romæ. Kal. Martij.

LXVI.

Eidem.

**F**amiliarium illa, quæ inter nos, cum propi-  
 nis essemus, interdū solebat esse nō iuuen-  
 da literarum missitatio; ex quo me, Romæ  
 cōtuli, toto hoc quinquēnio planè omissa est, ne-  
 dum intermissa, magnam non excusē, quæ fuit,  
 locorum intercapedinem, cum Amiliam, & Fla-  
 miniam

iniam affidue terane publici Tabellarij, quorū  
 beneficio qui in Latia sunt, cum Insobris, &  
 Padi accolis omnibus confabulari, seria agere,  
 iocosa nunciare aut læta possunt, intra brevis-  
 simum tempus. Sed neque meam, neque tuam oc-  
 cusem negligentiam, cum mihi conscius sim, nō  
 vnas & te dedisse literas; & Regi, qui tibi ho-  
 minibus eas ad te ferendas traderet, fratri aut  
 Sororio sedulo commississe: nec dubito, quin si  
 eas accepisses, eorum alicuius talem responsurū  
 fuisses, non enim ætas tibi, etiam iam matura, & in-  
 senium vergens; aut docendi omnis, quod ferre  
 egregie nosti, tibi impedimento fuissent, ut quod  
 nostro labore facere potes, mea causa libenter, &  
 proptè non fecisses. Culpam igitur omnē pro-  
 pulsemus à nobis, & quod illa ad tuas manus nō  
 pervenerint (quod verè factuam puto) forsua-  
 invidia factum credamus.

Hænon eadem puto aleam subibūt, quibus  
 te monitum voti, in patriam rediisse me hone-  
 stissimè, & valde fructuosa conditione propo-  
 sita reuocatum, nempe, ut quoddecim plus annis  
 præsim nobilium adolescentum Academiæ. Cæ-  
 sus erit ad ducentos, opinor, scruatos, & mē-  
 sa apud eos, quorum in domo hæc palestra  
 exortenda. Si quid erit, cuius causa operam ea-  
 ut velis, ubi sim, nosti; quid agam, quid cogi-  
 tem: cogito autem nihil aut frequentius, aut  
 libentius, quàm inire rationem aliquam, qua  
 me tua non indignum benevolentia, &

amo

202      Iacobi Vestiani  
amore prestare aliquando possum Vale Regij  
Kal. Sextilis. M. D. C. XXI.

---

Asterius Manlius Iacobo Vestiano  
S. P. D.      Regium.

**P**erfecta litera tua copiosum mihi, amabilissime Iacobe, rescribendi argumentum suppeditarunt. requirunt enim primum, ut tibi gratuler, deinde mihi gaudeam, tum gratias tibi agam; denique de postea scribendi consuetudine omitta pauca dicam. Tibi igitur gratulor, vereque gratulor tum de incolumi in Patriam reditu, tum magis, quod perhonorifica, & minime laboriosa, & multum fructuosa conditione renovatus fueris: qualis si mihi obligasset, pusillus senex celum digito tangerem. Videre itaque mihi nunc videor tres illas, quas antiquissimus poeta Orpheus predicabat, Gratias te arctissime complexum exosculari, tibi assidere, tibi in omnibus arridere; Splendorem, inquam, mentis; Latitiam voluntatis, Viriditatem corporis, & fortunæ. Primam tibi peperit virtus tua; secundam egregia animi alacritas, recta & honesta suadens; tertiam Naturæ opportunitatum omnium conciliatrici prouidæ acceptam refer. Quare te, quem vnicè diligo, imò alterum me esse

se

se statuo, tot bonis affluere cum videam, non possum non quere, atque tu gaudere. Flagitat autem insatiabile hoc gaudium meum, tibi ut serio gratias agam, qui me eo suavissimis literis tuis suavissime cumulasti. Ceterum, quod ad literarum intermissione[m] attinet, moriar, mihi Iacobe, si mihi abs te redditae fuerunt ullae post illas, quas vulgari sermone scriptas Romam profecturus Regio dederas. Quibus, ne quid mentiar.

*(Hic tibi fabor enim, quando haec te cura remordet)*

non rescripsisse fateor. Habes reum fatentem, qui quoniam veniam deprecatur, dignus est, cui accusator placibilem se praebet. Vale, & cum interdum ridere vacabit, seniles mugas poteris, vel, ut cum Apuleio dicam, affanias, vel cum Martiale, Apinas in Persianam explicatione[m] legere, modo mihi tecum conveniat, ut errata quae perinuta in eam vel Typographi, vel Correctoris, vel utriusque potius incuria, me absente, irrepserunt, & excuses, & amice[m] corrigas. Iterum bene Vale, & bene valebis; si hodie valebis; quia, qui eras valet, nunquam valet. Sic me docuit Fictinus. Ex Casale Maiori XIII. Kal. Septembris, M. DC. XXI.

Iacobus

Jacobus Vectianus Asterio Manlio

S. P. D. Ad Casale maius

**E** T librum exosculatus sum, & lepidissimum  
 quod adiuvisti epistolium, donum vsque  
 callatum, & Parma transmissum, utrumque  
 ut dixerunt, quae arturo, mihino, vificis, quae  
 te est desiderio expectarim, tuas in Persu adu-  
 brationes; quam sapere stimulos, admodum  
 tibi nimis, ut videbare, tuarum. Cuius igitur  
 anide legere cum primu accepit, nec deposui, do-  
 nec in ipsum, ut tu appellas, Prologum uniuersa  
 explanationem, i. viginti ipsas propemodu pa-  
 ginas percucurri. An expectas, quale iudicium  
 facia de tua eruditione, de tui puritate, atque es-  
 legantia? At iampride feci, & sententia protuli  
 apud selectos, cum se tulit occasio, & doctrina so-  
 ingenio viros. Itaque nihil hic afferam noui, si iu-  
 xerim, esse te tui simillam, id est eum quem semel  
 perspexi, erudicum & eloquentem, atque etiam  
 disertu, & politu, & germane latinu, neque in vno  
 claudicante verbo. Quae ad XL. Viros inscripta  
 facta est, utraque mirifice arrisit, at prior magis,  
 vetusto de more atque inueto maiusculis, ut nu-  
 cupamus, signata literis. Vnu illud dolui, & tui  
 peracerbe, Typographi negligetia, & somnolentia  
 Correctoris, quoru culpa, te absente, tot irrepse-  
 runt errata in Opus maiore sane vigilantia dignu.

Sed



Sed hoc solenne est huius temporis Typographorum vitium, quos, ut in Galba gibbū iocatus est Augustus, monere possumus, corrigere non possumus, vñ de cetero alio confundentes erratū. Nosti causam: capsulas numarias probe nouerant, eas quę literarū sunt, ignorat: & illos tamē plures typos, in quibus literę expresse tantalaces, tam malē collectos aut sibi atq; argento permūtari volūt. Tuus certe iste Anty operā suā carius vedit, quā in nobis faceret Antuerpiēses, aut Colonienses Typographi. Quare qui cupiunt alios iuuare, Mānūm prius seruiamus vix tolerabile: sed mittamus inanes querelas.

Hortarer te ad eam, quę reliqua est, cōmentationem, si te viribus firmiorem, etate minus grauatū viderem, & inaudiui etiā nescio quid de oculorum inueterudine: sed illi, qui narrauit, minorem mētē habeo fidem, quōd ex tuis literis (si tamen de tua manu sunt) multo aliter conijcere posse mihi videor. Tu tamen temet in consiliū adhibe, & vide, ne dum alijs consultum vis, tuis sis, detrimento, & fraudi. Ego nihil facio libētius, quā cum tuas lucubrationes lego: sed te imprimis viuētem cupio, valētē volo, & vigentem in ista canicie. Quod mihi de honorifica, nec valde laboriosa, & fructuosa conditione tam ex animo gratularis, & gaudium veluti propriū gaudes; gratias tibi ago, vir humanissime, quas possum maximas, easquę immortali Deo immortales quotidie debeo; qui me, quo tempo-

rem eorum causa in patriam veniendum erat tamen; per commoda occasione oblata, honestissime reuocatum voluit.

De literis non accipis dolorem magis, si vereri possem, ut mea fides, aut officium tibi suspecta essent. Sed qui nosti eum, quem tibi prestare me verè testatus sum, amorem & cultum de alterutro dubitare non potes. Hic epistolam finio longiorem, quàm par erat, & Hygeam precor, ut tibi viridem senectam seruet diutissime, atque ad Nestoreos trãducat annos. Vale. Regij. VII. Id. Septemb. M. DC. XXI.

---

 LXVIII.

Iacobus Vrochianus Asterio Mantio.

S. P. D. Ad Casale mañis

**T**V me tuis, quæ continnas, cõhõnẽtate interdum lucubrationibus solus ego, qui proprijs careo, quæ tradam munusculis, inopia ingenij & summa virium imbecillitate, alienis te remunerare conabor. Franciscus Remõdus Diuionẽsis, vir natalibus, & sacrarũ paginarũ, quas publicè exposuit multos annos, summa intelligentia; eloquentia verò tanta, & in omni scribẽdi genere cultura, ut excogitari aliqd suis scriptionib⁹, quas edidit, limatius meo iudicio

eo ne possit quidem. Is igitur vir ad me nuper-  
 rime misit Panegyrici, quem de D. Carolo perte-  
 xit, ad viginti & amplius exemplaria, ut distri-  
 buerem (nam aliquot flagitaueram ab homine  
 humanissimo, meiq; amatissimo) amicis, quos  
 habeo non paucos, viris eruditis: plura etiam, si  
 voluisssem, daturus, ut affirmavit præsens præsenti-  
 ti. Tu igitur occurristi primus, aut certe inter  
 primos, quos amo & colo; & quibus gemulam  
 hanc non prolixę, & absolutissimę Orationis mit-  
 ti volo. Alia mox, & quidē geminata *πενήγυρις*,  
 geminos complexa viros, in Sanctorum nu-  
 rum non ita pridem relatos, Loiolam & Xau-  
 rium (quā nunc scribit ipse mandante vniuer-  
 sę Societatis Præsente) subsequetur melior,  
 ut ipse ait, & emaculatio. Sed ego neque  
 in hac certē rugam vllam adspicere valeo;  
 nisi fortē cuiquam, ut varia sunt hominum  
 ingenia, quod tam culta sit, tam lima-  
 ta, non benē culta videri; possit. episto-  
 la ad Farnesium Principem Odoardum,  
 quid potest fieri ingeniosius, quid purius,  
 quid strictius, & copiosius? & tamen il-  
 lam (ipse mihi narrauit, cum Regio Fer-  
 rariam transfret) duobus; tribusue spatijs  
 Peripatetico de more, ut solet, cōstitis excogita-  
 uit, per cubiculū inambulans; mox chartę con-  
 misit, inde prælo. Tu vtramque lege, & cum eris  
 commodum, significa si placet, in vtram ab eas  
 sententiam; in eorum ne, qui in scribēdo valde

anxij & morosij; an eorum, quibus natiua placet,  
 & minus refect, modo de impolita, radia, aut re-  
 dūdantia. Hac enim de re pauis, antè diebus cō-  
 tigit, vt sermonem haberem cū nescioquo haud  
 inerudito viro, qui ea, quæ ego scirem, cum pro-  
 baret maximè, persuadere mihi non potuit tamē  
 ita esse, vt ego affirmarem: nec sanè persuadebit  
 quisquam, nisi in eandem tū, atque alij senten-  
 tiā discedant viri docti, ac calū rerū peritissimi.  
 Vale, & Antonio Mario Caballo, religiosissimo  
 & amicissimo viro, salutem plurimam nuncia-  
 Regij Id. Septembris, M. DC. XXII.

Asterius Manlius Iacobo Vettori

S. P. D.

Regium

**E** Pistolam, & Panegyricum Remondi accu-  
 ratè, & diligenter legi. Illa sane subtilis est,  
 peracuta, & valde bella. Panegyricus ve-  
 rò amplus, copiosus, grauis, sapientibus fructu-  
 tiji, & verbis ad rem aptis redūdans, vbiq; si-  
 ne molestia diligens. Sed quid mirum? Remon-  
 dus aliter nō potuit, nec de D. Carolo minus or-  
 natè dicendū fuit: & vt Carolus sanctitate sic  
 Remondus dicendi copia excellit, quam ad om-  
 nia

nia grauius, & copiose pertractanda yberio-  
 rem facit eximia diuinarum rerum, & in Natura in-  
 mis recessibus, reconditarum varia, multiplex, &  
 subtilis cognitio, exornatque congruens actio,  
 mirè ad animos, sensusque auditorum obletan-  
 dos apta: Cuius ego rei incorruptus, & integer  
 sum testis, qui illum Parmæ orationes habentem  
 ter audiui tanta cum admiratione. vt non facile  
 statuerem, vtra ille eloquentia floreret magis  
 corporis ne, quæ Cicerone teste, congruens est  
 actio; an verborum, quæ est ornata sententiarum  
 concinnitas. Itaque de illo, quod ad actionem at-  
 tinet, illud verè usurpare licet, quod de Pompeio  
 dixit idem Cicero: In voce magnum esse splen-  
 dorem, in motu dignitatem. Quæ cum vero ve-  
 riora sint, hoc sequitur; quam Oratoris perfecti  
 formam conceperat, quem sæpe nominauit Cice-  
 ro, expressam representare Remondum, Sed de  
 illo hætenus.

Quod à me requiris, quid sentiam de dupli-  
 scribentium discrimine, quod alius sit nimis cun-  
 ctator, anxius, & morosus; alius plus iusto fortas-  
 se præproperus ad scribendum, & scripta diuul-  
 ganda; ego vt in omnibus rebus, quæ à ratione  
 proficiuntur; sic mediocritatem quandam in  
 hoc seruandam esse existimo. Probo orationem  
 nitidam & pressam, quæ aliquid diligentia requi-  
 rit; semper grandem, & artificio quodam semper  
 distinctam non valde probo. Ea enim interdum  
 putrida videri solet, qualem nondunquam visam

O fuisse

epo. I. ac Jacobi Vetriciani

fuisse Demosthenis alicubi legisse me scio. Qui ad excogitandum sunt tardiores, eorum scripta videntur paulo maturius in lucem, communemque alpe cum prodire posse. Celestis ingenij, & ambitiosa festinationis sero quos prenituerit. Vale Iacobe amantissimi, & Asterium tuum, quartum & septuagesimum aetatem agentem, hæc tamen, quod vix credes, ne ad motis quidem naribus specillis scribentem, ut facis, dilige. Antonius Marius Caballus te per me vult resalutatum. Ex Casale maiori sex. Kal. Octob. M. DC. XXII.

LXVIII.

Id. Baptistæ Sacco Viro Clarissimo. S. P. D.  
Iacobus Vetricianus. Mediolanum.

**A** Naus est, & paulo amplius, ut puto, eum Roma in patriam reuersus audiri nescio quo falso, ut video, rumore; Te virum in literis magnum esse inter nos desisse, quod certe mihi acerbissime, qui, factos video tum vbiq; tum in Italia hoc tempore ex eo genere homines, quos superiore seculo plurimos habuimus in bonarum artium studijs, & in ijs, quæ sunt despici videntur, humanioribus literis eminentissimos. Ego igitur facile ita esse, ut narratum fuerat, credēbam quod solent qui valde timeant, & te veluti eodem clamatum putabam: cum ecce (superiore id fuit hebdomada) Antonius Bononius politioris literata

te non minus, quam legum peritissimas, & viuere te significauit, & tam qua ipsum donasti, misit ferrea breuioris fistulae, quam seloputum vocant rotatum, descriptionem latinam adeo luculentam, & omnibus, quod alunt, numeris absolutam; ve vel ipsam, quam de tua praestanti eruditione & eloquentia, ex aliorum praedicatione conceperam opinionem, ista tua breui quidem, sed ingeniosissima lucubratione longè multumq; superaueris. & re vera solent artificum praestantissimi in rebus plerumque minutissimis artis excellentiam multò indicare magis, & felicius exprimere.

Nemirere igitur, si ego, qui a prima adolescentia literas amare ceppi ardentissime; literas autem haecita quadam reuerentia, prosequi, colere, ac suspicere (atque vtinam me in bonas artes propensione par esse nactus a natura ingenium, commodum a fortunis) nunc, cum multò iam profectionis aetatis, assistentiam meum seruis, viris tui similibus obsequium praestandi, & obseruantiae, vbi se offert occasio, refricanda. Et hac ego quiddam nunc ad te scribendi arripui non iam fortasse bonam, sed mihi opportunam tamen vtrum eius, quem vides Panogyriel (nam aliquos ab Aulo ore accepi) exemplum transmittendi: quod si forte nondum vidisti, ob scripti elegantiam, & scriptoris eloquentiam plurimum delectari posse coniedo. & qui nunc aurea, & aliorum mitto, aerea quoque, & mea paulò post, vbi me,

Q 2 quod

quod vnum maxime cupio, in tuam gratiam & benignitatem ea, qua soles studiosos omnes benignitate admisseris, mittere non verborum iute rim; quod abs te impetraturum me spero; *Ne me, quod tibi sum, novus recuses. Omnes hoc veteres tui fuerunt. Tu tantum inspicere qui non us paratur. An possit fieri, aliens, fidelis.* Quod si autem quoque adhibenda cautio est, & praesens tibi non satis chirographum videtur, dabo tibi mecum praedem, ipsum Bononium, plurimam huiusmodi fides, & loquacissimi, quod non ignoras, in re literaria census. Vale Regij XV. Kal. Novemb. M. DC. XXII.

Jacobo Vestiano V. Cl. Io. Baptista Saccus : S. P. D. Regium.

**M**agnam habeo gratiam, Vir eximie, fal-  
 si nuntio de obitu meo istuc allato,  
 qui occasionem tibi praeiit cognoscen-  
 di, ex Antonio Bononio I. G. praestantissimo me  
 superstitem adhuc esse; mox etiam, animum erga  
 me, & iudicium de me tuum egregie, testificandi  
 literis pari humanitate, atque elegantia refer-  
 tis. Quae literae te, licet mihi antea plane ignoti-  
 sic ad vivum expresserunt, ut tanquam oculis ip-  
 sis vultum tuum cererem, atque ad eò pedus istud  
 pectus penetrem; doctrinaeque, ingeniumque



ac mores tuos facile pernoſcam.

Quod è Scipulo rotato iã ſupra viginti quin-  
que annos à me deſcripto, & amicis amice po-  
tius, quàm conſideratè ſagitantibus bis, verve  
in aliquot exempla tranſulo, iudicium de literis  
lis meis tam luculentum facis; qualem putas eſſe  
ſe meum de te ipſo ex tam pura, & nitida epiſto-  
la tuã deſtari, nihil licet legentes & per quã  
ſancie deierare; cum ætas, vius, lectio, peregrina-  
tio, virorumque doctiſſimorum conſuetudo me  
non nihil ſupra vulgus ſapere docuerint (docere  
quidem deſubſtant) ne neminem huiusque co-  
gnoviſſe, quem tibi in hoc ſcribendi genere an-  
teponam, paucos quos compari ſive ſes, ſive  
verba, ſive totum ſimul charactere epiſtolæ tuæ  
contempro. Quam tamen iudicem tantumſac vo-  
lut guſtum eſſe ſcio vberime meſſis, quam in hor-  
reo tuo theſaurio recondis: cuius ſi me particeps  
feceris, feceris item diuitem, ac beatum: Vocas  
tibi maiores gratias agam pro munere, quod mi-  
nores in eodem genere potero referre: atque in-  
terim epiſtolam iſtam inter cimelia mea ſerva-  
bo. Quæ ſi tantã à me æſtimatur, quanto pluriſ  
auctorem illius æſtimabo? Dubitare igitur non  
debes, quin tibi pateant foris amicitia noſtræ.  
Quin ego te ultro volens, ac lubens ad hanc te in-  
vito, & iam in albo amicorum meorum ſcribo,  
partemque veteriſſimo horum cuique ſacio. Merc-  
tor hoc virtus tua, quæ temporis non ita longe  
preponderat: Et, vt ille apud veterem poetam

O 3 dice-

214 *Ad Iacobi Vestiani*

dicebat;

*si propterea qui scribit, mihi erit Carthaginensis &*

*Sic ego de amicis dixerō:*

*omni Virtute excellens hic erit antiquior.*

Valeat. Mediolani postrid. Id. Nouembris.

M. D. C. XXI I.

---

Bartholomæo Arefio Iulij Præsidis F.

Saccus S.

**P**ro superiudicium, nec feci de Panegyrica  
quo iam, quem remittere statim habui ad  
unde venerat, Tibi erit facile illum  
PP. Brundenfis expiscari si volueris, & dignus  
quæ ppe est, ut velis eum si habueris, gratius tibi  
videre subijungam epistolam meam: quam  
tam abique illo ingrati tibi non fore existi-  
mo. Vale, & Parentem tuum cum podagra lu-  
cantem his oculis non obrunde, ne hoc etiam ad  
morbum.

---

Iacobo Vestiano

Saccus.

Regium.

**P**anegyricus Reuerendi, & admirandi P. Re-  
mondi de Diuo Carolo, præiudicatam ha-  
bet opinionem laudis ex celebritate Aucto-  
ris, & ex inclyta Societate I. S. V. eius alumna,  
quæ

quæ merito fama pietatis, doctrinæ, & eloquentiæ per totum orbem terrarum cluet. Eum igitur Panegyricum magna partim com voluptate, partim magni cum labore legi, perlegi, ac relegi: & relegi debuit plus semel, modò vt intelligerem, modò vt regustare in acuminata sententiarum, quam miro artificio, & breuitate quadam ipsa breuitate breuiori, auctor ibi condensat. Quæris, quid sentiam? responsum tibi dabo, quod olim dedit quidam de re simili interrogatus. Quæ intellexi optima sunt: credo item esse, quæ non intellexi. Sed acutissimos fuisse oportuit Auditores, qui ad digna illi interfuerunt, vt caperent, illicò sensus verborum præteruolantium, qui vix à legentibus cum diutina mora percipiuntur. Ac memini quidem, ni fallor, alias me orationes huius Patris legere, vel audire doctas sine dubio, ac disertas: sed stilo quodam molliori, & suauiori explicatas, dissimilesque tantum ab hoc, quantum nives à grandinibus, cum cadunt. Verum enim vero, per consuetudinem mihi sumam sine suffragio; iudicium hoc ad Reuerendum item, ac disertissimum P. Stradam, eius sodalem reijcio, tantum addam, videti mihi hi, scriptores quosdam hodiernos, vti pregnantes aliquas malacia laborare, & edulia vesuaculis fastidientes exotica appetere. Vale.

Io. Baptista Sacco V. Cl. Jacobus Vectianus

S. P. D. Mediolanum.

**B**inas tuis ad me literas Vir Clariss. accepi à Bononio tuo, viro & Iuris cognitione, & omni eruditione præstanti: quarum alteris de Remondi Panegyrico iudicium facis, alteris ad eas respondes, quibus ego te prouocavi in hanc veluti arenam nimis quidem audacter, sed feliciter tamen, *καὶ δὲ γὰρ ἄν' ἔρχομαι*. Vis ego, si permittis, vtrisque satisfaciam: & debes, si quibus nunc obruar, non grauibus illis quidem, ut tæ sunt; sed molestis tamen occupationibus noris, qui nosti hæc tæpora. Primum igitur ad eas, quas si forte tu non scripsisti, ego certè priores legi. Iudicium de Panegyrico tuum multo, & magno iudicij acuminè plenum esse censeo, & plane video: eruditionem etiam indicat singularem, quæ tibi excellis supra eum modum, quo & qui doctissimi habentur, facile sunt contenti. Doctum igitur est, sincèrum, & candidum, nisi ego iudicio fallor: nec ipsi ut reor, si forte ad manus pertineret, Remondo displiciturum. Quid enim? an nō habet plus laudis, quàm rigidæ censuræ? Dum enim asseris, vidisse te, & legisse, aut certè legentibus alijs audiuisse doctissimi illius viri disertissimas orationes, candidissimæ, & mollissimæ nuntissimillimas, quæ extant, & laudari pro merito sa-

nè

se vix possunt: an non præ te fers, quam habeas de illo & eius lucubrationibus opinionem? At novissimum hoc scripti genus habere tibi videtur: alicubi plus obscuritatis quam lucis; alicubi cimmerias tenebras, & sensus adeò abstrusos, adeò reconditos, ut Delio natatore aliquo res egere videatur, nedum auditoribus acutissimis, si forte recitetur.

At narro tibi (certè ita credo) scriptam fuisse hanc orationem, ut legeretur, & quod tu fecisti, relegeretur, atq; excitaret ingenia. nec mirari debes insolitum Remondi stilum, & anxiã nimis, ut tibi videtur; ac pene morosam in scribendo diligentiam. non ipsa est, qui prægnantibus similibus malacia laborat; sed tali morbo plerisque, venosti, vexatis occurrere, credo voluit, & ipse quoque hoc in genere, quid posset, ostendere. Quis quidem in re (si modo id voluit) adeo se gessit, egregiè, ut eorum votis, qui quoque hoc veluti lectionis cibo delectantur, plerè satisfeceris. Certè testis ego sum, quot laudes reportarit, quot plausus, quot acclamationes: qui eruditorum literas habeo sanè multas, qui acceptum, lectum relectum: huic eundem Panegyricum alij ore pleno, alij modio, alij toto, quod aiunt, plastro laudes effuderunt; nec puto tamen, ex eorum esse illos genere hominum, quibus non pagina, sed re, sicut cena diserta est. Et sanè ego quoque iudico, talibus esse dignum præconijs; si, quem sibi proposuit finem multorum æmulandi nimiam fortasse, recen-

recentiorū solertiam, plane allecutus est, & meo quidem iudicio eandem longè præteruectus. Hæc mihi in mentem veniunt, quæ dicere pro veteri amico apud nouum amicum, eundemq; humanissimum virum; qui veteriusque doctrinam admiror, studium etiam diuersum, excellentem tamen suspicio, & æmulor tuum, qui illius reprehendere non ausim, & ne quid dissimulem, laudare neq; infrequenter, neq; frigide soleo. Nam, quod attinet ad Famianum Stradam, in tuam sententiam facile discessurum opinor; si tamen verum illud est; in quo quis maxime excellit, id probare in primis vnum. Hunc ego disertissimum, & doctissimum virum Romæ cognoui, nec semel sum allocutus, & omni humanitatis genere perpolitum; quem etiã viginti abhinc & amplius annis, alterum & viginti annum cum agerem, in Rhetoricæ Scholâ audiui Bernardini Stephani; nescio an Collegâ, an successorem.

Nunc venio ad alteram epistolâ; quâ legi equidem non sine magna voluptate, at multo etiam cum rubore; quem abstergere non potui, mea & si adstante solum, quasi teste, conscientia. Et ego quidem non ausim (quod dolet sane vehementer) hanc tam bellam, tam elegantem, tam disertam, & ingeniosam epistolam tuam nõ meo viuis, sed tua etiam mehercule causa circumferre; ne aut ijs ego, quibus apprime sum notus, ambitiosus videar; aut tui talis, ac tantus aliqua sis ratione suspectus. Quid enim? tu meas literas inter cimelia?

lia? quin potius inter scruta, aut inter chartacea involuera, quæ blattis, & tineis exponuntur, ne quid vilius dicam, & tuis nunc parcam auribus. Quis enim ego sum, tibi præsertim comparatus? Quæ si nosset homunculum, & quantulæ sit eruditionis, quam aliter sentias, & loquare. qualis qualis tamen sum, et si laudes non mereo, tuum tamen studium, tuam benevolentiam aut iam promeritus sum, aut breui sum promeriturus mea in te perpetua obseruantia, & tua prædicatione doctrinæ. Tuque, ut tibi conites, non potes me saltem inter clientulos non admittere, cui inter amicos, & quidem veteres locum dedisti. Hoc debeo fiducia meæ, hoc errori tuo, atque etiam Bononii benignitati, & solertia; quem cur meritisimò non amem, qui me tali auxit Viri favore, & gratia? Tibi viridem istam senectam, ut in dies fortunare magis velis Deus, assidue precabor, & illud in primis, quod veteres hoc tempore solent habere, ut andare, & perennare liceat. &

*Ecce tibi faustum mea litera nunciat annum:*

*Ecce tibi in primo limine Ianus adest.*

Vale V. Clarissime, & me, quando cepisti amare perge, amore non vulgari. Regij.

M. DC. XXIII.

Iacobus Veslianus Philippo Huysmanno

I. C. S. P. D. Vitellianam,

**Q**Uæ rursus ad te scribendi causa? an, ut laudes quas plena manu in me effudisti, rejiciam? non facio, etsi deberem; ne mihi invidere ipse videar, & tuo aliquam intrare notam iudicio. an ut tuas eliciam literas, raptim licet, eruditè tamen & eleganter scriptas, captus amore, & recentis amici colloquio? eas equidem etsi vehementer opto, mei tamen non sum & voti, & commodi usque adeo cupidus, amicis ut incommodare velim. Quæ igitur, inquires nova hæc scribendi causa? vehementis desiderium illud, quod extrema literarum tuarum pagella in me excitasti tui videndi, complectendi, & presentis alloquendi. ita enim scripsisti: *Valerudini tuæ inferni, ut te bellè valentem videre quam primum possim, coramq; observare. Ego vero & bellissimè valeo, & te avidius expecto, quàm Bacchi neëtar faciebam, cum vix adspicere licebat. Cognoscam de facie, quem de fama egregiè notum tacita quadam animi propensione colo iam pridem. Quapropter si quid potest tenacissimum hoc, ut video, amicitiaë nostræ recens contractæ glutinum: si quid te quoq; mei desiderium urget, huc, summissime Philippe, ad propera brevissimo traiectu, secundo flumine, volanti cymba. O quos dabunt plausus parvi Penates mei; cum te*

&amp;



& moribus & studiorum professione, mei ut puto  
simillimum, amore coniunctissimum, meritis &  
eruditione superiorem exceperint!

*O mihi, quam posset, præstaret Hygea salutem!*

si tantillum esses in mora, accurrerem ipse, atq;  
istuc ad te nouus Dædalus auolarem, sed quamuis  
domi sum viribus sat firmis, ut mihi videor, foras  
tamen cum prodeo, labare genua, & vires nutare  
sentio. Præterea, ne quid desit meis infortunijs,  
altero pede sum claudus ob callum, quod irritaui  
imprudens. Dolore etiam dentium, quo antea  
nunquam solebam, iam non semel excrucior. Tu  
tamen si aduenias, ausim sponsonem facere, omni  
me incommodo leuatum, & fortasse liberatum  
iri. Itaque si amico homini amicam & præsen-  
tem opem afferre vis, iam conscende, & velis,  
quod aiunt, ac remis adpropersa. Vale. Gual-  
terre VII. Kal. Iunij. M. DC. XV.

LXXII.

Eidem.

Mantuam.

**R**oma redijt Vectianus tuus, Philippe: pla-  
ne tuus, etsi aliquot iam annis neq; tu eius  
opera vsus es, neq; ille tua: & cessauit mu-  
tuum illud, si non frequens, opportunum tamen,  
quod interdum solebat esse literarum commer-  
cium. Atque equidem scripsisse me semel atq;  
iterum, sed italicè, vbi Romam perueni, & Regij  
commissas fuisse cuiuspiam vestratium literas verè  
affir-

affirmare possum, meæ & aliorum solertia ac fidei, quibus negotium fuerat mandatum, optime conscius. Itaque locorum interuallorum, & earum, ut puto, literarum amissione factum est, ut desierit, quod modo dicebam, illa quidem, quæ sollebat esse inter nos literarum missitatio; at mea in te, nec tua in me quæ debuit esse non credo esse desisse beneuolentia. Rursus igitur solitis officiorum muneribus quasi flabellis, diuturno silentio sopitos amoris ignes excitemus, & in mutuas demus peccata hæc nostra flammæ. Ego te certe, a quo tempore noui, & animi atque ingenij dotes cognoui, amavi, atque amo perditissimè. si me finis hoc igne, quo vror assidue, quod propius accessit, torqueri acrius, & quam par est, vehementius (nostri amantium intemperias) adiges me ad malum atque quod infortunium,

Hanc fidiissimo homini epistolam committo, & obtestor per homines, per Diuos, ut velit ipse tibi in manus tradere. promittit, nec fallit, opinor, nisi illius me fallit index animi, vultus & sermo. Tu igitur responsum mihi debes & subitum, & amoris ac beneuolentiæ plenum, quod tibi suppeditabit tua Pitho, quæ vel sine testudine saxa mouere potest, & quercus ducere, illa Orphei, & Amphionis præstantior. Mone quid agas, quid mediteris, ut viuas, ut valeas: quam large respondeat tuis votis tuis laboribus publica ista seges; ille anno, & perpetuo sudore cultus ager, solim non infecundus. Hæc abs te cupio, hæc volo; atque

ut felix viuas, meq; ames votis omnibus expeto.  
Vale Regij IX. Kal. sextilis. M. DC. XXI.

## LXXIII.

Jacobus Vescianus Georgio Knib  
Brugensi S. P. D. Firmum.

**N**ihilum arctius amoris vinculum puto, nul-  
lum firmitus, quam quod morû conforma-  
tio, & cõmunia necesse sunt studia: ica cũ sem-  
per, tum proximè expertus sum ex te, & in te.  
Paucos enim dies Guastallæ cum moratus fue-  
ris, & mecum bis, terue summum per ynam aut  
alteram horâ collocutus, ita me tibi eruditus tuis  
sermonibus, candore animi, & morum probitate  
deuinxisti; ut nihil à tuo discessu frequentius cogi-  
tarim, quam ad te scribere, & iucundissimæ con-  
suetudinis tuæ quam feci iacturam, per literas eâ,  
quo vno posse modo, aliquâ ex parte sarcire. Di-  
stuli autè donec aliquâ tempus, aut dextera fors  
occasionè afferret, ne omninò intèpestiuus, aut  
vacuus accederè. Vide igitur hanc, quâ habeo  
tui appellandi, & per exigui licet ad te mittendi  
muneris. Herodianâ cædem, & immanissimam In-  
fontum puerorum stragem carmine exprimere  
tum tentassem olim admodum iuuenis; eandem  
nunc ad ineudem, & limam reuocaui, ac pro viri-  
bus, & ingenio perpolitam in lucem exire passus  
sum. Exemplum nunc ad te mitto, ut legas; nec  
legas solum, at sincerè etiam moneas, quæ minus  
tibi

tibi probentur, ut in posterū c. uere possim. quāquam enim in familiaribus colloquijs significare mihi visus es, te non admodum pangendis carminibus delectari: noui tamen quā benè, non dico in Plauto solum delicijs tuis; sed in ipso Virgilio ceterisq; optimæ notæ Poetis versatus fueris. Mone igitur si quid minus rectum, si quid redundans apparet, aut mancum, aut minus belle collocatum. Communices etiam per me licet cum Illustrissimo Patrono tuo Francisco Gonzaga, optimarum artium cultore, quem eolo, & obseruo, nondum mihi de facie quidem notum, at de moribus, humanitate, regia liberalitate, summo in literas studio & progressu nobilissimum, constanti omnium Guastallensium fama, & prædicatione. Quem ut in eo nomine reuerere, etiam atq; etiam te rogo. Valle Guastallæ, VI. Kal. Ianuarij.

## LXXIII.

I. V. Hieronymo Corradino I. C. & Canonico. S. P. D. Regium.

**G**Audeo, vir eruditissime, hanc mihi, quacunque sit, oblatam esse ad te scribendi occasionem, meaq; in te absentem etiam obseruantia testificanda, quā præsens tibi declaravi non semel. Quantum tibi, tuoq; iudicio semper tribuerim, tute es testis: eo præsertim tempore, cum te sæpe consului de rebus ad me valde pertinentibus, nec minimi ponderis, aut momen-

ti: tuque mihi ad eas recte tractata; & solers,  
 & prudens consilium dedisti. Cum igitur mihi  
 significatum sit, acurissimo iudicio tuo non satis  
 probari vocem illam ( Insontum ) in eo, quod  
 istuc ad nos mihi Poematio; etsi id vnde sit, satis  
 displicere non possum; cœpit illa tamē mihi que-  
 que, nec tenuiter displicere. Sed quando mutare  
 non licet amplius; peto abs te pro mea in te ob-  
 seruantia, pro eo, quo tu me amore prosequeris;  
 vt nisi graue admodum est per literas significes,  
 ea cur tibi nulla, vt audio, ratione probetur. ego  
 enim cum diligenter excogitatum, & expendere  
 ( an fortasse quæ mea sunt, nimis amo ) nihil ad-  
 huc reperi, quam obrem aded improbanda videat-  
 tur. Tu si indicaueris, erit mihi crede summi be-  
 neficij loco, pro quo perpetuam tibi habeo gra-  
 tiam; vt Erudito cuidam habeo Viro qui monuit  
 nescio quid, quod mihi cucurbitas lippienti &  
 exciderat, & mox etiam diligenter, vt mihi vide-  
 bar, omnia expendenti subterfugerat. Vale Gu-  
 stallæ Kak Februarij. M. DC. XI.

Hieronymus Corradinus Iacobo Vectiano,  
 S. P. D. Guastallam.

**V**erba illa ( Insontum puerorum ) mihi qui-  
 dem probantur; non tamē eorum sonus  
 meis quidem auribus satis placet. & Ca-  
 cephaton, vt nec tu ignoras, vitandum mihi vide-  
 tur, præsertim in Inscriptione. Simile videre est in

es, quam Antoni, Florerino, dedi ad remissendam. Quod Iuriconsultum me appellas, talem facis, qualis non sum. & liget Iuri aliquid studij olim impertauerim, & nunc impertiam, Iuriconsulti tamen titulum nunquam assumpsi. Illud pro certo habeo, velim tuam eruditionem, probitatem, honestissimosque mores magis me semper fecisse, tuoque honori & commodis, cum occasione se obtulerit libentissimè inferiturum. Cupiebam longiorem epistolam facere, sed plane deest, quod scribam, Vale itaque & me ut facis ama Regij. V. Kal. Februarij.

Iacobo Vestiano fratri suauissimo, S. P. D.  
Ioannes Baptista Vestianus è Societate  
I. E. S. V. Guastallam,

**Q**uod seriùs, quàm officij mei ratio requirebat, tuis amantissimè scriptis literis rescripserim; id non ignavia aut socordia, sed maximis & studiorum, & Religionis hoc præsertim tempore, occupationibus factum existimes velim. Ingenùè tibi fateor, mi frater; quidquid mihi licetularum superioribus annis, cum multis laboribus, ut scis, cum tua industria; monitis ac præceptis mihi comparaueram, id religiosi Tyrocinijs superiori biennio proximè præterito totum propemodum amisit: spero tamen & mea rursus industria, & Præceptorum diligentia, & quod caput est, diuina bonitate id omne, quidquid

quid est, quod amissum est, recuperaturum esse me; sed venio ad tuas literas, quæ mihi eò fuerunt cariore, quò magis hoc tempore inexpectatæ. Quod scribis, pergratum tibi facturum me, si literas ad te latinas sibi exercendi causa dederò; ita me tibi gratificandi studio teneri scias velim, ut, si Italicas antea mittere consueverim, nunc mutata voluntate tibi morem gerere animum facillimè inducam; idque eò etiam magis, quò Societatis nostræ institutum est, ut Adolescentes aut latinas solum scribant literas; quòd ego multò libentius, & plenius seruabo; cum tibi id quoque valde placere cognoscam: Adeò enim me tibi obstrictum esse ingenuè fateor, ut non solum omnia debere me tua causa, quæ possim; sed ea quoque quæ non possim, existimem. Requisitis præterea, aliquid de studiorum ratione; de quibus etsi inaudisse te alicunde arbitror, tamen ipse quoque aliquid significabo. Rhetorices studijs ita operam nauo, ut græcis studijs non nihil etiam temporis concedam.

Quod literas commendatitias optimo, & doctissimo P. Ricardo Hesio dederis (etsi necesse non erat, ita me amat ardentè) tibi gratias & ago, & habeo plurimas. Quòd etiam ad studia elacriter capeffenda me hortaris, nã tu ardentem mihi non ignauo faces subieccisti. Quemadmodum enim in aridam materiã si forte vel paruula scintilla incidat, maximam subito flammam excitari videmus: ita adhortatione tua animum meum

idem ad illaia propendit & vnde in  
 cum; in his etiam accendit; & in summa red  
 dicitur: Libri adhuc de haereticis, et si non ubi  
 ro de haereticis. Pergratum mihi foret, si fed  
 erem hostium, & Francorum in casum? non  
 vade amb de salutatioe missa meo nomine, &  
 quidem diligenter res abbas Vale Placentiam  
 prid. Id. Iunij. M. DC. XII.

LXXV

Jacobus Vectianus, to. Baptista V. G. d  
 dicitur in fratri, e Societate I. E. v. q. abla  
 sta. S. P. D. Placentiam.

**Q**uo tardiores: et omni fuerunt tua litera &  
 gratiores, & iucunda. Cogit enim  
 ex illis quod optabam, imo sperabam,  
 esse te meo per manente, & meo in te sine of-  
 feriorum, siue laborum, siue memorem nihil ma-  
 gis cupere, quam ut quae te praesens in omnibus,  
 quibuscunque rebus, possis consequissimum,  
 quae in mentem & animi gratiam meam sane ita ti-  
 bi gratulor, ut in hiis etiam summo opere gaudiam.  
 Hinc facile conijcere potes, quae te pers delecta-  
 tus sim tuis literis latine scriptis, cum ego ad te  
 italicis dederim, ne tibi quae Religionis causa a  
 politionibus suis diu inuitamque abfuisse, onus  
 imponerem latine scribendi, & spatium darem,  
 cum Ciceronem, Caesarem, Sallustium, & ceteros  
 eius-



eiusdem notæ scriptoris. de his s. q. d. i. u. s. s. t. u. d. i. o. s. e. a. c. d. i. l. i. g. e. n. t. e. r. c. o. n. s. u. l. t. e. s. & e. x. i. l. l. u. m. s. c. r. i. p. t. o. q. u. o. d. f. a. c. e. r. e. s. o. l. u. s. s. q. u. i. d. a. m. a. l. i. q. u. i. d. r. a. r. e. s. i. l. l. a. s. p. e. q. u. a. m. d. e. t. e. n. o. n. e. g. o. s. o. l. u. s. c. o. n. c. e. p. i. T. u. v. e. r. o. h. a. c. p. o. t. e. s. t. a. t. e. t. u. b. i. n. o. n. v. i. d. e. a. d. u. m. r. a. t. u. s. q. u. a. s. i. t. a. l. i. c. e. d. e. b. e. t. s. l. a. t. i. n. e. d. a. r. e. m. a. l. u. i. s. t. i. s. c. r. i. p. t. a. s. l. i. t. e. r. a. s. v. t. q. u. o. d. v. e. r. b. i. s. a. f. f. i. r. m. a. s. r. e. f. a. l. s. u. m. o. s. t. e. n. d. a. s. ; t. e. s. c. i. l. i. c. e. t. m. a. g. i. s. a. m. i. n. e. i. u. s. f. a. c. u. l. t. a. t. i. s. p. r. o. f. e. s. s. i. o. n. e. f. e. c. i. s. s. e. i. a. c. t. u. r. a. m. c. b. r. e. l. i. g. i. o. s. u. m. q. u. o. d. N. o. u. e. l. l. a. r. i. a. p. o. s. u. i. s. t. i. d. u. o. r. u. m. p. r. o. p. e. m. o. d. u. m. a. n. n. o. r. u. m. T. y. r. o. c. i. n. i. u. m. M. i. h. i. v. e. r. o. t. a. l. e. a. l. i. q. u. i. d. e. u. e. b. i. s. s. e. a. d. e. o. n. o. n. v. i. d. e. t. u. r. v. t. m. e. l. i. o. r. e. m. & s. o. l. i. d. i. o. r. e. m. e. l. o. q. u. e. n. t. i. a. m. n. a. c. t. u. m. e. s. s. e. t. e. p. l. a. n. e. r. e. p. e. n. s. e. a. m. Q. u. a. p. r. o. p. t. e. r. p. e. r. g. e. f. r. a. t. e. r. v. t. f. a. c. i. s. p. e. r. g. e. & t. u. a. i. n. h. a. c. v. r. g. e. i. n. u. d. i. a. & q. u. a. i. t. u. m. l. i. c. e. t. e. l. o. q. u. e. n. t. i. a. m. q. u. a. l. i. g. r. a. u. i. s. s. i. m. a. m. M. a. t. r. o. n. a. m. o. p. t. i. m. a. o. m. n. i. s. p. a. r. e. n. t. e. m. d. i. s. c. i. p. l. i. n. a. o. m. n. i. b. u. s. o. f. f. i. c. i. o. r. u. m. g. e. n. e. r. i. b. u. s. p. r. o. s. q. u. e. r. e. s. u. b. i. l. l. o. p. r. a. e. c. e. p. t. o. r. e. v. t. a. u. d. i. o. & d. o. c. t. i. s. s. i. m. o. & d. i. s. c. e. r. t. i. s. s. i. m. o. I. l. l. a. e. n. i. m. o. b. s. e. r. u. a. n. t. i. a. t. u. a. s. t. u. d. i. o. v. a. l. d. e. d. e. l. e. c. t. a. t. a. i. n. t. i. m. u. m. t. u. b. i. t. e. c. u. b. i. l. i. t. a. t. u. m. i. n. s. e. i. s. e. t.

At aliquid est, quod in aurem tibi insulurrare volo. Vide, ne plus iusto & æquo Romana isti faminae tribuas; neue eius siue maiestate, siue egregia forma ita capiaris, vt alteram eius sororem natu maiorem, vel parentem potius longe diuersa, at non minus compta veste extornatam præ illa contempnas: nam inique egeris, & damnum faciet ipsa non exiguum, quam nunc tantopere colis latina lingua. Quæ nisi mihi obtemperes, illæ

P 9 etiam

etiam monere ac minari videtur, in istis te, qui  
 quae semper amplexatus es, parum admodum  
 profecturum studijs. Audi igitur atque assentea,  
 ne tibi postea non praedictum dicas. Narrant Ro-  
 ma usque accessum fuisse ex vestris unum, lati-  
 nis & graecis literis virum impense doctum, qui  
 H. h. nostro succedit, aut iam successit docendi  
 onere delassato, aetate grauato, & quod acerbissi-  
 mum vobis esse debet, incommoda etiam vale-  
 tudine confusato. Isti te non magis latina, quam  
 graeca lingua formandum tradere eundem omni of-  
 feriorum genere prosequere: studio & obseruan-  
 tia exitere, vt cum aliorum omnium, tum istius  
 in primis eruditissimi Patris colligas beneuolen-  
 tiam. Inuise etiam, & quidem si potes frequenti-  
 sime ac pene quotidie, optimum senem, nostri per-  
 amantem, doctissimum Ricardum. Ibi, si per e-  
 ius valetudinem liceat, fac periculum, ac quid &  
 quantum in vtraque facultate proficias. Mirum  
 quantum hae professio iuuat, praesertim apud ta-  
 lem virum; quem, & tuos Praeceptores, & Superi-  
 ores omnes totam istam si fieri potest, Domum  
 meis verbis diligenter saluta, & Vale. Guastalla  
 prid. Kal. Quintilis. M. DC. XIII.

---

**Ridem!**

LXXVI.

Eidem.

Placentiam.

**D**E literis quietus esto: omnes ad me, postrema etiam cum carminibus in D. Petrum, quâquam serò admodum, hoc est ad Idus Sextilis tandem perlata sunt, meq; adeò magna voluptate cumularunt, ut qui per quindecim dies leui, atque intermittente febricula tentatus iacuissem, ex illa hora meliusculè habere cœperim, & optimè tandem conualescerim. Quod idem uelim, & sperare iuuat de ornatissimo viro Iacobo Antonio Macino; item de carissimo nobis capite Ricardo Hesio, certè ego pro utriusque salute & incolumitate precari non desinam, donec ipse nunciaueris illum planè confirmatum; istû quantum affectis sensibus licet, sat bellè ualentè. Quod me de ipsius Ricardi, & tua quoque sententia deterrere conaris ab eo itinere, quod iam animo totum percepi, ac deuorati; ut serò loquar, parùm amanter mihi facere uideris, ergo meum conspectum, & amplexum non expetis ante hoc bienium, quo rebus fratris consultam esse oportet; At uerò ego, ut tui desiderium eò usque perferre possim, Hesij certè nostri tam diu ferre non possum; quem uidere, alioqui, amplecti discipio. Quapropter oereas, calearias, penulam ecce induo, equum inscendo, atque has literas fortasse præuenio. Apage cum istis tuis caloribus; nam

& mi multum remifere, & fi adhuc vrgerent, me certe a proposito ne tantillum quidem remouerent. nam, & aliud accedit, quod nullo modo est negligendum. Pro valetudine confirmata non Gatum, vt veteres Esculapio debeo; sed D. Carolo praesens obsequium, voti reus. Itaque vbi istie bi: munitat triduum fuero, Mediolanum excurrendum est, vt illas sanctissimi corporis reliquias pronus ac supplere venerer, & precibus contendam, vt animum quoque longe maioribus, fortasse vexatum morbis, quibus ipse omnibus mederi non possum, praesenti ope subleuare dignetur.

De carminibus, & literis quid sentiam, praesens praesenti uerbo: sed tamen si aliquid nunc pronunciare me iubes, probo utrumque scriptiois genus, vt ab ista aetate, ab ista manu. Rem igitur, vt se da te frequenti scriptiois, adhibe in consiliis, doctissimos istos viros, tuos imprimis eruditissimos. Receptores: ambitiose etiam (vide quid suadeam) quidquid scripseris, ostenta, non omnibus promiscue, sed ijs, qui te docere possunt, & lapsus calami, aut tuos tibi facile indicare, & miniatulis ceris uti. Si qui sunt, qui auribus blandiantur (de vestris non ambigo) vel quia parum vident, vel quia ita facti sunt, vt semper ad voluntatem loquantur, fuge, & vita sane diligenter. & si nos tales plerumque facimus, qui laudati volumus, non corrigi. talis ingenij adolescentem hic ego nuperrime sum nactus. N. N. nostri puto,

puto, quem dicam, qui ad me cum Patrem allegasset non sine ingenti versiculorum fasce, non ut iudicium ferrem, sed ut aliorum qui laudarent, uti narrabat, sententiam probarem, & iuuenis ingenium (qua vna re mirifice lætatur infelix, ne magis, an demens senex?) extollerem; ego autem, illis, certe non improbatis, sed quibusdam indicatis, qui lima indigere viderentur (indigebant autem penè omnes transuersali potius lineæ, quàm lima) luculentas lucubrationes restituissem, affirmavit, ille satis quidem audacter (nam Patrem subsequutus fuerat) ex suo & aliorum iudicio eos, quos ego reprehenderem, nitescere in primis versus, & reliquis veluti lucem dare: ego contra differere, & causas afferre, & frustra, donec obmutui. Quid facias huiusmodi ingenijs, quibus iudicij minimum, plurimum temeritatis? laudes, ut ut volunt opinor, sicubi merent, ubi non merent, corrigas, & ad sanitatem reducas, si possis; si non possis, desinas, Quintilianum illum Horatij imitatus, qui

*Si defendere delictum, quàm vertere mallet;*

*Nullam, ultra verbum, aut operam sumebat inanè.*

Vale Guastalla III. Kal. Sextilis :

Eidem?

**M**inus gratæ mihi fuerunt literæ tuæ ea de causa ; quod cum multâ de te sat plenè, & diligenter nunciaueris ; de eo , quod discedenti mihi, facturum te ut scirem, satis verbosè pollicitus fueras , & ego abs te nequaquam prætermissum volebam ; ne verbum quidem facis vnum . Quid istuc , inquires ? an excidit tam facile , cum toties inculcarim ? De linguæ græcæ studio , cui velle te totum dare , cui vni vacare per eos , qui vobis conceduntur , quos nunc abijisse reor , vacationis dies omni adseueratione promiseras . Quod si adamussim factum est , & græcam istam Ricardi nostri grammaticam iam totam deuorasti ; cum nihil significaueris , an non tibi grauitè peccasse videris ? sed noluisti mentiri , & laudo ; cum tamen vehementer doleam non posse tibi hoc persuaderi , absque ista præstantissima linguarum , parum , aut nihil prope modum posse eam , quam tantopere colis latinâ , expertus scio , quid dicam , nec sine summo animi crucciatu , cui tamen ut aliquando mederi possim , Deus & dies fortasse dabit ; præsertim si , quod opto & spero , viuat ad aliquot annos (utinam ad plurimos) Hæsius noster , quem tu , ut ex literis vido , amas quidem ardentè , & reuerentè obseruas omnium amore , & obseruantia dignissimû ;  
sed

sed parum strenuè sequeris ad eam metam, tibi præcurrentem; parum attentè audis lentos istos increpantem passus. At mihi tempero, ne tibi to-  
ties, quod fortasse molestum est, eandem, quod aiunt, cantilenam occinam: & vetus illud dictū est, *dis κράμει θάνατος*: sed & illud meminisse te velim: *dis, και τρις το κελόν*.

Apud me, & fratrem nostrum sat bellè est; idè spero de sorore, & nepotibus, quando de illis nihil nunc aduersi punciatur. Adscribam tuo nomi-  
ne salutem Francisco Rinaldo, cum scire poterò videlicet ex eius, aut amici cuiuspiam literis, ubi nam terrarum sit. Mensis est, & iam fortasse amplius, cum se longo illi, & religioso itineri, ad me tamen, aut ad alium ex amicis quempiam nihil adhuc literarum dedit. Molesta illi quidem est, iam pridem noui hæc literarum & scriptio omnis & rescriptio (vt hominum diuersa sunt velut, & capita, sic ingenia) sed hoc tempore, tali occasio-  
ne minimè erat negligenda. Quid cogitem, ne- scio: nec volo aduersi quicquam ominari: quin reiicio, quæ in cogitationem veniunt multa. Il-  
lius tamen summo desiderio tangor, & quia valde amo, & quia eius opera valde indigeo in hac frequenti Academia; quæ me à domesticis regen-  
dæ hoc etiam tempore familiæ curis delassatum excipit, & ad nouas ac multò grauiores curas ad mittit. O te beatum, si diutissimè, vt facis; Tua bona noris; ad quæ ego quoque toto pectore ad-  
spiro, an ynquam peruenturus? Vale Guastalla  
prid.

prid. Id. Octobris.

Cupio abs te saluere meo nomine plurimum  
Octavianum Trebam, & Hippolytū Areostum istius  
Domus moderatores, viros optimos & humanis-  
simos, quibus plurimum debeo.

## LXXVIII.

Eidem. Placentiam.

**D**iem hunc Diuo Nicolao factum, se pone-  
re mihi vohui; quo tuis responderem liti-  
ris, sero quidem, sed quis scire te velim  
neque mihi admodum fuisse mature redditas, qui  
Idibus accepi, cum tu pridie Kal. dederis quo die  
videlicet Franciscus Ripaldus meus, vel potius  
noster, Roma huc tandem peruenit diu expecta-  
tus. Causa moræ frater, quem longo morbo pe-  
ne confectum inuenit, Domumque reduxit maxi-  
mo, vt narrat, cum incommodo, & molestia su-  
pra quam cuiquam credibile sit, quippe sub vespere  
ita viribus, ac prope sensibus destitutum, eo  
dolorē capitis, & tanta grauedine oppressum, vt  
nisi multa adhuc luce ad publicum aliquod hospi-  
tium diuertissent, neque pedes incedere, neque  
iumento posset vehi. Regium tamen perduxit,  
quod vt speraret, vix animum induxerat. Id post  
aliquot dies, in consanguineorum cura relictus  
sat bellè se habebat, nisi quod faucibus interdum  
ingenti pituitæ copia (hoc enim præcipue labo-  
rabat



rabat malo) coarctatis defiebat, & animo penitus relinquebatur. Fovebat ipse momentum, illorum rerum minime abstinens, a quibus erat cavendum maxime. Quid illi factum sit, conijcere potes, ferè in diebus paucis, quibus nostrum publice docendi munus exercemus, & probe exercemur felicibus derepente praelusis, dum ad ignem federet, moritur. Accurrit huc trepidus nuntius: Franciscus Regium aduolat, remque, ut fuerat nunciata comperit. Ad me paucis post diebus redit, quanto mœrore confectus, quanto cruciatus dolore, ipse de nobis, si quid tale accidisset, cogitavit. Fratrem amisit, & fratrem carissimum, atque fidei, vnicum: & ita amisit, ut ne extrema quidem illa hora alloqui potuerit. Illud fuit non minimi solatii loco, quod paucis ante diebus, si quas animi fordes, ex quo Roma discessit contraxerat Iulio Viscardo vni ex vestris per confessionem indicavit; & cœlesti pane, quo animæ reficiuntur, degustato ad novum iter, quod forte animo praelagibat, se & comparare studuit. Hæc volui, ut scires; ut tu quoque homini tibi probe noto, amico etiam & amicissimi capituli germano fratri, pijs precibus suffragari ne desis.

De me si quid audire vis, hæc habere. Vivo, & valeo; mihi? noli putare. alijs prorsus, quod hominum munus est, certè esse debet. Crescit in dies familia, crescit Academia, dies totus, & quam bona pars noctis? docendo infumitur de clamando, lucubrando. Ciceronis ad Atticum epistolas explico,

plico, Virgilium enarro, sæpe adstante honestissima eruditorum hominum corona, atque interdum cum aulico satellitio Francisco Gonzaga & Principis liberis nato secundo, qui positiore literatura magnopere delectatur. Quid igitur, num mihi ignoscendum putas, si raras ad te mitto literas? si serò respondeo? Vale igitur & me ama. Guastallæ Non. Octobris. Resaluta meis verbis Octavium Treem, Hippolytum Arcosum, & meum Ricardum.

*est qui medullis  
Infixus medijs, eritq; semper.*

Ioannes Baptista Vectianus Iacobo Vectiano  
fratri amantissimo.

S. P. D. Guastallam.

**P**ereussisti me de Antonio Rinaldo. quid pararas? igitur adolescens optimus, multa præditus humanitate, nobis carissimus, & carissimi hominis germanus frater florenti ætate, imò ætatis propemodum flore, sic repente nobis ereptus est! ò fallacem hominum spem, & nostram vitam fragilem, & caducam! ò inanes contentiones nostras, quæ in medio spatio sæpe franguntur & corruunt, & in ipso cursu prius obruuntur, quam portum adspicere possint. equidem quanto sim dolore affectus, facilius est vobis existimare quàm mihi scribere. Francisci eius fratris dolori ignosco: si quidem tam gravi vulnere, & iactura accepta

cepta dolendum, ne id ipsum carere omni doloris sensu, sit miserius, quàm dolere, nam cum natura omnibus inſitum ſit, ut vel ab amicis, ſi modò cari ſunt, ægre diſpellamur; quanto magis à fratre, & eo fratre, quo nemo amabilior? Sed illud magno ſolatio nobis eſſe debet, quod optima mē te præditus, & ſacroſancto Chriſti corpore munitus, purus ab omni labe in cœlum, uti ſperamus, aut certe optamus, euolarit.

Quod mihi, quos nunc explices libros, notum eſſe volueris, rem certe gratam feciſti. Quod meis liceris ſerò nimis reſponderis, ignoſco occupationibus tuis, quarum magnitudinem in tuarum litterarū veluti ſpeculo videre videor ipſis oculis, & quanquam carere me illarum voluptate, atque vtilitate ægerrime fero; tibi tamen plus oneris impoſitum nolim, quam per tua ſtudia, & aliorū inſtutionem liceat. Quod ad me attinet faxit Deus, ut tuæ ſpei euentus aliquando reſpondere euentus poſſit. Habes ad omnia, ut puto, volebas. nunc de me, meisque ſtudijs ſi quid aues cognoſcere, paucis accipe. Valeo, ut cum optimè; ſtudeo quàm poſſum acerrimè, utinam paullo liberius illi quoque poſſem lingue, ut tu exoptas, & ego vellem maximè. Noui, quod ſcribam, aliud nihil habeo, niſi illud ſcire vis quod nollem poſſe nunciare; Franciſcum Boſium ornatiffimi viri Macini noſtri, bonum certè hominem, quantum ego diuturni temporis experientia cognoſcere potui, & ſeruum fidelem, ac mirè ſedulūm pridie  
 eius

eius diei, qui D. Thomæ Apostoli sacer est, nocta  
 in faucibus luculenta plaga perentissimè abiecit  
 suum obiisse: De fratre nostro scire aliquis cu-  
 pio: nam studijs operam nante, quid cogitet,  
 quò animum intendat. Da operam, ut valeas,  
 & Franciscum Rinaldum ex me saluta, ipse & Ri-  
 cardo, Treca, & Arcosto gratissimis PPI. officio-  
 sè resalutatus. Placentiæ X. Kal. Nouemb. 1607

## LXXIX.

Vincentio Contareno V. Cl. Humaniorum  
 literarum publico Professore  
 Jacobus Vectianus S. P. D. Patavium

**M**irabere credo; Vir Clarissime, hoc inspe-  
 cto nomine ignoto, obliuio: at in poste-  
 rum scias, hominis esse earum literarum  
 amanti, quas tu in ista luce, in isto omnium fel-  
 plinarum celeberrimo teatro summa cum homi-  
 nis fama proferis. hominis, inquam, qui & quo  
 tempore te nouit ex fama & scriptis, quantum con-  
 pit obseruare, quantum admirari. Ego igitur is  
 pusillus homo, qui eadem pro ingenij tenuitate  
 artes profiteor; comitrosissimam obtinam occa-  
 sionem percurrere noui, quin auidè arripere;  
 meque tu iam pridem obseruanti suam nunc de-  
 nique patefacere: exiteret etiam, ut me vel ab-  
 sentem te eorum haberes nitero; qui te presens  
 tes venerant; quos tu colligis, quorum præmo-

ues studia, & in studijs conatus. nec diffido certè id abs te impetrare, quem omnes, qui de facie & assidua consuetudine norunt, vt doctissimum ita humanissimum prædicant; præsertim Iosephus Guerrerius, qui tibi has reddet, quique tuarum est laudum buccinator egregius. Hunc ego Iunenem, tui tuarumque virtutum studiosissimum, mihi amicissimum enixè rogavi, vt in suo studiorum causa Patanium reditu, aditum mihi ad tuam amicitiam aperire vellet, qua mihi nihil, vt reor, imò scio, accidere potest, aut iucundius, aut honorificentius. Eidem dedi aliquot meas lucubratiunculas vincto pede, vt se tulit oteasio, aut impulit fallendi otij cupiditas, segniter admodum & somniculosè pertextas; vt tibi meo nomine munus offerret, leuidense illud quidem, sed quod esse possit tamen meæ in te obseruantia non obscurum testimonium.

Mihi non ita pridem in manus incidit tuus veterè aureus, verè gemmeus variarum lectionum libellus, quem summa cum voluptate, addo etiam cum utilitate legi: in quo quotquot expendis, aut emendas, aut etiam contra aliorum sententiã loca corrigas, ita egregiè probas, vt mihi (at quãtulo in literis homini!) tecum omninò, & in omnibus sentire necesse sit. Is igitur cum mihi valde arriserit libellus; quot & quantis me, bone Deus, cumulauit lætitijs extremum illius caput, vbi lætæcis veluti habenis in doctissimi viri laudes effunderis Antonij Quærensi; quem ego aut vnum

Q maxi-

maximè, aut certè neminem magis ob virtutem,  
 & multiplicem eruditionem colo & obſeruo at-  
 gentiſſimè. Veni igitur in ſpem fore, vt mihi ad  
 tuam beneuolentiã & amicitiam faciliorem a-  
 ditum præberes, ſi me quoque illius viri ſtudio-  
 ſiſſimum non ignorares, quem tu tantopere dilan-  
 das, & obſeruare ſenem optimum, & eruditiſ-  
 ſimum proſiteris. Quod vt mihi bono meo fatò  
 contingat, Deum & tuam humanitatem etiam  
 atque etiã precari non deſinam. Vale Guſtalla:  
 III, Idus Nouembris,

---

Horatius Sabbadinus Iacobo Veſtiano

S. P. D. Guſtallam,

**H**Abes Panegyrim orationem meam, typis  
 excuſſam, cuius archetypum libentiùs an-  
 tea miſiſſem, ſi virtus & tua merita mihi  
 innotuiſſent, vt videlicet illi Cenſoriam virgam  
 admouiſſes: mihi namque conſultiùs, ipſa etiam  
 fidentiùs, ac tutiùs lucem adſpiceret: ſed citò for-  
 taſſe tibi ſiſtam vadimonium obſeruantiæ, qua te  
 proſequor: multa etenim habeo, quæ ſitu & ſqual-  
 lore obſita nunc hominum conſpectum medican-  
 tur; ſed fruſtra, te inſcio. Nunc reſtat, vt orem  
 atque obteſter humanitatem tuam, quò errata &  
 in comptum dicendi genus excuſes: culpam om-  
 nem in tenuitatem meam conſeras; quæ cum ſem-  
 per inſenſa mihi fuerit, nunc vtinam noxia ne ac-  
 cidat,

vidat, & atrum calculum tuum ne subeat. Vt-  
 cunque autem se res habeat, compendiola mihi  
 erit: si enim mea tibi probabuntur, desipiam gau-  
 dio, cum plurimi iudicium tuum faciam; si mi-  
 nus, quæ superflunt ex meis palimpsestis, suppri-  
 mentur, vel etiam igni addicentur. Interim fac  
 me ames, æternumque mihi salve. Herberia XII.  
 Kal. Octobris. M. DC. XIII.

LXXX,

Jacobus Vectianus Horatio Sabbadino  
 S. P. D. Herberiam,

**V** Ir humanissime, & eruditissime, Quo tem-  
 pore literæ tuæ unâ cum Panegyrico, lucu-  
 lentissima scriptione, mihi reditæ fuerunt;  
 ego leui, at molesta febricula, quam atra bilis ex-  
 citarat, correptus sextum iam diem decumbentem,  
 & mira propemodum res accidit, quod illis ut po-  
 tui lætis, eo ipso die, qui futurus erat ex medici  
 prædictione per incòmodus, morbo me nisi pror-  
 sus liberatum, valde certè leuatum sensi. Hoc in-  
 de factum fuisse censeo, quod summa statim læti-  
 tia & voluptate perfusus sum, ex quo perspexi te  
 talem virum, multa excultum eruditione, elegan-  
 tia propè singulari, non modo præclaro me ora-  
 tionis tuæ donare munusculo voluisse; sed huma-  
 nissimis quoque literis eximie cuiusdam beneuo-  
 lentia notis adspersis ad amicitiam tuam, rem

Q 2 sum-

inimopere expetendam, inuitare; & multis, quas non agnosco, nec possim saluo pudore, laudibus exornare. sed quanquam scio, me non eum esse, qualem tu pulcherrimis elegantia tua coloribus depingis; & te nescio quo auctore, at mei certè nimis amante, eam de me opinionem imbibisse video cui vix, ac ne vix quidem villo vnquam tempore respondere possim: attamen non possum, quin v. hementer gaudeam, & illum, quicumque is fuerit, & ipsum te eiusmodi errore teneri; cuius causa arctioris ego & amoris, & necessitudinis vinculo tibi adstrictus tenebor. Tuum Panegyricum statim, atque per vaetudinem licuit, hoc est septimo postquam accepi die legi, & quàm tum imbecilla cum corpore mens dedit, obseruari sanè diligenter. Quæris meum iudicium? dignus visus est & eo, qui disertissimè laudat, eruditissimo Sabbadino; & eo, qui meritissimò laudatur, laudatissimo Antistite nostro Claudio Ragono.

Meum hoc de tuo Panegyrico iudicium, infirmum fortasse, vt mens, & corpus, & ipsa quæ scribit, manus. nam de erratis, & incomptis, vt scribis, dicendi genere, apage te cum isto tuo inani timore: aut enim ego de lingua latina, & sermonis elegantia nihil iudicare possum, cæcus videlicet de colore; aut tuæ lucubrationes dignæ sūt, quæ ab omnibus politioris literaturæ hominibus legantur. Quod reliquum est, scito me in tuo ære posthac futurum; nihilque in votis habiturum.

ma-



magis, quam ut tibi aliqua ratione interuenire possim. nimis enim ingratus sim, nisi virum humanissimum, doctissimum, qui suis literis latinè & eleganter scriptis me vltro ad amicitiam provocauit, qui lepidissimo, & ornatissimo donauit munere; qui tanti me facere proficetur, ut quæcunque habet doctissima scripra mecum communicare velit; amarem ex animo, & omni obseruantia colerem. Faciam, Horati, faciam, & tibi in amore cumulatissimè respondebo. Vale. Guastallæ. III. Non. Octobris. M. DC. XIII.

Horatius Sabbadinus Iacobo Vectiano

S. P. D. Guastallam.

**P**Otuerunt literæ meæ sedare febrim, quam atra bilis excitarat: mirum dictu: aptiores crediderim ad compescendam etiam fluuâ. erant tumultuariæ; raro & crasso filo contextæ, omninò leuidente munus. Verùm humanitatis, lenitatis, beneuolentiæ tuæ hæc mihi prima seges, sed heus, bone vir, cur adeò profusè in meas laudes efflais? cur tam magnificis appellationibus epistolam infercis? cur romana rostra, & sub sellia elocutionem meam tibi redolere scribis, quam ego alpinam, & montiuagam latinatam sapere, rubore suffusus agnosco? fucum amico facis? absit, ut credam; veriùs censeo laudationis tuæ stimulis cunctantem, & segnem te voluisse vr

Q 3 gere

gere : & certè excuties mihi torporem à natura inditum, si crebras ad me literas dabis, quibus ad studia, & laborem aduoces. mirum quantopere egcam impulsore.

Carmina tua iam tertium lustravi : nulla me capite eorum fatietas ; nequeunt mihi sedare sitim renouant potius : caue, ne tanto morbo tui amantissimus pereat. Propterea mihi capaciore cyathos, tu qui Musarum fontibus assides ; tu qui Pegaseæ vngulæ penè solus, certè cum paucioribus hoc xuo nostro obseruasti fontes : tu, inquam Antistes, aggredere maiora, altiora canas. Habes ad artem hanc ingenium mirè effictum ; phrasim maronianam, figmenta omnino Venere, & Gratijs referta. Hæc verò munuscula zrea vocas ! ego gemmea donaria appello : quæ adeò mihi fuerit accepta, vt neque decumbens à me possim illa dimouere. Et pro his tibi tantum debeo, vt non ad referendam modò, sed ad habendam etiam gratiam mihi facultas adempta sit. Aliquid à me vicissim petis ! timor vetas : nec satis otij nunc suppetit. aliàs fortasse, ea semper lege, vt calathò ne pareas. Vale.  
Herberia Nonis Octobris.

Iacobus

## LXXXI.

Jacobus Vectianus Horatio Sabbadino  
S. P. D. Herberiam.

**S**I tempora meo arbitrati distribuere mihi liceret, otioque non diffuerem equidem, ut multi, sed moderato fruerer, atque honesto, nemo profecto melius, aut officiosius, addo etiam diligentius, quam ego facerem, tum novas, tum veteres excoleret amicitias. sed ita magnis, ita assiduis urgeor occupationibus & curis; ut interdum vel inuitus cogar officium deserere, & aliquibus fortasse homo rusticanus videri possim. Sed mihi tecum nuper accidisse vides: qui cum abs te superioribus diebus literas acceperim, omni humanitate refertas; diutius tamen, quam par erat, filii, nec cogitavi imprudens, quale de me iudicium tanti tu vir iudicij facere potueris, atque adeo debueris. verum, ut ad aliam quoque, nec fictam captionem confugiam, sed veram, & sinceram silentij mei causam; velim scias, literarum tuarum venustate, acumine, & elegantia mirifice equidem delectatum fuisse me; sed ita etiam a rescribendo demeritum, ut parum prope modum abfuerit, quin quam piscis est, magis mutus effectus sim. Quid enim? video te optimorum scriptorum *ἀκρότους* exhaustisse, & quoddam *μυροθήκιον* tibi seposuisse ad res mirifice pingendas, & exprimendas. Mea autem omnis omnino incompta

Q 4 est,

est, atque horridula oratio, nec, nisi fortasse ex eo ornata, quod nulla (vt noster de se falso Antesignanus; ego de me verè affirmare possum) habet, quæ ostentare possit ornamenta.

Non tu igitur mihi probaueris Alpinam latinam sapere tua scripta. errasti; eloquentiam Arpinatè dicere debuisti, idest eius hominis, qui Arpinum oppidum Romana ipsa vrbe multò illustrius reddidit, ac nobilius. Itaque, vt in pangendis carminibus (in qua tamen facultate & quantum possim non ignoro) tibi fortasse non cedam, qui hanc humanioris literaturæ partem, vt narras, non admodum frequenter exerces: ita reliquis descriptionum omnium generibus facillimè, & libentissimè concessurus sim: vt propterea satis mirari nõ possim, quæ tam iniqua fortuna in istis te concluderit angustissimæ arcis veriùs, quàm oppidi muris. Ineptus fortasse sim, & nimis curiosus abs te si postulem; qua istic conditione maneat: num aliquos habeas tuæ alumnos disciplinæ, qui digni sint, quibus istos recludas tuarum virtutum thesauros, & ingenij opibus dites omnium pretiosissimis. Sed ne quid dissimulem, summopere ex te scire velim, an istic sedem fixeris, aut figere cogites; non ob id solum, vt sciam, sed vt tibi (sic soleo cum amicis) aliqua in re vsui esse possim, cum vsus venerit. Nam si ex ista liberet auolare cauea, & locum latius expatiandi quærere; campum ego indicarem fortasse, vbi & liberius vagari, & literarię hoc palestrę genus paulò honestiùs atque.

atq̄. vtilius exercere , & ampliorem etiam gloria  
 messem colligere cum aliquo quidem , sed mode-  
 rato labore posses . Interim , quoniam meis car-  
 minibus delectari te plurimum , ( quòd ab amore  
 nascitur ) scribis , talia que à me , si qua habeo lima-  
 ta , enixè petis ; en ad te mitto Poemation quod-  
 dam olim Romæ , atq̄ ; in ipsa scriptum adolescen-  
 tia , nunc paullo diligentius reconcinatum , & ty-  
 pis excussum . Tu lege , & si quid habes

*Arida modò pumice expositum .*

remitte quam ocyssime potes , vt animum à lan-  
 guore fessum recreare , dum licet , honeste possim  
 Vale , & me ama , si te amari putas ex intimis præ-  
 cordijs ; vt excellens virtus tua meret . Guastallæ .  
 Idibus Decembris .

Horatius Sabbadinus Iacobo Vectiano  
 S. P. D. Guastallam.

**C**ongeris plures causas silentij tui , & eas nõ  
 leues . admitto omnes ; quid plura ? alter  
 mihi Atlas videris , qui identidem incum-  
 bentia onera tuis humeris fulcias . sed miror in-  
 ter tot sollicitudines , adeò firmas & integras vi-  
 res te seruare , vt iocari etiam lubeat , & Arpina-  
 tem quandam eloquentiam mihi affingere ; cuius  
 ne vestigium quidem in me pressum . omitte hæc ,  
 si me amas . amicitia enim , glutinum humanæ vi-  
 tæ , mutuis officijs , non blanda verborum titilla-  
 tione continetur . Sinamus itaque Chameleon-  
 tes

tes captare auras, quò & vitam . Nos vero agamus ferio; neq; incidat inter nos disputatio quis carminibus; quis item nostrum orationibus accommodatior . Ego enim ex animo in utroque stilo manus porrigo: neq; mihi nunc plus tribuo, quam olim puer . Scilicet mihi obuersatur ante oculos scientiarum largitor Deus, & vastissimum eruditionis Oceanum adspicio: licet enim ore tenuis expleuerit se aliquis: nunquam tamen adeò capacem habebit ventrem, ut insignem aliquã partem exhauriat . Venio iam ad fortunam (quam tu iniquam vocas) quæ intra huius Oppiduli me concluderit septa, & ad vitæ meæ rationem, quam exquiris .

Tribus igitur abhinc annis, cum Domi, hoc est in publico Auditorio Bononiensi philosophiæ studia profiteri meditarer suadentibus amicis, ignarus loqui, nedum incolarum, nullo habito verbo de stipendio huc me contuli, vbi cælum & ciues impensè mihi fauent . Cæterum redditus tenues: docendi facultates leues. discendi verò nullæ . Locus namque non admodum frequens, cuius etiam mœnia furorem Martium perstrepunt . Itaque otij, & quietis amans penè deficio . O si tu mihi latiore campum referares, quàm gratum! Incumbe toto pectore in hanc curam . Hæc vberri-  
ma facultas demerendæ magis voluntatis tui studiosissimi hominis . Cædem Infantium puerorû, ut omnia tua mirificè probo: Afficit me summo-  
pere eloquentiæ fluuius sponte sua fluens, ita ut  
dubius

dubius adhuc sum, immanior ne Herodes, an tu facundior: Ille certè nihil ad sàuitiam, tibi nihil ad facundiam: ago quas possum gratias: literas tuas ex pectò; te valere iubeo. Herberia. IV. Non Ianuarij: M. DC. XV:

LXXXII.

Iacobus Vectianus Horatio Sabbadino  
S. P. D. Herberiam.

**N**È diutius quàm par est, meas literas expectes, diem ego crastinum expectare haud queo, quo rescribam, & commodius scribam. Hodie super prandium tuis literis allatis, en ante cenam respondeo: Tu facile conijcies quot apud se dies Typographus noster eas habuerit, lyce, obliuiosior: quanquam non huius fortasse culpæ ille affinis est; sed ipsæ potius in culpa, quæ illic libenter moratæ, vnde tum aliorum, tum tuarum non ita pridem istiusmodi lucubrationes in publicam lucem prodierunt, auidæ & ipsæ eundem sub prælum dignæ, quis neget? sed nimis auidæ: expectent sorores, quas istud ingenium assidue parit, patietq; in dies comptiores, venustiores, speciotiores. sed reprimo me, ne ulterius hanc seram reciprocemus. De tua libertate hæc habeo, quæ scribam. Non tu magis cupidus de isto carcere exeundi, quàm ego te extrahendi. Faciam equidem, potiusq; in exilium ipse eam, quàm tu istic veluti captiuus moreris. & certè id meditor,

hor-

nondum ago, quia nec licet. Consilium tamen aperiam, mihi notum vni, præterea nemini. Non tam docendi satietate, quam discendi teneor cupiditate: discendi autem, vt cætera nunc omit- tam, literas græcas, quarum me sitis, qua nimis diu maceror, enecaret, nisi ego illam tandem ex- tinguerem; meq; pleno cratere proluerem. Fon- tem video plenum, redundantem, purissimis sca- turientem venis. Herus inuitat, blandè allicit; non eam? neq; aureæ me teneant compedes: imò nec ab eo, quod semel proposui, Attalicæ demo- ueât conditiones. certū est dare vela retrò & q̄ olim puer volui ( sed tantum volui ) nunc, cum vir fa- ctus sum, auidè studia arripere. Operam mihi suam pollicetur Vir magnus re vera magnus tam in latinis, quam in græcis literis, trās alpinus qui- dem genere, & natalibus; sed quem iam pridem Italia; suum; fecit. Quid nominem tibi prorsus ignotum? Diu est cū Placentiæ delitescit, an- gustioribus quam tu septis, & gurgustio, è quo vix vnquam foras repit, clausus. Intimus hic o- lim magno Mureto fuit; & Manutio quoq; notus ac cæteris, qui tunc in Italia vigeabant, literarij ordinis Principibus viris iuuenis cum esset. Ad eum nunc animo, & votis omnibus feror, paulo- post, id est hinc ad sex aut septem menses corpore & me toto properaturus.

Rem tenes, credo. Publicam hanc docendi prouinciã propediē renuntiaturus sum: In meum locum te suffectum vellem, & tua & Guastallen- sium



sum causa, quibus benè cupere debeo, vt ipsi de me benè meriti sunt. Tuis equidem meritis ac virtutibus nobilius, quale Patriæ tuæ illud est, quod olim cogitasti, deberetur Theatrum: sed quoniam illuc, occupato nunc ab alijs loco, adspicere non licet, aut etiam non libet: quid de hac conditione statuas, fac vt sciam. Et ne amici (veri quidem & sinceri amici; sed absentis tamen, & de facie nondum noti) suasionem, & fortasse persuasionem in aliquas te contrahas angustias, vnde te postea non ita facilè, si velis, explices: non patiar ego, vt loci, Ciuum, stipendij prorsus ignarus sis. Videbis Oppidum, non Oppidulum, parua Urbis speciem referens: noueris Principem doctissimum, eruditorum amantem hominum, ipsa Comitatus benigniorem: Ciuēs humanissimos, & vt verbo dicam, Principis quàm simillimos. his autem quibuscum tibi res erit XII Viris, quorū prudentia res publica administratur, nil quicquā per quadriennium & amplius sum expertus aut humanius, aut suauius. Horum iussu tibi Quæstor enumerabit quotannis aureos nummos centum, publico ære soluendos. Sat laxas ædes tibi conducent, easq; ad tuum, & contubernaliū (ita mos est; familia, velis nolis, habenda) commodum sat idoneas.

Hæc à publico: à priuato minores ne expectes census. numerosam habebis scolam ad amplius sexaginta auditores: ex quibus, si quosdam excipias tenuissimarum seculatū homines, qui paucissimi

cissimi sunt; & Clericos ad duodecim (pro quibus tamen Canoniceorum Collegium vigintiquatuor aureos quotannis cudit) centū alios corrales, & fortasse plures, & planè certissimos. erit hæc annua messis; quam vt facilius colligas & comodius; sim auctor, vt Hypodidasalum tibi pares, quò ego semper vsus sum; ne ipse cogaris minuta quæque rudioribus inculcare, & primas ac tenuiores Grâmaticæ præceptiones cum aliquo existimationis damno, & aliorum, qui solidiore cibo egent, nullo aut per exiguo fructu. Sed vide, quò progressus sum. Hæc narro, quasi æta tractata sint omnia; cum tuum sit deliberare, meum autem, vbi deliberaueris, non equidem quam tibi nunc propono, conditionem offerre; sed flagitare, etq; impetrare, si possim. Tuas igitur literas expecto, vnum illud iterumque, iterumque monens, vt meum consilium, quasi Diuæ Eleusinæ mysterium, in arcanis habeas, & rebus occultissimis. Permagni enim mea interest hæc nondum sciri, præsertim à meis Regiensibus, & ipso, quem tu disertissimè laudasti, Rangono Episcopo. Vale  
 Guastallæ. XII. Kal. Februarij. M. DC. XV.

---

Horatius Sabbadinus Iacobo Vectiano.

S. P. D.

Guastallam.

**F**lagras desiderio hinc me extrahendi; ardes cupiditate græcas literas plenius percipiendi. ò pectus ignitum! vtinam aquas ipse admo-

ad mouere possem, quæ incendia ista Æthnea restinguere valerent. sed ligna necessario addenda, quibus vires & incrementa sumat. vicem tuam doleo, vereor enim, ne omnino conflagres. Græcos auctores veræ eruditionis esse fontes negauit nemo; id mihi penitus persuasum, hæcquæ de causa conueni olim puer in hortis noctis Musarum Africanum Persium Ciuem Materanum, qui publicè triginta annos hæc studia fuerat professus; sed cū videretur mihi exercitatio illa valde laboriosa, miser oblitus, difficilia, quæ pulchra; receptui cecini, & ad Latinos me contuli eodem Institute in omnibus exercitissimo. nunc tamen merifice exeruccio, cū subit memoria illius temporis, & vellem posse repuerascere; sed irrita vota. Tibi igitur pro eo amore, quo te prosequor (aliud tibi non veniat in mentem, nam toto cælo errares) ero suator, quò facultatem oblatam arripias dedecet enim virum omni elegantia excultum, tanto hoc ornamento carere, quod vnum multorum instar esse potest. adnitere, quantum potes, & cum feraci solo fundamenta ieceris, maturitatem ne finas deperire. Nunc venio ad iuuentutem Guastallensem, cuius fata (lectis tuis literis) pene lacrymas expresserunt. o luctuosam illorum conditionem! re ipsa experientur, longè miserius perdidisse, quàm nunquam accipisse. te illorum misereat, nequæ affluentiori doctrinæ tuæ lacte eos alere recuses. quos de te optimè meritos amplissimis verbis prædicas, Id negas, cum iam vtero aliū factum

foetum conceptum geras, cupiditatem videlicet noua studia sectandi, quæ turgida vbera, imò te ipsum totum paulo post sibi vendicatura sint? nutricem saltem accerse, quæ iuuentutem istam lactet, & solidos cibos ad ipsam vsq; satietatem expleri assuete impertiri possit: cuius si tantum studium adhibendum esse in corporis cura docuit Plutarchus, delicia nostræ: in cultu animorumne in consulti deprehendamus?

Hæc ad te, quò conuertas oculos, non tuos istos humanitatis, & amoris plenissimos; sed iudicij acres illos, & acutos in tuum Horatium, quem tanta comitate, & liberalitate ad istam prouinciam inuitas: vt luce clarius tibi innotescat, ea omnia in illo desiderari, quibus is fulgere debet, qui tibi sufficiens sit. Quid igitur onus istud tam graue mihi imponere meditaris, cum leuissimo hoc ferendo pene fatiger? quò abiit mei charitas? fatis interim dicere nequeo, quàm tuæ clementiæ, & beneuolentiæ debeam, quo inquam obseruantia vinculo me tibi obstrinxeris. vtinam parem, aut aliqualem saltem gratiam tibi referre priusquam fatis concedam, possim: erit mirum in modum acceptum, & carum: sicut enim in me ornando ipse tibi nullum fioem statuisse videris: ita ego vicissim in demerendo fauore tuo quoscunq; limites excedam. sed quid, inquires, omninò tenuis conditionem, quam tibi proposui? quid statuat penitus ignorro: rem integram tibi omninò defero: cum tempus & occasio venerit, scies in cre tuo me sem-

semper viuere . Ne interim ingrati animi vitium subeam, esset cupidus beneficum, & humanissimus amicum extremis diebus Lupercalium, cum nostri Auditores sunt feriat, conueniendi : id verò potissimum, vt de facie te notum habeam, quem cumulatim gratijs, & prætitijs officijs iam in delicijs habeo . Itaque tuæ erunt partes ( ni molestum futurum est ) voluntati meæ tua iussa adiungere, quæ & pennas mihi addent. Mutuus etiam sermo inter nos, & conspectus ipse totum id negotium verbis saltem absoluet. Ad hæc rescribes, cum libuerit, & ipsum diem, atq; horam indicabis, vt omnino à voluntate tua pendeam. Æternum mihi salue, & Vale. Herberia. VIII. Kal. Februarij.

## LXX XIII.

Iacobus Vectianus Oratio Sabbadino

S. P. D. Herberiam.

**I**Mo verò tu, si me amas, & quantum me amas; si mihi in re optatissima gratificari vis (cur autem nolis?) quam celerrimè potest, adpropera velis, quod aiunt, remisq; sed hoc parum est. Mi Mercuri, Pedibus talaria nocte: voca Zephiros, & labere pennis. Impero ego, quem tu louè fecisti. verè dico sum moræ impatiens. Noli tuas imitari literas, quæ ad me semper testudineo gradu. tantulum viæ octauo deniq; post, quam scriptæ sunt die (uides, quam segnitè) confecerunt. o illum mihi diem verè aureum, verè felicem, &

R nunc

niueo lapillo signandum; cum non ex literis, venustissimis licet atque elegantissimis; sed ore te isto tuo diserto loquentem audire, presentem videre, hospitem habere exoptatum, expectatum, & amplectari ardentissime potero. Diem tibi non prescribo; cum erit commodum, cum per ferias Lupercalium licebit, fores claude, si tibi forte non est, qui seruet domi; istiq; semper clausis, semper custoditis portis egredere, atq; huc ad nos ( iterum dico, sum morae impatiens. ) cum primum poteris, adpropera. Expectant te hi parui Penates mei; patent fores, patebuntq; semper cum probis omnibus, tum tui similibus viris eruditis: sed tibi precipue pandentur, illo potissimum tempore ( ante Kal. Martias, ferius, ocius, ut voles ) cum mihi quoq; per easdem ferias a studijs feriari, tibi vniuacare licebit, & maxime lubebit.

*Nos quoque tum molli celebrabimus orgia Baccho.*

qui, & Genio ut honeste indulgere, Mantua cogitabam per id tempus. nunc muto consilium, ne tu mentem. Caue tibi veniat in mentem alia profectio, aut peregrinatio. Omnino est ad rem, & in rem, ut venias; & praesens dispicias, num vera sint, quae a me audisti omnia; atq; ut negotium semel verbis saltem hoc tempore transigamus. Vale  
Guastalla Kal. Februarij.

Eidem.

Herberiam.

**R**ursus scribo, etsi necesse non est rursus inuito, rursus promissi te admoneo, & quantum amanti licet, redamanti impero, ut properes, neq; me ulterius maceres tui desiderio. Diem circiter Kal. Martias præscripsi, & missa epistola dolui, quid enim? nimis longum est, illud me expectare tempus citius te volo. at ad quam diem? ubi primum flagitantibus solemnem vacationem Auditoribus tuis (quos vel hinc audire videor succlamantes) de more, & meo in primis amore, aliquot etiam antè diebus, quam erat in animo, concesseris. Quanti me, quanti nostram amicitiam facis, (& facis, quod scio, plurimi) caue, ut me in falsam spem conieceris. Nullam accipio excusationem. nihil iuvat ad id confugere; via luctosa est, sæculum asperum, tempus rigens. non audio. Horas, non audio; nam neque tuis tu pedibus, & bene creatus, bene penulatus ventos scio, & niues, & pluias ridebis. At tempus quid obtendis? oculos attolle, circumspice: sudum est. Solem hunc vide solito puriorem, & pulchriorem, lucidos orbis suo emittentem radios

————— *frustra terreberent nimbis.*

Iube igitur tibi equum iusterni, conscende, & me tandem hac sollicitudine libera. Aut nihil rescribe; quid enim opus? aut tuas ipse adfer, si me amas, literas. Viue, Vale, & Vola. pridie Idus Februarij.

R a Ho.

Horatius Sabbadinus Iacobo Vestiano

S. P. D. Guastallam.

**O** Creas, penulam; equum mihi paraueram,  
 Zephiros aduocaram, talaria pedibus ne-  
 xueram, pennis labi optaueram, vt in tuos  
 complexus me citissimè darem: umbella, quæ  
 totum corpus tutaretur; iam erat ad manum: quæ  
 ita in rem fuisset, vt inter gelidos imbrès me ca-  
 lentem, imò æstuantem perduxisset. Quæ? eximia  
 cupiditas te visendi: hæc enim viz, & frigoris mo-  
 lestiam sentire me haud passa esset. sed, o me per-  
 ditum! excitatus catarrhus adeò vehemens, vt  
 noctes atq; dies me penitus diuexet: atq; ita pro-  
 pter sæuitiam temporis inualuit, vt febricula ad-  
 dita cum sit molesta magis, quàm periculosa, in  
 lectum tamen redegerit. Quare duplici corpo-  
 ris ægitudine cum adiuncta sit animi præcipua  
 cura, quòd scilicet humanissimo congressu tuo per-  
 frui non litet; tu ipse cogitato, quæ me sollicitudo  
 habeat: sed aliàs, imò citò te conuenire, colere,  
 venerari propositum est. Non deero expectatio-  
 ni tuæ, & voluntati, ac debito meo. Caue credas  
 hæc esse commentitia: ipsæ namq; literæ è lectulo  
 dictatæ, languidulæ, & aliena manu exaratæ om-  
 nem dubitationem auferre poterunt. Perge in-  
 terim in me amando: id enim si resciuero, omnia  
 in commoda negligam; audentius, & concitatius  
 ad te aduolabo. Vale, & salue. Herberia IV. Kal.  
 Martij.



Jacobus Vectianus Oratio Sabbadino  
S. P. D. Herberiam.

**I** Am eram paulo commotior, & tibi subiratus, Horati, non sine causa, ut mihi videbar; quem longa tui aduentus expectatione suspensum, & falsa atq; inani spe lactatum egregie deluseras. Sed lecta epistola tua, quam serò admodum accepi nò præter morem; non modò succensere destiti, sed etiam vehementer indolui, præsentis valedudinis tuæ causa, quam paulò meliorem factam diuinare lubet, aut sperare iuuat. At tibi malè sit impertune, atq; intempestiue catarrhe: Diui te existis faucibus radicitus euulsum pessimè perdant; ut non modò virum istum, quo omninò indignus es, sed alium neminem diuexare vilo vnquam tempore valeas. at iste rideat, & leniat magis, intra verba res si steterit aliud agendum Horati, aliud bellum indicendum, arma paranda, dimicandum aduersus hostem crudelem; dolosum, qui angustias locorum occupat, fauces iouadit. Caue, ut illi auxilia volens libens suppedites, præsertim hoc tempore, quo ab illo stare omnia propemodum videntur. Non sim tibi auctor mali consilij; nec ausim homini religiosissimo suadere, ut escas valedudini forte aduersantes, at animæ purgandæ saluberrimas reijcias: quandoquidem cœlesti etiam medico salus corporis rectè committi potest. & debet in primis. Attamen si vehementius urgeat,

R 3 quam

quàm ut ferre possis, aut non sine magno & tuo, & domesticorum incommodo: quid nō, quod alij faciunt non pauci, summae Dei bonitati fidas, qui nihil à nobis aut supra vires, aut præter optimam mentem requirit, & ijs utare eibis, quæ huius temporis non sunt, minus noxijs, minus aduersis, quædo cum tua salute multorum utilitas conueniens est?

At præsens præsentis, ubi venam attigero, ubi te videro ( nolim equidem iacentem; sed Demi-clausum, & sedentem, aut inambulantem ) meliora fortasse & dabo consilia, & remedia adhibebo salubriora: propius enim absum (nam me in viâ dedi) & te inuisere uolo quando tu me neglexisti, ipso Esculapio hæce. Itaque para mihi cubiculum, para lectum, & lucernam: en adsum, & descendo. at at; ista quidem vis est

*Quod genus hoc hominū quærit hic tā barbaram morē  
Permittit Patria?* \_\_\_\_\_

o barbaros, & inhumanos portarum custodes! accurre, si potes, aut aliquem allega: iniuriosè excita dor. & quorum tot interrogationes? quis tu? & unde nate? quid, aut quem hic? non mihi his opus tetricis boni viri, ac potius camino luculento, qui frigore totus rigeo. extra iocum, mi Horati, accurre, atq; his tuis testare, me pacis, & bonarū artium amantem esse, belli & tumultuum fugitantem. Totum inspiciant, contrectent: si vel cultellum deprehenderit, his me perpetuis carcerū tenebris, squallore & macie exedendam, tradant.

sed

sed tu nimis moraris, & ipsi pergunt multo obstinatius atque inhumanius tecum agere, & ingressum negare. iterum igitur conscendo, & ista me libero inurbanitate. Si quid me vis, Regij biduum morabor. Vale. III. Idus. Martij.  
M. DC. XV.

## LXXXVI.

Eidem. Herberiam.

**D**I boni, boni quid porto! *ἔναργεια* mihi debes, Horati. Ille mali ominis, nominis, & cognominis homo, qui nobis omnia pene interturbavit, de politicioribus literis male meritus est. at bene habet, quod ipsa de illo pessime. Respondit illi epistola, quae huius communis nomine scripta est: sed ita respondit, ut quis, modo literis tinctus facile dijudicare possit, quam is sit in lingua latina (quid dico in lingua latina?) in ipsa Grammatica plane hospes, & peregrinus. Aliam addidit lucubrationem nihilo meliorem; quam, moriar, si pati possem, ab uno aliquo ex meis auditoribus, qui suo Marte scribunt, tali exaratam stilo. Ac ne me forte putes, obrectandi studio ductum (a quo semper abhorruī plurimum) alienos carpere labores, & mihi placere nimis; en ad te utriusque exemplum mitto; verum, heus tu ca lege, ut statim remittas, ne mihi pereant talis scriptionum gemulae. O infelicem humaniorum literarum statum, si istiusmodi homines sunt, qui nos

R 4 mo-

modo priuatim docere, quod vix ferendum: sed publica etiam stipendia audent expectare, nec flagitare verentur, aut prensare erubescunt! ò bardos, qui audiunt, & si Diuis placet, laudant etiã, & faveant, & doctissimos prædicant!

Ex isto numero Abbatem nostrum exime: qui vbi vidit tam fœdos, tam ignauos lapsus ingenuè factis est hominis imperitiam se agnoscere, illud etiam pollicitus, de eo nullum ultra verbum, de te vobis se occasione offerret, multa facturum verba. Ego autem qua nunc spe, qua fiducia lucubrationes tuas inuigis cuiusdã doctrinæ, & eloquentiæ notis conparatis circumgestaturus sim, tute cogita. Ille enim, in diocris saltẽm eruditionis, aut in scribendo elegantia specimen dedisset: verebar sane, ne commendantis auctoritas valde nobis obfuturã esset. At benè habet, susmineruam simulare non potuit, ipso grunnitu detectus. Ego igitur tuam causam agere non desisto, non meis equidẽ verbis amplius, sed tuis scriptis. sum enim tuorum meritorum parcus laudator, ne cui siã suspectus: & frustra verba desideres, vbi facta loquuntur, & ipsa sese indicat res. Mitto exemplum earum literarum, quas ad competitorẽ tuum scripsi publico mandante confesso; vt facilius dispicias, quã aptè, quã apposite is responderit. Vbi legaris vnã remitte cum egregijs disertissimi hominis epistolis, ne pereat ximum characteris genus. Vale. Quastallæ. VII. Kal. Aprilis.

Jacobus Vectianus Oratio Sabbadino suo  
S. P. D. Herberiam.

**E**tsi quid scribam nihil propemodum habeo ; scribo tamen, ne aut expectatione suspensum te habeam, aut hospitium tuum, quod mihi per hæc tempora pollicitus es, negligere videar. Te tamen, quem ardentissime cupio, non ut solebam, studiosè invito, aut vrgeo promissa; tum quia rogatus animum inducere non potes, ut venias; tum quia, an hoc tempore venire debeas, etiam atq; etiam deliberandum censeo. In causa hæc sunt. tuum ago assidue negotium, neq; agere desinam, donec si fieri poterit, transigero; in quo nobis aliquid adhuc impedimèti ab eo, quem omnino exclusum putabam: nam fides in ijs non est, in quibus summa esse deberet. Syndicus Mantuæ profectus est aliorum quorundam, ut narrant, verum ut ego suspicor, huius in primis negotij causa; ut fortasse cum publico incommodo alicui commodet, sui alicuius commodi gratia. *ὁραίνω, μὰ τὸ θεῶν* nunc loquor, sed ubi vnà erimus, enucleatius rem tibi totam edisseram. utinam sim falsus vates, & ariolari videar. sed noui, nec semel vulpeculam; quæ tamen in laqueum fortasse aliquando & sponte, & imprudens. Tua virtus, tua merita hic iam omnibus, quibus sanus palatus probe nota, non tam me prædicante, quam tuis indicantibus scriptis, quæ omnium credo manibus iam detrita sunt; &

cum

cum illius, docti fortasse (& si vix puto) sed infantissimi Iuriconsulti scriptis ne conferuntur quidem, tibi ne fiat iniuria.

Hæc cum ita se habeant, etiam atq; etiam cogita, Horati, quid tibi statuendum sit de non longo itinere: mihi, de tua existimatione valde sollicito, illud veniebat in mentem subdubitare, ne aliquis (ut sunt hominum ingenia ad iudicandum procliuia) te non amictuifendi, sed istius conditionis venandæ causa huc accessisse existimaret. Id ego circumspiciebam, si forte possem, ut totius communis nomine ad colloquium euocarete. promisit syndicus id se curaturum, mox discessit me incio. Quid cogitem, ignoro, & aliquid suspicor tamen, ut amantes solent, qui Zelotypia tanguntur. Sed velim optima speremus, latari patienter quæcunq; euenerint vel aduersa, vel inexpectata et si quid nobis euenire hinc potest aduersi? Illis potius euenerit, si quod vix credo, imò nullo modo credo, eum in Ducem huius Iuuentutis elegerint, cuius infelicem statum vel nunc deploro, si homini prorsus inerudito & latinæ linguæ ignaro obtigerit erudienda. Tu fac præsentis animo sis nec quicquam desperes: nisi enim paucorum conspiratio (quæ fortasse nulla est, & ego fallor) multorum, & prudentiorum iudicij qui nobis aperte fauent, præualebit, id quod ego summo opere cupio, breui ut spero, consequemur. Vale Gassalæ III. Id Aprilis.

Epistolarum Select. Pars. I. 267  
Horatius Sabbadinus Iacobo Vectiano  
S. P. D. Guastallam.

**A** Micè & prudenter mones; acquiesco tuis cōsilijs, in aliud tempus differo aduentum meum: quem etsi in extremos quadragenarij ieiunij dies prorogaueram; sperabam duorum pene mensium interuallo dignosci posse, in quam partem negotium nostrum propenderet. Sed quando adhuc ita incertum, dubium, anceps: inconsulti ac leuissimi hominis esset, propriam existimationem ita negligere, vt etiam aduersarijs, si qui essent iudicio esse valeret. Præterea dies isti, quibus acerbissima Christi seruatoris nostri interuentio annua memoria recolitur, iucūdis itineribus, amici illecebris, blandaq; consuetudine transigendi non sunt: Recessus, scelerum detestaciones, lacrymas desiderant: has paremus. has emittamus. Nos felices, si aliquot humoris guttulæ ex oculis erumpentes immenso illi eruoris pro nobis effusi Oceano misceri poterunt. Adiungerem alias moræ causas: sed frustra. hæ namq; omnium honestam adiunctam habent. Cum aliquid noui scire licebit, præcipue verò, ecquid spei sit, si me statim certiozem feceris, erit gratissimum, Vale interim, meq; vt facis redama. Herberia prid. Id. Aprilis.

---

Iacobus Vetianus Ioanni Turrio Capuccino.  
S. P. D. Regium.

**I**stic si adessem, frequenter ego quidem ad te, ut solebam, nec importunus quod scio, venire, ut suauissima consuetudine tua, & multa conditis, eruditione, sermonibus iucundissime fruerer, at cum absum non equidem procul, sed tamen absum; mirari non debes, si hoc scribendi, & rescribendi officio libentissime vtor, tui vnus alloquedi causa, & elegantissimas abs te eliciendi literas, quæ tamen, ut ingenuè dicam, multò etiam placent magis, si de me parcius loquerentur. non enim ego, quòd scribis, ad Cleanthis, aut Aristophanis lucernam scribo, sed temerè in epistolam quidquid in buccam venit, conijcio, & verba infertio adeò somniculosè interdum, ut non modò latini sermonis, sed grammaticæ quoque præcepta negligere cuiquam videri possim. Meas tamen ipse literas dilaudas; & easdem vberes atq; elegantes appellare non vereris. Quod ego abs te audire debeo libenter, quem propter animi sinceritatem & vitæ professionem, blandientem suspicari ne licet quidem; propter solidam eruditionem, atq; vtriusq; linguæ, latinæ inquam & græcæ absolutam cognitionem decipi fortasse, existimare non possum. Quid igitur? num eas, quas mihi nimium multas tribuis, agnosco laudes? neq; agnosco, neque rejicio hoc, tibi iniuria ne fiat: illud, ne mihi nimis



mis assumam, aut placere videar. Conabor tamē, quod fortasse vis, ut aliquando verè possim agnoscere, & factis tuam, quæ à nimio amore proficitur, æquare prædicationem. Sed hosmittamus, quæ Aulæ sapiunt, verborum circuitus; & de Horatij nostri negotio aliquid potius dicamus.

Syndicum, ubi Guastallam redierit, cōueniam, & quas ad illum scribis, literas reddam bona cum fide, & celeriter: cum ut boni amici functum me officio cognoscat; tum ut qua obiurgationibus, quas à Collegis audiuit: qua laudationibus, ab isto præsertim dilerto ore tuo, in officio ipse quoque contineatur. Hodie Mantuam aduolauit, eius vrbis episcopi accersendi gratia ob publicam, & solemnam Benedictionem, quæ Iubilæum huc à Pontifice missum, proximo Dominico die enuntian- dum, seu antecedit seu consequetur. Id propter noster Regium aduentus, quem in Kal. Maias cōdixeramus, ad Nonas protrahetur. Ita ille mihi significauit ipso Dominicæ Resurrectionis proximè præterito solemnissimo die: quo diè & duobus sequentibus occasionem peropportunam nactus, multos habui & honestissimos de nostro Sabbadino sermones cū his, ut Mantuanus appellat, Patrum primoribus. Quid quæris? nemo vnus est, qui nostrum illi præponendum non existimet. Sed audi pulchellam historiam. inuentus est alius, qui bolum nobis è faucibus eripere tentauit, rerum tamen omnium, ut opinor, inscius.

Lucius Leonius (ipse quoque Professor Bononiēsis)

sis) qui olim Regij, nunc Corrigij docet, regit me-  
cum per literas sanè studiose & vehementer, ut  
quam ego libens volens publicam scholam renū-  
tio; à XII. viris hanc sibi efflagitem. scis, quid à me  
responsum? tritum illud; καλοῖσιν τῆς ἐσπέρης ἡ νῆς.  
Rem totam, uti se habeat, quo in statu sit, exposui.  
Huic Magistratui proposuisse me alium, & condi-  
tionibus utrinq; propositis, ac tātum non subscrip-  
tis, rem omnem propemodum, verbis saltem esse  
actam, transactam, ipsumq; expectari in dies no-  
tum istius Iuuentutis moderatorem, Sabbadinū:  
nostrum Vbi alia sese offerat occasio, enaxè elabo-  
raturum me sua causa; quod certè faciam, & ex  
animo. Itaque quieturum cū spero, præcisa om-  
ni spe huiusce obtinendæ Prouinciæ. Ni ita factū  
fuisset, aut ipse ad alium quem piā scripisset, ali-  
quam nobis in portu tempestatem excitare po-  
tuisset, & certè excitasset; non quod Horatio no-  
stro eruditione, aut scribendi elegantiā præfere-  
ndum existimem, sed quia, ut nosti, facillè mutantur  
hominum ingenia, & sæpe meliora dum quærunt,  
eligunt deteriora. Tu igitur bono animo es spè-  
que iniice candidato nostro, quando, ut video.

————— *postremo adspirat fort̄ una labori.*

De versibus gratiam habeo & tibi, & Cremonino.  
vtrosque summopere laudo, sed scriptos etiam  
magis, quàm editos. an fallor? sic sapiunt palato  
meo. Illius alterius Vatis quos addidisti, in eis  
scriptoris affectum, & pietatem probō; quod ad  
cetera attinet, nihil sanè video, præter verba, eaq;  
malè,

malè, vt sic dicam, ferruminata. Vale Guastalla.  
X. Kal. Maij.

Epistolam complicaturus accersor à Iacobo Ferrario Aulæ medico nunc ægrotante, cuius præcipua vtor opera, sedula, & fideli, vt reor, in hoc negotio. monet inaudisse se à communi amico, Syndicum, vbi Mantua redierit, Carpum iturum; ibique de quodam Professore, homine sene conduciendo diligenter acturum. Facile adducor, vt credam, qui hominis ingenium noui: sed paulo accuratius obseruabo vulpeculæ vestigia. Iterum Vale, & quod scripsi tanquam in aurem insurratum, non leuibus de causis tecum habe, donec aliud moneo, quod erit paucis post diebus, vbi quid aliud extudero, quod certius sit, & exploratius.

## LXXXIX.

Iacobus Vectianus Horatio Sabbadino suo  
S. P. D. Herberiam.

*O rem ridiculam, & simul iocosam  
Dignamq; auribus, & tuo cachino!  
Ride quicquid amas tuum sodalem,  
Res est ridicula, & nimis iocosa.*

**A** Latus ille Pegasus, qui non semel Hippocrenem icu vngulæ aperuit, aderatque inexpectatus, vbiubi volebat; omniumque, etsi incitatissimorum anteuertebat equorum cursum:  
nunc

nunc vnus oppiduli ambitu circumseptus, alis exutus, & quod videtur indignius, catenis iniectis ita custoditur, vt pedē efferre non possit amplius: Nosque, apud quos suæ pernicitatis, & roboris specimen daturus erat; imò iam dederat; non requisitus; in media nunc spe destituti,

*Crudelesq; Deos, crudeliaq; astra vocamus.*

ò tu adesles, & meum, & Soranei, & communiū amicorum gaudium, quod in sinu gestamus, & vicissim ore oculis, toto vultu indicamus, videres? ò bardos illos, & obesæ naris, quibus tam facile imposuit. Id si fiet, quod ipse ad amicos scribi, gaudio pene desipiam, & insultabo victoribus nostris, quibus non rectè cesserint suæ technæ. Huic autem Comuni, cuius certè causa doleo, itidem accidit, vt Aesopico canī, carnīs vmbra[m] sectanti, & quam ore gestabat, veram ac solidam dimittenti. Et quid fiet publicæ huic Scholæ, te iam omnino recusante; illo, ne venire possit, tam multis, vt narrat, vinculis implicato? opinor, quia nemini vestrum obtrudi potest, ad me ibitur. frustra; nam hæret animo infixum clauo trabali, vt aiunt, quod semel proposui. Et ne quid dubites, iam conuersui, ad hos quindecim dies vltimum discessurus. Tu inanibus istis gaudijs fructe, & me ama, Guastalla.

Jacobus Vestianus Iulio Cæsari Caballino  
S. P. D. Caput.

**L**ætus sum, inquit, hæc or Nazianus laudari  
me abs te Pater laudato viro. Ego verò, cur  
non idem tecum vsuipem, ut humanissimè  
quem ob ætatem, & amorem etiam, ut video pa-  
rentem iure appellare possum; ob egregias animi  
atque ingenij artes, doctrinamque non vulgare,  
multis lucubrationibus testatam, laudatissimum  
esse scio. Ut quod est tibi integerrimo, ut mihi  
quidem videris, viro ingenuè & modestè fatear:  
inanis cuiusdam, & popularis gloriæ non sum e-  
go, aut vnquam fui nimis auicus; sed neq; veræ &  
solidæ contemptor ambitiosus. Quapropter ut  
illam non aucupor; ita hanc non rejicio ab sincere  
cordati viri pectore venientem, qualem esse te  
neq; vnquam dubitavi, & nunc sum maxime exper-  
tus. Tibi igitur tali viro, harum literarum, quas  
vterque profitemur, in quibus totam ætatem iu-  
cundissimè, ut puto, triuisti, seientissimo non im-  
probari genus scribendi meum vehementer gau-  
deo. Illud doleo non posse mihi, meæ tenuitatis  
optimæ conscio, tuis & si disertissime scriptis lito-  
ris persuaderi, ut is sim, qualem me nimis belle  
depingis. Quamquam enim te, neq; ob ætatem blã-  
dientem; neq; ob integritatem mendacem, neq;  
ob doctrinam, & ingenij acumen, exorbitalis lip-

S pien-

p. . . . .tem, quod aiunt, suspicari illo modo possum: ob amorem tamen, quo me nimio prosequi videris, cæcutientem opinari iure possum. Immodico igitur amori immodicas istas tuas laudes adscribo, conaturus efficere, ut is aliquando sim, qualem iam facis. eam ob causam a studiis me subtrahere docendi occupationibus itatui; ut græcis quoque Musis (quas in poterum colere, & amata olim studia recipere in animo est) fauentibus, ea prius addiscam, quæ alios honestius etiam & fructu osius, ut puto, docere deinde possum. Non enim signa hæc quasi miles ignavus, aut levis transfuga desero, amplius non redditurus: sed disciplinam hanc modò possum, a præstantissimo alterius classi & ordinis Duce plenè percepturus. tua præconia animum sua sponte ad hæc laudem satis incitatum multò magis stimulant, ut ad eam metâ properet, à qua non abesse longissimè. cui, sui modò paulum amanti, non perfundere literæ tuæ eruditionis sale condite, & miris benivolentiæ notis insignes?

Sed animùm liberalis es, Camille, qui, quæ tuæ sunt; alijs plena manu dilargiris. Non Vestianicæ tamen est, scribere Latine & emendatè; disertè & eloquenter; doctè & prudenter. sed reprimo me, ne cui forte videar de eadem, quam accepi pecunia es. apud te contractum dissolvere. et si qua id verat lex? Vera autem dicere, me quivis facile coniciat, qui tuum norit ingenium; diuturnam, in qua adhuc versaris, profitendi occasionem;

lon-

longissimam ætatem in optimis & persequendis,  
 & interpretandis Auctoribus pene consumptam,  
 nec dum lassitudine impeditam. Quapropter est,  
 quod vehementer & ex animo doleam, invidere  
 scilicet fortunam id boni Guastallæ, terræ, ita me  
 Deus amet, de viris doctis semper optimè meri-  
 ta. Etenim si vera sunt, quæ scribis (cûr autem  
 de candore animi tui dubitem?) Guastallenses,  
 quibus iustissimis de causis lata omnia & fortuna  
 ta esse cupio: te huius publicæ Academiæ mode-  
 ratore iam designato, & declarato planè carebunt.  
 Augetur ex eo dolor, quòd neq; is, quem ego pro-  
 posueram virum sanè eruditum, in scribendo val-  
 de excellentem, in docendo exercitatum, & in di-  
 cendo eximium; sui iuris est amplius; & si effect,  
 de voluntate dubitarem tamen quòd parum libe-  
 raliter habitus, parû bona fide accersitus sibi, neq;  
 iniuria visus est à quibusdam, quibus aliud fuit  
 in corde, aliud in ore. Mihi autem quod semel  
 proposui, exequi certum est: & de mansione, ad  
 quam tuo etiam nomine assidue me hortantur Bô-  
 rani fratres, statuerè integrum non est: cum, vt ca-  
 tera taceam, unâ cum fratre iam remissis suppellex  
 nostra Regiûm asportata sit; egoq; hic eum fulcro  
 ligneo, & capsâ librariâ Placentiam, vbi se aliqua  
 oneraria navis obtulerit, auerenda relicto.

Tu igitur, si me audis, obiste; nec tuis Civibus,  
 aut etiam Prætoris seu præcibus, seu iustis primo  
 statim impetu cedo. Iure velim cum istis agas, cû  
 tecum iniuriose ab ipodem actum sit. In ceteris do-

cui provinciam in patria eripuistis Cives: iuste ego ab exteris honestam & fructuosam profitendi occasionem flagitavi, & facile tum consecutus. Eandem cum propediem subiturum me iureiurando pollicitus sim, quæ tandem noua hæc in me à vobis oritur iniuria, ut patria pedem efferre, & quæ solemniter feci promissa, præstare non possim? sed ego stultè facio, qui doceam, pulus videlicet equum bellatorum manuum aciem procurrere. Vale igitur, & me ama. Gaustalla, XVIII. Kal. Octobris. M. DC. XV.

## LXXX XI.

Iacobus Vestianus Persio Carratio, I. C.  
S. P. D. Romam.

**H** Emineo, cui cariora sint vel cum aliquo incommodo amicorum commoda: soleoq; meis animi studijs, & propensione voluntatis illorum voluntatem, ac voluptatem facile se libenter anteferre. At vero nunc longe aliter mihi tecum res euenire videtur. Doleo enim & molestissima angor assidue cura, quod Romam, quæ iam pridem, me quoq; suatore, toto animo adpirabas, tandem peruereris; quod cum nactus sis cotubernalem, quem si arbitratu tuo ipsi tibi fingere licuisset, non alium cetero neque venustiorum, neq; tuis & studijs & moribus aptiorem faxisses: quod denique istius Urbis maectate, nobilitate, magnitudine,



tudine, omni ex parte beatus fruaris. Quid enim? tua ista felicitas, & laetitia nimis fortunam me intelicem & infortunatum reddit. Quanti te, quanti tuum amorem facerem, nunc, quod procul abes cognosco magis, quam essent iucundi sermones tui, quam dulces congressus, nunc denique experior, cum illis careo, &, ni fallor, carere debeo (certè suspicor, ut debeam) ad multos annos. His rebus omnibus non modo priuatus sum ex tua profectioe, sed quod pungit me acerbius, me ipse sum opinione valde deceptus. Credebam enim me ab te amari, & amari ex animo: multa fuerant in iudicia, sermonis, affectuū, studiorum communiōnis; quando scilicet non minus commode, aut frequenter amoeniora hæc, quam legalia tua studia tractabas. nunc amorem tuum (sine me, quod sentio liberè loqui) bene simulatum video. negas? te conuictum dabo. litteras ad Patrem, ad amicos, ad ipsos Auditores meos nec semel, & longas misisti. ad me, non dico quas, sed quam exarsisti? scio non esse te adeo perfidiam fontis, ut quod faciunt multi, ad illud confugere velis excusationis genus, misisse te, non fuisse redditas. Quis enim in ista cœli temperie, silentibus ventis, quam alia omnes in suos queq; aduēctæ sint portus, vnas meas irato Neptuno, aut aduerso Mercatio naufragium fecisse?

At hoc in otio, inquires, si nescis plus negotij, est quam fortasse putas. grauisimis, assiduis, exercendi iuris, frequentandæ Curia, Fori aecundi

premos occupationibus. Ad alios scripsi, quod erat necesse: tecum nulla mihi nunc res, nullum negotium: & inanes literas mittere nec libuit, nec vacavit. Bona verba, mi Perfi. nullius culpæ affinis es, id probare si potes. nam ut concedam, ad patrem scripsisse te, aut necessitatis, aut pietatis causa, & debita in parentes venerationis: ad alios certè alla scripsisti de causa, officij videlicet, humanitatis, benevolentia studio ductus: quam si mihi per literas, ut expectabam, ut volebam, ut summo perere auebam, testari pigebat: simulare saltem per aliquam salutationem licebat, ijs ipsis, ad quos scripsitabas, libenter nuntiaturis.

Videoræ tibi paullo acerbis, quam mea natura fert, nunc cocurrere amoris in te mei magnitudinem collige: & tui, quod ferre vix queo, desiderium absentis recognosce. Hoc tuis nisi forte lenieris aut frequentibus, aut longissimis literis, meas expecta vnas atq; alteras singula quaque hebdomada querelarum plenissimas. sed mane: aliqua te, non omni culpa, aut culpæ suspitione libero. Nunc ipsum ad me venit soraneus, & tuo nomine salutem dicit. Cognoui igitur, te mei proptus oblitum non esse: gaudeo sane vehementer; ea etiam, quæ me excruciebat, molestia non minimum leuatus; quam penitus absterteris, si cū erit otium & commodum, aliquas ad me quoq; hinc literas animam induxeris, latinæ, & longas, & tuæ plenissimas comitatis, quam frustra in alijs requiro; in alijs, quibus sane careat, probare non possum.

possum. Vale Guastalla. IV. Kal. Februarij.  
M. DC. XIV.

## LXXXII.

Eidem.

Romam.

**M**ultorum dierum silentium, mi optime & humanissime Persi, tumpemus quando mihi, tibi quoque, ut reor, per supercilijs ferias a nostris licet feriari occupationibus, & paulisper respirare. At unde habet nostras exortiri pugnas? iude risisse me, cum extuis literis perspexi, pupugisse te edentulas meas superiores literas, Aprum egregie simulantem, & absq; veris aculeis tuos Echinos perstringentes. Ex sumasti igitur me serio loqui, & de animi tui candore vere dubitare? à nimis facilem, & credulum! o miræ probitatis, & quam Aula non habet, ingenuæ sinceritatis virum! ego vero non solum gaudeo, sed penè triumpho ita te fuisse comotum, ut pluribus argumentis probare conatus sis, quam opinione falsus sim, quam etiã inurbanus, qui tibi aliã quam animi simulationem affingere non dubitatum, quid enim? ex tam diligenti propugnacione & defensione dignitatis tuæ, quali cega me amore sis, quali affectu, multò, quã aorta feceram perspexi magis. Quod si aliter, quæ sum moperetã, at frustra ut videbar, exoptabam, eliceraba te non poterant lepidissime literæ tuæ: tantum erot, ut tibi

S 4 aut

aut iratus essem, aut esse simularem, ut profecto  
simulavi.

Neque enim ego secus ac deceat, de te, candidis-  
si mi peccatoris viro, unquam dubitavi, quem toto  
hoc benigno iudicio in modestissimum, adamanissi-  
mum, integerrimum in sum expertus. ita igitur scri-  
bere animo meo tunc non collubitum fuit, siue ut scri-  
benti argumentum undecunq; arripere; siue ut scri-  
benti aliquam rationem extorquerem.  
sic enim cogitabam: ut stertenti, & arte dormien-  
ti ingenti clamore: ita diuturniore, quam par est,  
silentio utenti punctura aliqua opus est ad exci-  
tandum. in commentum feliciter celsa tuta enim  
experrectus es, ita ad veri & boni amici officium  
perductus, ut pleniorum etiam, quam volebam de-  
deris flagitanti epistolam; quae strident cara fuit;  
ut tu esse solebas, quoties suavissimis tuis sermo-  
nibus quotidianam lassitudinem docendi meam  
sanè frequenter, & amanter leuabis. Quod ut fa-  
cias interdum, tunc mea, qui tuis literis valde de-  
lector; tunc tua etiam mehercule causa vehementer  
opto. erit id tibi maximo adiumento non modo  
ad linguae latinae puritatem tibi comparandam;  
sed quandam etiam scribendi facilitatem assequen-  
dam. qua nullo deinde negotio, nullo labore animi  
tui sensa expromere, & quae ad legalem scientiam  
tuam pertinebunt, multa cum dignitate exprime-  
re valebis. quod quanti ubique, tunc Romae fiat,  
nihil attinet dicere, cum te quotidie id experiri  
non ignorem. Iste enim ex pagina frequentius,  
quam

quàm ore; scriptis, quàm voce tus responderetur. quod si ore tamè, ut alicubi, & apud nos; vter quæ-  
 sit faciat commodiùs, ille ne, qui latinam linguam  
 æcunq; olim didicit, an qui semel perceptam fre-  
 quenti lectione diligenter scriptione firmavit, ac  
 studiosè formavit? Neq; illos audias, qui dicunt  
 in Grammaticorum tricis senescendum non esse.  
 Hi enim aut nihil dicunt, aut certè quid dicant,  
 non satis sciunt, neq; ego tibi sum auctor, ut dimis-  
 sis grauioribus studijs, & fori, ut sic dicã, præexer-  
 citamentis totum diem teras in Poetarum fabu-  
 lis, Oratorum argutijs, Historicorum concioni-  
 bus lectitandis (quis enim modò sane mentis id  
 suadeat?) sed neq; damnem, imò probem vehem-  
 enter, si horis suburbanis linguæ latinæ optimos  
 auctores quasi per ludam, ac non sine attentione  
 peruersus. Plurimum certè id proderit & animo  
 grauioribus tractandis delassato studijs; & stilo,  
 quo valde, ut video, delectaris ppoliando, in istis  
 amœnitate descendere. Et quoniam in hunc  
 sermonem incidimus, audiuiq; de Soraneo nostro,  
 illud te valde cupere, quales tibi videantur epi-  
 stolæ tuæ ex me ipso intelligere quid de illis sen-  
 tiam non grauior a scribere præsertim ad te, il-  
 lud præfatus, nihil me blande locuturum, nihil sub-  
 uolè, sed ingenuè, ut soleo, protaturum, meam sen-  
 tentiam, fallam fortasse iudicij culpa, non vitio  
 voluntatis.

In epistola; ut in quavis scriptione tria in pri-  
 mis cõsidero sentècias, verba, & nexus. Sentècias  
 appel-

appello, quas vulgò cōceptus dicimus; verba, quibus illas exprimimus; nexus colligationes, quibus diuersæ illæ partes, & membra aptissimo inter se vinculo coniunguntur, & in vnum veluti corpus coagmentantur. Harum duabus tu mihi probè satisfacis, sententijs, & nexibus. ingeniosè enim argumenta, expogitas, & res colligis cum delectus partes etiam ita connectis, vt venustate quadam sibi inuicem respondeant. In verborum delectu non ita oculatus, & sedulus videris, & phrasum, vt vocant, puritate, aut etiam proprietate, familiaritatem etiam interdum desidero, id est diligentem quandoq; negligentiam, quæ ex temporalem quidem, & familiarem, sed paulò accuratorem terrorem imiteretur. Hoc meum, quod exquiris, de tuis epistolis iudicium est, si quid tamen video; & quam parùm videam, equidem non ignoro; sed tibi mos gerendus fuit, qui imperasti, aut, quod imperij loco est, id se vehementer optare per amicum significasti. Vale Guastallæ X. Kal. Martij.

## LXXXIII.

Eidem.

Romam.

**P**erge vt facis, Carrati, stilum exerce: mihi crede, non eorum modò, qui de isto præclaro ingenio tuo magna sibi polliciti sunt, expectationi respondebis; sed omnium opinionem in hoc quoque scribendi genere facillè superabis. Non  
tuis

tuis auribus blandior, non id ago, ut veluti currentis, sed à meta longissimè remoto addam calcaria solum. Nosti me, nosti animi mei sinceritatem, id quod res est, aut certè id, quod esse videtur, ingenuè pronuntio. Qui aliter debeo cum amicis? immo, cum omnibus, sed præsertim cum amicis. Tibi igitur affirmo, nec falli me puto; tantum te in hoc quoque epistolari scribendi genere profecisse, ut si hoc modo pergas, non ego tibi quod postulas, eloquentiæ præcepta, quæ nec fortasse teneo, traditurus sim: sed abs te potius ~~erix~~ efflagitaturus. Hic, quæ tua est modestia, & discendi amor, & abiectior, quàm par est, opinio de te; videre videor in vna illa cogitatione defixum: cum ego personam, quâ profiteri soleo, ~~exerim~~, atque in rebus quoque serijs, quod in ludicris interdum lubet, amicos circumueniam. Non facio Perfi, non facio. hæc certè in te dico id, quod verè sentio, cognoui quæ non solum ~~erix~~, quas ad me proximè, sed ex illis etiam, quas ad Scranæum, ad Ghusulphum dedisti literis; te ipsum videlicet in latine scribendo ita, & quidem brevissimo tempore, superasse, ut alius mihi planè videre: Quod mirum non est ab isto id factum ingenio, ad omnia præclata nato; cum præsertim romanum istud cælum nactus sis, quod omnium ingenijs mirificè fruatur.

Taceo consuetudinem non tui solum Spilbergij, & Cattanei, sed aliorum quoque doctissimorum virorum, in quorum te, si non

om

omnium, certè plurimum morum familiaritatem legalia doctrina tua, politioribus decorata literis, probitate, & morum suauitate insinuassem iam debes, quos ut præteream omnes, & vno contentus sum, doctissimus ille, Urbis decus, & Ecclesiæ ornamentum singulare, Maphæus Cardinalis Barberinus, nonne omnium instar tibi esse potest, & iure debet? Hunc cole, hunc observa, hunc reuerere Persi: non erit, mihi crede, quod quidem ad eruditionem, & stili candorem, & tuam existimationem attinet, sine maximo lucro. ò si ego tanti aliquando Principis benevolentiam singulari meæ obseruantia (qua cum prosequi cœpi, ex quo tua prædicatione, & luculentissimis quæ misisti scriptis, talem ac tantam ingenij præstantiam cognoui) demereri possem te intercessore, quis me in terris felicior! quis fortunatior! Non ausim tamen hoc tempore, non ausim vel per te qui illi, ut audio, intimus es & valde carus, efficere aut conari, illi ut notum sit, neminem vnum esse, cui plus ego tribuam, quem studiosius colam & obseruem magis, quàm ipsum, mihi licet adhuc de facie ignotum. Veniam fortasse olim, & præsentem dabitur sacras istas vestes exosculari: nam, ut meæ se nunc res habent, aliæ equidem cogitare cogor. neq; tamen essem adeò perfricta frontis, ut Virum talè, ista dignitate quæ à summa vno gradu abest, iam pridem, collocatum, græcè & latinè doctissimū literis vix tinctus græcis alloqui vellem.

Ac non despero fore, quin aliquando id, quod arden-



ardentissime cupio, consequi etiam per te & facillime possim. Quid enim s' an fortasse putas, mihi inter adolescentulos & numerosam hanc publicam vestram scholam consensendum esse & erras: missionem iam, & grè id quidem, nec sine precibus; sed impetraui tamen. Placentiæ me expectat vir in literis magnus, vtriusque linguæ scientissimus. Dein Pataviū habebis per tres aut quatuor, plus minus annos (ita certè animus est) ut quæ intermisi iam pridem Philosophiæ studia, recolam paulo diligentius. Vrbs tandem excipiet diuicissime habitura, quā olim expertus sum meis & studijs, & votis optimam parentem. De fratre ne sis sollicitus: habebit, ni fallor Gaustalla virum per eruditum, a micum meum, quem XII. Viris proposui non sine veris probitatis, & eloquentiæ indicijs. Is, si ut spero, huic venerit, non erit, crede tuo Vectiano, cur fratrem, aut alios, perfronem meæ aut pigeat, aut peniteat. Vale. XI. Kal. Maij. M. DC. XV.

---

LXXXIV.

Eidem.

Romam.

**E**N meas, ut iussisti, ad istum eximio dignitatis honore conspicuum, & summum doctorum virum, vacillanti manu exaratas literas: literas inquam, quæ sibi non constant magis, quàm ego mihi constarem ipsi, si præsens augustam istius oris maiestatem intuerer. Tu, qui eloquio vales non minus, quàm gratia, eorum imbecillitatem lusten-

sustenta, animum adde, aut saltem timorem imminue; nam exhorrescunt, ut vides. Quam ex nimia amoris abundantia sponte suscepisti provinciam, hanc ne desere; & me, quando cepisti, infimum quavis, & pusillum hominem tanto Principi in clientelam trade. Quantum tibi iam hoc nomine debeam, quantum perpetuo debiturus sim, si beneficij, magnitudinem vides, ipse cogita. Profectionem meamque ad Kal. Iulias futura erat, in Idus septembres distulisti, cum ut rebus fratris, quando occasio ita fert, melius consulerem; tum ut XII. Viris de me semper optime meritis, id enixe precantibus gratificaret.

De Bonopresij Professore amico meo res inibi erat, ut transigeretur; cum senex quidam Carpenfis citato curio Guastalam aduolauit, seq; omnibus publica lectione in Palatij Aula, huc a nemine, quod aiunt, vocatus venditavit, tale specimen suae eruditionis; & in docendo dexteritatis dare volens. Quid queris? nostri hominum ingenia, praesertim imperitorum, quotum ubiq; magnus numerus. Ad eum igitur ubi talium concursus magnus factus est, & ille peroravit; Mercurium caelo delapsum; exclamare omnes homines suspicere, admirari, monstrare dicere. Abijt igitur laudibus conuulsus, & acclamationibus cohorsatus; meo & paucorum silentio, aut saltem non magna praesentio exceptus; qui aliud & specimen optabamus, & iure volebamus, quod etiam dedit, necio quam bonum, sed tunc non eximium. Itaq; vix dixi

dixi, abijt, & Horatium Sabbadinum, quem ego  
 proposueram, Bononiensem illum pereruditum,  
 & valde elegantem virum, possessione veluti deie-  
 cit: quod si factum est, aut fiet, Guastallensem cau-  
 sa vehementer doleo: nam aut ego fallor, aut ipsi  
 non alium facile inuenient eruditione, moribus,  
 atque oneri ferendo aptissima cum eo comparan-  
 dum, Sed ipsi viderint, sibi quid agendum, quis  
 potissimum accersendus. mea enim quid tandem  
 refert, vter vtri proponatur, & in meum locum  
 sufficiat? tantum liceat exequi, quod semel co-  
 stitui cum Iacobo Soraneo nostro, quod quoniam  
 tibi quoque mirifice arridet, placere etiam nobis  
 iacet copit magis. Vale Guastalle Kal. Iunij

## LXXXV.

Maphæo Barberino Viro græcè, & latine  
 Doctissimo. S. R. E. Presbytero Cardi-  
 nali. S. F. P.  
 Iacobus Vectianus.

**D**eterrebat me, et si absentem, Vir Amplissi-  
 me, istius purpurae fulgor infimæ conditio-  
 nis hominem, quò mirius Te, quem huma-  
 nissimum esse audiebam, doctissimum non igno-  
 rabam, vel per literas salutarem, & indicarem, ne-  
 mica omnium, qui viuunt, esse quem plaris face-  
 rem, aut reuereret magis ausus tantum amico vi-  
 ro tibi addicissimum. Passio Carratio singularem

erga

erga Te animi mei propensionem & obseruan-  
 tiam, opportuna oblata occasione, significare. Il-  
 le vero, vt me amantissimus est, continere te non  
 potuit, quin me in tua, quæ neminem rejicit virtu-  
 tis studiosum, gratia ponere conaretur, monuit  
 deinde, quid me in scio factum sit: vt Tu in ista di-  
 gnitate collocatus, Vir græcæ & latinæ doctissi-  
 mus, privati hominis, literis veriùs tractis, quàm  
 eruditi, obseruatæ significationem, alieno prola-  
 tam ore, vultu animi indice lato susceperis; &  
 quod singularis benignitatis argumentum est,  
 meas literas non grauatè lecturum Te affirmaris.

Ego, Cardinalis Amplissime, & verè Illustris-  
 sime, vt id quod est, ingenue fatear; tali accepto  
 nuncio, qui iucundissimus esse debebat, vt reuera  
 fuit, paulo post subita animi consternatione cor-  
 ruptus sum; quique præsens istam propemodum  
 ex horrescerem, certè οὐ πολλῶν ἢ οὐκ reuererem  
 & præsentiam, & doctrinam meæ tenuitatis opti-  
 mæ conscius: ita nunc per epistolam, quæ erubescere  
 non solet, me detegere coactus, valde animo  
 commoueor, cuius rei causa titubat mens & ma-  
 nus, nec quid scribam, aut etiam velim, fat scio,  
 aut exprimere possum, sed tu ex amici mihi homi-  
 nis fermose iam puto nosti: cupere me videlicet,  
 vt in eorum numero, qui Te ob eximias animi &  
 ingenij dotes magis, quàm ob istam Dignitatem  
 (tuis eodem virtutibus debitum, non par ta-  
 men, vt reor, aut supremum præmium) summo-  
 nere colunt, atque obseruant, infimus saltem col-  
 locer,

locer. Etenim, si egregia quadam erga Te animorum propensione, ardenti studio, singulari observantia promereri id homines possunt: ut nemini cedo, qui Te amet ardentius, studiosius colat, & diligentius obseruet: ita mihi videor hoc saltem nomen abs te non esse reiiciendus. Vale Guastalæ. Kal. Iunij. M. DC. XV.

## LXXXVI.

Iacobus Vectianus Persio Carratio

S. P. D.

Romam.

**D**Octissimus, & amplissimus Vir Cardinalis Barberinus ad eas literas, quas ego illi per te reddendas curavi, Spoletio respondi, meq; in suum patrociniū & clientelam suscepisse iam benignissimè affirmavit. Qua ex re quanta sim voluptate perfusus, quanta nunc fruar; exprimere equidem, vel si maximè cupiam, nullo mudo possim. Diu cogitavi, & dubitavi, num alteris literis gratiæ mihi forent agendæ de propensissima illius in me, quam indicavit voluntate, sed veritus, ne Viro gravissimo, & Ecclesiæ suæ regendæ negotijs occupatissimo molestus esse; officio, debito fortasse, ac propemodum necessario abstinere statui; cum præsertim, quod ad silentium attinet, & tacitam reuerentiā, in eandem, etiam sententiā ire viderantur spilimpergius tuus & tuus Guerrerius. Quod si nobiscum & ipse sentis, consiliumq; nostrum probas; ego tamen & obse-

T

cro,

cro. ut si forte ad eum officij, aut negotij alicuius causa literas dare contigerit, meo tu nomine immortales gratias agas de tanto, ac tam singulari beneficio; quod me in eorum numerum, qui illum summopere observant; quibus ipse mirifice fauet, ascribere dignatus sit. Id abs te si impetro, hoc tibi debebo magis, quod talis ac tanti Parroni gratiam mihi non solum comparaueris, sed comparatam tuis etiam officijs vnus, & peramanter conseruaueris. quanquam nec mihi ipse de ero, aut in eo tibi negligens videbor, cum tempus requireret, vel occasio postulabit.

Spilimbergium nostrum Guastallam a parentibus relictam, urbem, & te reliquisse, hoc vehementius doleo, quod neq; mihi, hinc propediem discessuro, iucundissima eius necessitudine frui licebit. Cum ego de Vrbe multos plures de te iam sermones habui: quæ narrauit, periuicunda fuerunt sanè multa, illud præ ceteris; te mira quadam dexterritate, suauitate morum, & eruditioris præstantia plurimos doctrina, & dignitate eminentes viros tibi conciliasse: inter quos audio esse Antonium Quærengrum, quem ego quoq; ex quo Mutinæ cognoui virum doctissimum, & humanissimum senem ita obseruare cœpi, ut neminem possim magis, aut debeam, quid enim? ita me ille quoque dilexit, & nunc diligit puro, ut suis neq; vnis, neq; leuibus officijs apud Estenses Principes quorum erat in aula, cum se tulit occasio, inuenit sanè studiose, & libenter. Talem igitur, ac tantum cum

adie-

adleris officij, aut studiorum gratia, vt meis ver-  
bis studiosissime salutes, etiam atq; etiam te rogo  
Perfi; & simul significes, quod erit scio gratissimū,  
græcarum me literarum studio, ad quod pluribus  
olim verbis hortatus est, sub viro eum latinæ, tum  
huius literaturæ impensè docto, sedulam ac toler-  
tem operam paucis post mensibus nauaturum.  
Vale, & saluè à Spilimbergio, Guerrerio, & Sora-  
neo. Guastallæ VIII. Kal. Sextilis.

## LXXXVII.

Jacobus Vectianus Io. Baptista Vectiano  
fratri.

S. P. D. Placentiam.

**P**erge, mi frater, perge vt facis; nunc te vi-  
rum iudico. audio scilicet te græcorum om-  
nium Oratorē præstātissimum Demosthenē  
*Nocturna versare manā, versare diurna.*

est verò, cur ego maximas græcis Musis tibi dein-  
de gratias agam: illis, quòd te tandem me depre-  
catorē respexerint, & eam, quam volebam, mentē  
iniecerint: tibi, quòd fratri monenti & roganti se-  
dulò, in re optatissima tibiq; vtilissima serò qui-  
dem, sed aliquando tamen gratificari volueris.  
Illud doleo, quòd isti egregiæ voluntati tuæ, istis  
tam strenuis conatibus cætera non respondeant.  
Præceptore enim destitutus es, vt audio: propte-  
rea quòd Ricardus noster, quem tua causa, & mea

T 2 causa

causa omnia posse, & velle erudiri, valetudine excusat, & ætatem: sed parum fortasse amat, quem in tanta egestate, & bonarum artium fame, ac sic pene confectum deserit tamen, & laboriosam sanè provinciam eius tibi Auctoris explicandi oblitus te detrectat. Puto te hæc legentem frontem contrahere, & quorsum hæc? aie te deinde vero, cum te respexeris, & paulò diligentius excusseris, quò nã colliniam, quo ingenij acuminis es, facile dispicere. Mi frater, mi frater: non ita mihi discedenti pollicitus es; non ita malè de te meritis sunt bonæ literæ, ut meliorem fortasse illarum partem ad eò superbe contemnere debeas. sed olim, inquis, dabitur facultas huic quoque studio studiosè vacandi. credo equidem; cum videlicet, eum aliud tibi erit agendum, cogitandum, tractandum: cum mutatio loci, maturior ætas, superiorum iussa aliud flagitabunt.

Quã tibi inuideo istã ætatẽ, istũ locũ, istũ virum; quem aliquando tibi ereptum dolèbis, aut ademptum lugebis: frustra, & cum meo, sed ingrato atq; inivencundo rifu. Ac novi, novi (certè id valde suspicor) quid te à recta atq; amore viã; amor poetæ, & nimia latinæ eloquentiæ cupiditas, quam sequeris contento cursu, & fortasse assequeris: scio, quam? inanem, leuem, fucatam, sine sanguine, & vero colore. Deinde, ut sis eloquens, nunquam fueris eruditus, nunquam impensè doctus; nunquam eximius Poeta, nunquam sine hac absolute Orator, Exhibe mihi unum aliquem siue ex

veru-



vetustioribus, siue ex recentioribus, qui tali nomine dignus habeatur, & eam tamen, ad quam te hortor totis viribus amplectendam, latina lingua contentus, græcam neglexerit: Tum tibi eum sequendum propono, tibi se pone missis reliquis; scio ego virum nescio quem & multorum commendatione, & suis lucubrationibus clarum. hoc tamen nomine, quod græcè nescires, haud sanè multum viris doctis, tuo præsertim Mureto, probatū fuisse. Quapropter si me longè clamantem audis, in viam redi, mi frater: amoenissimos quoque istarum Hortos frequenter inuisit: nec te deterreat, quod se paulò angustior à principio ostendit hæc semita, præruptis vndiq; saxis, vt videtur, cincta atq; interdum etiam dumis obsita, & impedita, feret hæc eadem non post longissimos labores, ad patientem valde & iucundissimam planitiem, non florum solum amœnitate, sed fructuum etiam vbertate, & varietate conspicuam. Labyrinthum tibi ingressus videre? Dabit filium Ricardus, nouus ingenio Dardalus.

Sed *caninus surdis*. alia te aliò trahit voluptas: tuæ te nimis deliniunt Syrenes, latinæ Musæ. Falleris, inquit, in hac quoque aliquid quotidie impendo operæ: leuiter degusto. ita puto equidem, vt è Nilo Canis videlicet, moues tu quidem, sed nihil promoues. Animo hic etiam toto opus est, ex æquo, & bono iure tibi sunt diuidenda quotidie studia, si potes: tantum græcis, quantum latinis literis impendendum temporis; non his iusto plus

tribuendum, illis propemodum nihil, aut certe  
perpusillum. At, aliter sentiunt, qui me in latinis  
exercent. Si ita est,

————— *Verbum non amplius addo:*

tantum moneo, quod rectum videtur. Ibi pro sua  
prudencia, tu pro tua voluntate, aut etiam pro vo-  
luptate statues, teq; à me plus, minusve diligenti-  
ter, quò tu plus, minusve literas græcas re & fa-  
ctis, non specie, & verbis dilexeris. Vale Guastal-  
la Idibus Ianuarij. M. DC. XIV.

Ricardum nostrum ex me saluta, virum tali hit-  
manitate præditum tanta probitate, vt impensius  
te amare videatur in dies: etsi tu ea tractas negli-  
genter studia, in quibus ipse excellit, & quæ ab om-  
nibus, abs te præsertim, amari vellent.

### LXXXVIII.

Eidem.

Placentiam.

**A** Me te, mi frater, quòd græcas literas amare  
te audio: ignosco, si ita est, vt scribis; iustiss-  
imis de causis non licuisse tibi tantum temporis isti  
etiam studio impendere, quantum voluisses. gau-  
deo etiam occasionem tibi nunc oblatam diuidi-  
tus, vt meis votis plenè satisfacere, & tuis studijs  
rectius possis consulere in posterum. Non equi-  
dem lætor, Præceptorem illum tuum, quem doctis-  
simum esse & diligentissimum audiebam, aliò fuis-  
se vocatum: sed minus doleo tamen illius te fecis-  
se iacturam, à quo, vt ingenuè fatear, te nimis in-  
laci-

latinis occupari suspicatus sum, de grecis mi-  
 mum laborante cum præsertim haud ignorem, in  
 ista Societate vestra parum, aut nihil referre po-  
 tius, vtrum ab hoc, an ab illo docearis, cum qui id  
 profitentur munus, omnes eruditissimi sint, & ea-  
 dem prorsus methodo vtantur summa equidem  
 voluptate perusus sum cum intellexi nouum istum,  
 quem modo nactus es studiorum tuorum modera-  
 torem, mecum sentire (ecquis auem differat!)  
 de literis grecis; teq; cohortatum fuisse ad illas  
 toto peccare cõplectendas. nec me continere pos-  
 sem, si tu nomen adscripisses, quin per literas sa-  
 lutarem, & te illi vel hoc nomine commendarem  
 magis. Velim tamen, vt eum non meis solùm ver-  
 bis resalutes, & gratias agas de tanta humanitate  
 singulares; verum etiam efficias, vt exploratũ ha-  
 beat, me sibi nõ minus, quàm te, et si tua vnus cau-  
 sa, perpetuò debiturum.

Queris, quid sentiam de epistola & carminibus?  
 laudo vtramque scriptionem; & q; hortor, vt rem  
 vrgeas, dum licet: si perges vt cœpisti, non ad ali-  
 quam solùm mediocritatem tibi adspirare lice-  
 bit multorum metam; sed eniti ad supremum illud  
 decus, ad qd pauci perueniunt. Idem autem etis (et si  
 non immatura illa quidem est, aut nimis acerba)  
 satis emendatè scribis satis ingeniosè et eleganter  
 tum soluta, tum numeris vinc̃ta oratione cum ali-  
 quid etiam italicè exarare lubet, & ea quoque vti  
 quam etruscam linguam vocant, non sanè mihi vi-  
 deris aut insulsus, aut indiseruus. Quid restat?

T 4 quid?

quid? iam nosti.

---

*numero Deus impare gaudet.*

o te felicem si, quod facile potes, quemadmodum latinam cum itala; ita græcam cum latina lingua coniunxeris. sed reprimo me, ne tibi molestus sim, ea si nimis frequenter laudem, quasi adhuc diffidam, quæ apud te laudatissima sunt. Vale, & Ricardum nostrum de more. Idibus Martij.

XCIX.

Eidem.

Placentiam.

**H**oc, quo ab assiduis laboribus respirare licet, Dominicæ quieti dicato die, posteriores literæ tuæ in manus opportunè venerunt quibus etsi necesse non erat, responsum tibi volui. ita enim facturum me sum pollicitus, & tu, scio, expectas. sed alia quoque, cur tibi literas deberem, nec levis causa ad fuit. Propediem ut reor, Ferrariam, Venetias, inde Patavium sum profecturus. Conscendam cum suavissimis comitibus, viris lepidissimis, nostris tuisque paulo post Santissimæ Virginis natalem diem. Tibi si quid opus, si quid Ricardum nostrum, quam celerimè potes, mane. neque me incusa, quod serò nunciarim. nudius tertius vel quartus, utputo, id apud me constitutum, ac planè deliberatum; cum intellexi videlicet tam bellos comites iucunditatis plenè illud, ut audio, ingressuros iter: etsi ego sanè non tam moueor ea voluptate quam magno, quo iam pridem teneor, & in-

credi-

credibili desiderio tres illas vrb. spectandi, quæ inter Italicas præstantissimæ habentur. Quin moræ impatiens iam feror animo, & cogitatione ad refertissimas illas librorum venalium officinas, quas excussurus sum penè omnes. Hoc in genere si quid habes, si quid Ricardus, quod mandetis, arripe calamum, nuncia celeriter; festinato opus est, nam ego propero, & iam manticas paravi, imò inferri non vnas.

De sorore læta interdum, tristia frequentius nunciatur. cum remississe morbus videtur, vires sumit: ita varius est, ita ambiguus, vt Medici hæreant, atque interdum desperent. assiduis precibus cælesti Medico commendanda est, quando humana remedia ne hibum quidem proficiunt. De me ipso omnem iam metum procul abijce: in pristinã, & meliorem fortasse, sum valetudinem restitutus. frænum ne injicias torpenti equo: tempero mihi iam pridem, quod mones, à grauioribus studiõrũ laboribus. & illis me serio dare neque per domesticas occupationes licet, neque per hosce calores iuuat: itaque si ab hac segnitie bona valetudo, sum tibi propemodum immortalis futurus. Tu quoque cura vt bonum colorem induas, & istam, quam ex te audio, maciem deponas: quam si studia adferunt, differantur, aut remittantur bona cum venia eorum, quos habes, moderatorum. viribus ne multum fidas, quæquam illis vtare, vt tibi videris, sat firmis, te destituent, si animum, tanquam arcum nimis intentum habeas, & corruent

ruent imprudenti. sed iam appetunt vindemiales  
feriæ, quibus relicta Minerua, tetrica illa & vul-  
tuosa, cum Baccho hilariter viuendum. paulisper  
respire, præsertim si adspiras ad grauiora illa Phi-  
losophiæ studia. Octauio Trechæ, viro humanis-  
simo, & grauiissimo; quem ego quotidie colo, at-  
que obseruo magis plurimam nuncia ex me salu-  
tem: ad Ricardum hodie, si tantum orij dabitur,  
non salutem, sed literas mittere, in animo est. Va-  
le. X. Kal. Septembris.

C.

Eidem. Placentiam.

**A** Dest tibi frater incolumis à longa, nec satis  
tuta peregrinatione: &, quod vix credas,  
minimè delassatus, aut contusus. Tàm ci-  
tò, inquires? ne mirere: Pegasus me vexit, ac re-  
tuxit: quam enim veram nauem conscensurus,  
eam venti abripuerunt, nec quas in oras delata  
sit, sciri adhuc potuit. belli etiam comites mei  
vix patria egressi, amissa zona, in quam commu-  
nis fuerat iniecta pecunia, domum rediunt vul-  
tu deiecto, & palloris consperso notis. At eum  
quem dixi honorem, habere mihi voluerunt Mu-  
lz, quas sanctè colo, vt nosti, & veneror iamdiu  
tecum, imò ante te. Verùm hoc commodum il-  
lud quoque tulit incommodi: quòd neque a lato  
illo equo descendere, & plenissimas illas, vt erat  
in

In animo, excutere bibliothecas; neque præstantissimarum vrbiũ situm, magnificentiam, & venustatem propius spectare potui. Itaque iure, & merito excusandus sum, si nihil inde, quod meis aut tuis studijs profuturum sit, retuli iocari desinam.

Pedem domo non extuli; non quòd mei me ceperit mutatio consilij (quæ tamen, vt ait Cicero, optimus pœnitenti portus) sed quòd egregijs illis comitibus, qui me in eam voluntatem, & certe nimis magnam cupiditatem coniecerant, cara nimis visa est nauis vectura. Ita narrarunt videlicet, cum Regium excurrissem ipsis Kalendis Septembris, vt sororem inuiserem ante discessum, Gualtalam, vt putabam, cum illis reuersurus, & nauem ibi tunc otiosè morantem statim conscensurus. Per moleste id, certè paulò acerbius ferrent, nisi alia me magis cura torqueret, miseranda videlicet morbi facies, qua nobis carissima soror acerrimè cruciatur. Minura scabies est, quæ totum iam corpus occupauit vsque ad o seuiens, vt miserrimam penitus illa vitam degat. Ab ipsa, à marito, à me ipso, à medicis nihil intactam, nihil intentatum, quod quidem profuturum videretur. Tu tamen illius virilem animi fortitudinem præsens admiraueris scio, assiduis doloribus & morbi diuturnitati haud quanquam cedentem, aut succumbentem: quin potius Diuinæ bonitati gratias agentem, & grauiora etiã, animæ si profutura sint, atque acerbiora tormen-

ra ex animo reposcentem . quas ego voces , cum  
 adesset , non semel audiens , lacrymas quas illa  
 viriliter continet , cohibere non potui . Cui ego  
 vt aliquam consolationem , & voluptatem etiam  
 afferrem , pollicitus sum enixè postulanti , Petri  
 Pauli è filijs natu maioris , necdum quinquennis ,  
 curam suscepturum , mecumque in posterum ha-  
 biturum semper . O inania hominum consilia ! o  
 mera , quæ serò agitamus , nisi Deus approbet sô-  
 nia ! en mihi via aperitur ad animi tranquillita-  
 tem ad studiorum otium , ad aliquam laborum le-  
 uationem . sed nimis citò , imò serò nimis meam  
 sortem queror . nondum scio , quid à me velit  
 Deus ; attentè audiam , & obtemperabo , certus  
 optimam illam & tutissimam fore viam , per quã  
 ille me non inuitum ducet . Tu tuis & Sodalium  
 precibus , post sororem Sanctissimæ Triadi , & su-  
 peris omnibus præcipuo aliquo orationis gene-  
 re feruentissimè commendatam , me quoque iu-  
 uare ne desine . Vale . Gaustalla Idibus Ssptem-  
 bris .

---

 C I .

Eidem .

Parmam .

**T**E Parmam grauiorum studiorum causa ve-  
 nisse vehementer gaudeo : atque eò qui-  
 dem magis , quòd cum propius ad nos ac-  
 cesseris , breuiori te itinere inuisere fratri nostro  
 lice-



licebit, qui in maximo est tui videndi, & alloquen-  
 di desiderio. ego vero, ut id quam primum fiat,  
 valde cupio. Illi enim suavor, atque anctor eris, ac  
 quod facturus est, aliquando efficiat. De vxore  
 ducenda loquor, quam neque negat velle, neque  
 quando velit constituit tamen. ego illi proposui,  
 & genere, & moribus honestissimam virginem  
 quam nosti N. N. nisi ingentis pecuniæ summa do-  
 tatam; pudore certis, & prudentia, & pudicitia,  
 quæ vera dōs est, & singulari modestiâ præditam.  
 hæret tamen adhuc, nec satis scit, quid deliberet.  
 Hoc tibi in aurem insusurro; merum litus est, me-  
 ta solitudo; saxum, truncus, & si quid his stupen-  
 dius. Illo igitur relicto ad nos redeamus. Iterum  
 gaudeo te studiorum causa Parmam venisse: hor-  
 torque, ut summa diligentia & intentione animi,  
 hoc est te toto, in ea studia incumbas. quæ tu, Pæ-  
 tonis auctoritate persuasus, humanorum omnium  
 præstantissima esse planè confiteris. sed ea est  
 multorum opinio, ut qui in amœniores literas  
 natura paulò procliuiores sunt, parum sint apti,  
 parum idonei ad grauiores disciplinas comple-  
 ctendas. Pulchellis, aiunt, flosculis colligendis  
 assueti, quibus corollas delicatulis Musis intexant;  
 ad verendum sacra Philosophiæ specus, nemusq;  
 multis obsecratum embris, ad quod per frequen-  
 tes salebras itur; horrore quodam correpti; ani-  
 mo parum securo accedunt. Verùm eos longissi-  
 me falli & probarunt, & quotidie probant multi,  
 qui politioribus ornati literis, & citius, quam a-

lij, & multò facilius, ac felicius omne addiscunt  
 scientiarum genus. Ex horum te fore numero ut  
 sperem, facit & tua prudentia, & iste locus, & eo-  
 rum, quorum curæ commissus es, præstantissimo-  
 rum hominum solertia, & doctrina: quibus me  
 vel de facie ignotum per te vehementer commen-  
 dari cupio.

Rinaldus noster Mineruam cœpit odisse, Pal-  
 ladem amare, & in ore habere frequentissimam.  
 Cum enim hæc illi se varia ostenderit veste indu-  
 tam; armatam potius, quàm togatam suscipere,  
 & admirari, ac deinde sequi se coactum narrat.  
 An loquor *in divi ymros*; rem paucis aperiam. In-  
 nitatus à Francisco Gonzaga Principe omni lau-  
 de digno; cui à Philippo, III. Hispaniarum Rege  
 potestas facta est, Centuriam equitum, levis ar-  
 mature scribendi, ob recentes Sabaudia: tumultus;  
 Iuvenem generosissimum, & liberalissimum,  
 ad arma potius, quàm ad studia (quæ neque ne-  
 glexit, tamen aut contempsit quasi alter Marius)  
 traçanda natum secutus est; ut ei, & toti adfit co-  
 horti rebus sacris curandis, & confessionibus au-  
 diendis. Pellexit illum & Principis humanitas e-  
 quidem singularis; & magna spes honesti lucri  
 proposita. Decem aureos, narrat, in singulos  
 menses nullo, aut perexiguo labore in crumenam  
 iniecturus est. Diuitias Crassi, aut etiam Cræsi il-  
 li exopto (quidem homini amico, & animo erga  
 nos adeò propenso?) sed venit in mentem subue-  
 reri, ut satis tempore adueniat Indica illa navis  
 aureo,

anreo, vt sole, vellere or uilla. Equidem vt cate-  
ra illi obcingat optata omnia, non minimum  
certè molestiæ ac sollicitudinis, vt reor, homini,  
quod scis, honestissimo, & integerrimo militari  
illam licentiam allaturam opinor. sextus hic  
dies est, cum à nobis rediturus discessit, paulo  
post arreptis sarcinulis postremû abiturus, quod  
erit magno animi mei cû dolore. Auellitur enim  
à me ipso pars mei carissima, idest is, quem fra-  
tris loco multis, & iustis de causis non solum dili-  
go, sed amo vehementissime.

Et quid fiet misero mihi, in quem adeò graue  
onus incumbet? nondum succumbo equidem, sed  
verèor tamen, vt ferendo sim satis. Ilud soluat  
quod proprius à meta absûm, quam mihi propo-  
sui. Hanc ubi attigero Horatium monentem au-  
diam.

*Solue frnescentem mature sanus & equum,*

*Peccet ad extremum ridendus, & illa ducat.*

ne epistolam hic satis iam longam claudere erat  
in animo, cum illud incurrat, de sorore me nihil  
ad te, quod planè expectas. O miseranda, & infe-  
lix muliercula! Illam inuisi, an sub finem supe-  
rioris mensis an sub initium præsentis, non fat me  
mini, & parum id ad rem, nihilò melius; sed quid  
dico melius? illi peius multò factum est, quam o-  
mni deprehendi ante Idus Septembres. Eius, &  
filiorum & mariti mœstissimi cum miseresceret,  
Petrum Paulum Guastallam abduxit. Alexio Ar-  
lotto, qui in Patria nunc est, talium curandorum  
peri-

peritissimo, vt aiunt, morborum, commendauisti  
 nē quā potui diligentissimē; & eius prudentiā,  
 ac sedulitati, notā omnibus, curandam promisi.  
 Vt verò suus illi constaret labor, non exiguam,  
 pro meis viribus scilicet, pecuniā summam Regij  
 reliqui, per vices suppeditandam. Spem iniecit,  
 non eo corporis habitu nouum annum visuram,  
 nec puto, hoc anceps responsum à Phœbi corti-  
 na esse, O Diui, tuque Diuorum effector vne, ac  
 trine Deus, miserorum vota si audis; hæc vt rata  
 firmaq; sint, effuge promissa.

Iterum Vale dīcturus eram; sed ecce aliud se  
 offert domesticum infortunium: tecum enim ta-  
 lia communicando, ægritudine animi leuari quō  
 dāmodo ipse mihi videor. Prosper Montecchius  
 consobrinus noster, quem mecum huc produxi  
 cum sororis filio, siuistrum, ni fallor, atque vti-  
 nam fallor, & falsus sim Vates) amissurus est ocu-  
 lum. Curatur diligentissimē ille quidem, sed parū  
 feliciter à duobus Medicis. Scire expetis, vnde id  
 mali? hoc me solatur valde: non à me, aut à quo-  
 piam domesticorum, cū æqualibus in patria pue-  
 ris dū inter iocū & lusum lasciueret, ab eorū nescio  
 quo scholastici libelli cornu altero percussus est,  
 & in ipsa quidē pupilla. Domum igitur se cum re-  
 cepisset, multi eō collecti humores, qui se in lacry-  
 mas, vt narrant, effudere. Ibi pater nihil agere,  
 aut cogitare quicquam affaturum mali, si intactū  
 fineret in alterum diem, & ira quidem factum vi-  
 debatur, sed paucorum interiecto dierum spatio,  
 id est

id est statim atque Guastallam peruenit, obseruatum est a fratre nostro densa quadam nubecula pupillam operiri; ipse quæ puer interrogatus, se ab ea parte res oblatas vix cernere posse ingenue confessus est. statim igitur Medicorum peritiæ commissus, atque hic dies quintus est supra decimum quo ut dixi, parum feliciter curatur. Tres iam menses iude, cum hæc Domus à medicis frequentatur; Etenim ego quoque, ut hoc etiam ne ignores, vbi ad te proximas literas dedi superiore Septembri, ut puto, semel atque iterum decubui; & & vix post medicatas poriones sanè multas, & vna sectionem primùm in dextro brachio, mox in sinistra manu supra annularem digitum; leuissima quidem, sed molesta tamen & per incommoda febricula liberatus, conualui serò ac pedetentim, ut per Autumnum; Fatalis hic mihi videtur annus, adeò multa vndique ingruunt mala sed cessant, eadem profecto, atque in paulò quietiorem stationem me referam, quando in portum non possum, ad quem volebam.

Se d quæ hoc tandem est epistola, an librum sum hodie ex te auris? recum equidem libentissime loquor, & ut puto, mecum; at nolim tamen videri surcibus vocari, aut streperè edap ex te. quod aiant: hæc denique nuntium anticum quando Deus, quo amaram hoc & plerumque quod tibi propinavi poculum, opportuna quadam dulcedine temperarent. Nūnerat Paulus Ferretus (quod literas accipis & lego) uxorem

tuam, sororem nostram, sat bellè se habere; sat te-  
 tè, informi illo, quod caput in primis occupaue-  
 rat, propemodum liberatam morbo; sed insolito  
 nunc tamen eiusdem capitis dolore identidem  
 vexatam. sic sunt quæ adhibentur paulò acriora  
 medicamenta; non sanant, sine aliqua offensione.  
 Verùm illi etiam incommodo tollendo præsentis-  
 simum habere se remedium profiteretur Medicus,  
 in hac, & omni arte, modoodi certè periculissimus,  
 idem Arlottus, Petrus Antonius Vigedominus,  
 tuus olim condiscipulus, atque intimus sodales  
 (nam velim nolim funesto sine claudenda episto-  
 la est) superiori mense, si nescis, in ipso iuuentutis  
 flore extinctus est. Vale Guastalla, VII. Kal. De-  
 cembriis.

## C I I.

Idem Eidem, Parmam.

**L**ongissima epistola, quam varijs rebus infer-  
 seram, postremis tuis respondi literis. tu ni-  
 hil ad illam, omninò præter morem. Quid in  
 causa, studia, an valetudo? fac ut sciam, & libera  
 me inani fortasse metu. Succurrit exili mutatio,  
 assidua grauiorum studiorum occupatio; tua ista  
 parum firma corporis habitudo; sexcenta alia  
 quæ nobis tum, cum minimè oporteret, magis in-  
 commodant. Nam quod à principio credebam,  
 te logicalibus questionibus calano excipiendis  
 delect-

de lassatum interponere paulisper mutuum hoc, & mihi certè gratissimum scribendi munus; nunc ut video, istius cessationis tuæ leue omninò argumentum est; cum ad Christi seruatoris nostri Natalis diei solemnia iam peruenerimus, literæque Parma Regium, illinc Guastallam celerrimè perferri possint, & verò soleant. Quapropter quantum me amas ista me iam sollicitudine libera. Quod si animo tuo agrè fuit ea audire, quæ de sorore, de fratre patruæ, de me ipso parum prospera nunciaui; accipe lætiora. Soror nostra bellicissimè valet, monstruoso illo morbo penitus liberata. Quinam tantum, quod accepimus beneficiū & nos & illa referamus acceptum? Deo, Virgini Matri, superis omnibus, quibus à nobis nec semel, nec frustra commendata: tum summæ peritiæ, & in medendo raræ viro experientiæ Alexio Arlotto, verò nostræ tempestatis Æsculapio, aut etiam Herculi strenuissimo; qui genus illud morbi, quasi repululantem Hydram, quod alij omnes frustra aggressi sūt, vobis igitur facultis, idest patulo potentioribus medicamentis ad constitutam sibi diem planè confecit. Ego quoque firmissima vtor valetudine: nec est, cur ab assiduis, & magnis scribendi laboribus quicquam timeas. Per hyemem, ut nosti, vel occupatissimus athleticè valere soleo; ubi autem ad calores venerimus, ad alia ego ut pato, & mitiora & amoeniora, mihi certè gratiora loca pernenero. Non ignoras opinor, quid dicam, quod semel constitueram; Exū

V a manet

manet clauo trabali: & nisi mors interuenit, nihil ego muto. Hæc tibi grata esse existimare possum; quia mihi vel sola recordatione iucundissima. Petrus Paulus, noster ex sorore Nepos (de quo te libenter audire scio) alia nunc apud me est, quam domi erat cuncte: ingenio mihi videtur ad literas satis apto, satis idoneo. A me summopere diligitur, & quia nepos, & quia sororis, supra quam dici possit, carissimæ filius, & quia tuam olim pueri, faciem mihi ad viuum planè representat. Vale. Gustallæ. IV. Kal. Ianuarij.

## C I I I.

Eidem.

Parmam.

**Q**uod rariùs ad te scribo, quàm solebam, consultò me id facere, neque tu putò ignoras: nolo tibi onus rescribendi imponere, & vel tantillum reuocare mentem à difficillimis istis quæstionibus de Ente rationis penè non Entis, sed entis ymbra, & lumine mentis & rerum soliditate emergens. neque nunc calamum arripuissem, ut de fratre nostro, meque ipso, quod vehementer optare videris, aliquid significarem, nisi scirem istis etiam, apud vos per hæc tempora haberi aliquam à studijs vacationem. De illo omnè tibi scrupulum eximo: valet quam qui optimè, penè dixi, multò quàm meret, & melius, & commodius. Quid ita? inquires, otij, & desidiæ, & commodorum



dorum nimis est amans, ne longam tibi historiam conficiam hac vna re contentus esto. Perpusillum est id, quod mihi præstat auxiliij in grauissimo hoc onere sustinendo, & tamen ad paruam hanc opellam non semel, aut iterum quotidie accersendus, sed frequenter etiam iurgijs, & clamoribus à suo veterno excitandus. Cum ad caminum luculentum sedet (qualem & anni tempestas requirit, & coeli asperitas inclementissima) mirum quæ, & quot agitet illa mens! cum in lecto cubat, & plures de more, vt dicitur, horas ducit insomnes, quid non videt, imò prouidet! quæ mihi è nido mane dat consilia! postquam surrexit (id autem fit hoc tempore hora penè decima sexta) ad ignem aut scintillas enumerat, aut feli blanditur, quem scitissimos lusus edocuit. Hæc non vt rideas scribo; sed vt eius, & meam vicem doleas, & ex animo. De adolescentula, quam illi in vxorem proposui mihi à communibus amicis propositam, cachinnos tollit, & me veluti irridet, at ego in culpa, qui hanc eius negligentiam alo, neque illud obnuncio, aut etiam renuncio, quod Romani solebant suis vxoribus malè morigeris, & parum prudentibus. An tibi videor subiratus? falleris. tam sedare, quam verè hæc tibi narraui omnia. ac ne àlter putes, ad ea transeo, quæ mea vnus sunt.

Quas superioribus literis, vt ais, offudi tenebras hoc vno radio dispello. A quo tempore nigras, vt vulgo loquuntur, à rebus candidis fecerere potui, nihil magis fuit in votis, quam vitam

quietam & tranquillam in studijs, ab omni prorsus curarum aestu, quantum liceret liberam, ac solutam agere. hucusque non potui, & annos vides, si non ad senium, certè ad maturitatem vergentes causas quid narrem, tibi præsertim, cui probè notæ nunc, ut video, fores ad illam mihi aperiuntur. Hinc ad quatuor menses publico hoc docendi onere, ipso, ut mihi quidem videtur, Æthiæ grauiore prorsus leuatus ero. Expectant me Attica Ricardi nostri musæ; quas ego, quam tu fecisti, colam fortasse diligentius. Vbi illuc accessero ad humanissimum, & doctissimum senem, quid fieri posse felicius putas? Hic est ille portus, aut certe firma multorum mensium statio, quam spectro iam nimis diu, ad quam cursum dirigo fluctibus multum iactatus, tantum non obrutus. Ac tu de alio fortasse tutiore & tranquilliore portu intellexeras. Ipen non adimo; tantum rogo, ut Deum pro me, roges assidujs precibus, qui mihi quæ ad cælum breuissima, & tutissima via est, eam commonstrare digetur: nam audire & sequi illum mihi iam pridem certû, ac deliberatum est. Paulinus noster per commodè valet, & magnos in literis progressus tantulus puer promittit. Franciscum Rinaldum cum Francisco Gonzaga Principe cras expectamus è Castris. Vale Guastalla Nono Kal. Martij. M. DC. XV.

Iaco-

## CIV.

Iacobus Vectianus Vati supra famam.

S. P. D.

Mantuanam.

**E**A de te cum saepe audiu, tum audio quoti-  
 die, vir praestantissime; quae si à pau. is, &  
 ignotis recepissem, fidem non ego quidem  
 adeò facile adhibere animum induxissem. Ac mul-  
 torum & amicorum, & doctorum hominum ver-  
 bis confirmatus, constanti omnium, qui te norunt,  
 sermone divulgata quis credere noluit, aut infir-  
 mare conetur? Credo ego, credo equidem; &  
 & ardeat ut videndi, alloquendi, de facie cogno-  
 scendi desiderio. Hoc mihi nunc multo quasi i-  
 gnos infammatum exardescit pectus. Extingue,  
 si vacat, si habet. Quae ni autem vacet, omnia,  
 quod careant, ex tempore facienti? non trita,  
 non vulgaria, sed mira, & inaudita? quid neli-  
 beat eadem profertenti studio, easdem artes tra-  
 ctanti, quae meram insillans humanitatem? An,  
 ne ignores in quem beneficium conferre debeas;  
 hoc habet de me verè, & breuiter. Sum ego quo-  
 que istarum, quae humaniores vocant, in quibus  
 tu supra alios eminere diceris, amceniorum li-  
 terarum studiosissimus quas cum primoribus la-  
 bris, viz. uti geriam, profiteri somno, & doc-  
 re publice cogor, qui discere deberem. Et  
 quamuis ob virium, & ingenij tenuitatem a-

V 4 micis

micis de me optime meritis paria referre fortasse non possum: gratiam tamen habere & possum & soleo quam qui maxime.

Peto igitur abs te; quid? amorem tuum, pro quo tibi si gulatam obseruatiam defero, quod si precibus non potes, *Flectere numeribus.* En Carmina, quae mihi non is, qui Plectarum est, *in bouethoribus* (ut quae enim ego ad ista scribenda mihi victor a natura factus) sed modo haec, aut illa occasio, & eorum, quibus aliquid negare haud facile est, expressio imperium. Mitto autem, non ut me ostentem (qualis enim haec foret dementia, huius praesertim ingenio, imò ingeniorum portento) sed ut eliciam formosissimum aliquem partum, quod, meo ista peperit, talium ingenia solida, & nunquam offensa Parens. Scilicet vicium offro, ut inargaritum extorqueam, si possum. Quae me liberalitatem, si donas! o meam felicitatem, fructu aut amicitiam, aut munus, aut simul utrumque, ut opto, ut spero, si fallis expectationem meam, obseruabo te quidem semper (non possum aliter virum doctum, & mirre ingeniosum) sed amabo minus. Vale. *Gualla Nonis Martij. M. DC. XV.*

arica

+

V

Paulo

Paulo Benio Viro Clarissimo. S. P. D.

Jacobus Vectianus.

**P**vidum fortasse, alicui videri possit, ac temerarium, Beni V. Clarissime, me, qui tibi nullo sum aut officio, aut obsequio notus, imò & de facie ignotus, aulam esse te, hoc præsertim tempore, cum virgere incipiunt annui & solennes dieendi, & docendi labores; per literas, easq; inanes interpellare. Haud inferior ita esse, sed tu, vir humanissime, officio & temeritatis audaciam excusabis, in quam mei desiderij impatientia vel inquitum perpulit. Perinde enim mihi accidit, ut amantibus solet, quasi nimis diu a moris flammis quas egregia aliqua forma excitavit, pressere intra præcordia, qualicunq; & blata occasione patefaciunt, seq; indicant, & effectum exprimere non verentur. Diu est, cum quarum laudum prædicatione commotus, eum in te amorem, eam observantiam concepi, quæ Viris in literarum studio eminentissimis, quale in esse te certò scio, præstari ab omnibus solet, & ipse debet. Hanc confirmant, imò plurimum auxerunt doctissima tua scripta, quæ diligenter à me, ut amantium res solent, tractata cum sint, te tua etiam quæ maxima est, fama maiorem videor agnovisse.

Igitur cum valde cuperem, hanc meam tibi notam esse observantiam; neq; ut, mea nunc sese res habent, præsens præsentem declarare id possem

ta-

tamen; Patavium autem rediret ad sua studia Iosephus Guerrerius ornatissimus Iuuenis, & cum ad bonas artes omnes, tum ad poeticam facultatem egregie à natura factus, cui studiosissimus: non huius animum non acerbo illam quidem, sed amoris tamen vulnere, saucium & iam sua impatientem cupiditatis referre amplius, quin optem imploraret. Itaque humanissimum Iuvenem rogavi, amicum meum, ut mea sibi vota prærens exponeret, & pro mea in te singularis obsequio tuae quasi archabone levia quamvis, & impolitae differret carmina. quæ ab arescente vena & auctore, vercor, Apolline: nuper expressi per te etiam ab tua, quam magnam esse audio, liberalitate egregium illud quod scis te didisse, de scribenda historia opusculum hoc est *per te* mihi permittaret. Id si impetro; Viri lucissime, & amicizie tuæ fores mihi apertas video; ne mihi videbor multorum, qui se felices putant, fortunam longissi-  
 me superare. Vale Constantiæ III. Idus Novembris. M. DC. XLII.

C VI.

Eidem.

Patavium.

**Q**ua tu superiore anno amicitie pignora, ut audio, optantem mihi dare voluisti, literas, & luculentissimum illum tuum de Scribenda historia librum; ad meas manus ea nondum pervenisse scito. Id in fortunæ iniuria, an ætos, qui meas

meas ad te cum carminibus literas attulit, culpa factum sit, nescio; hoc scio, me summa animi molestia affectum fuisse, eum audiui literas tuas (quas abs te sperare vix debebam, tot publicè, & priuatim docendi occupationibus præpedito) perhumaniter scriptas, illi commissas, nescio quo casu interceptas perisse. nam ille & abs te accepisse, & huc ad me misisse per quam sanctè affirmat. Hanc tamen molestiam ex parte lenissent illæ tuæ de Historia scribenda, atq; vigiliter legenda lucubrations, si, quemadmodum scripserat se facturû, in patriam, serò licet, hoc est superiori mense reuersus, tuum diù expectatum, desideratum, amatum, nec dum visum manus secum attulisset. At neq; illud adueniens obtulit; & suæ, vt reor, culpæ excusationem, nescio quam veram & bonam, sed ingeniosam tamen obtendit. Patavio præpropæra quadam festinatione, vel fuga potius, vt imminentem procellam vitares, proripuisse se. ibi cum tum alijs, reliquisse libris, sororis viro, qui Venetias negotiorum causa se contulerat, in mandatis dedisse, vt cum cæteris in navem imponeret: bonum illum virum neq; meum, neq; omnino ex suis vult deferendum curasse.

Vt vt sit, ego me hercule iacturam hanc grauter, ac molestè fero; illiq; subira scor, qui tanta, vt mihi quidem videtur, negligentia vsus sit in re, quam mihi omnium maximè in votis esse nõ ignorabat. Taceo tamen, & animi dolorem premo, ne in eum videar inhumanus, & ingratus, per quem amor tuo

tuo dignus effectus sum. Hæc tamen vt nescires, permittere nolui; ne me fortasse, quem tuæ & gratiæ, & beneuolentiæ cupidissimum ex meis literis, & illius sermone cognoscere potuisti: ita deinde in officiosum, & inurbanum putares, vt vel munere accepto silerem, nec gratias agerem de tua ista, quod audio, in me animi propensissima voluntate. Egissem profecto Vir Clarissime; sed quid dico Egissem? imò verò nunc ago immortales & serio, & ex animo; quòd tu talis, ac tantus non id modò, quòd vehementer optabam; sed plus etiam, quam flagitabam, liberalissimè concesseris: cuius rei causa tantum me tibi debere fateor, quantum homini beneficentissimo homo gratissimus debere potest. solàm id peto, vt tuum mihi amorem conserues diutissimè, qui nosse iam potes meam in te singularem obseruantiam, officio literarum non semel testatam: quam etiam: exhibere fortasse dabitur præsentì, si, quòd spero & huic, quem proximè ingressuri sumus; & alios consequentes non paucos feliciter transigere is dabit annos, è cuius nutu pendere debemus; immortalis Deus. Vale. Gualtalla: pridie Kal. Ianuarij.

CVII.

Eidem.

Patauium.

**D**Vo petis, Vir Clarissime idemq; humanissime Beni. te vt moneam, an tuas quas proximè dedisti literas: atq; acceperim &, mi verè,



verè, atq; constanter apud me iã deliberatũ sit, ad istam urbem, quam tu quoq; singulari doctrina tua nobilitas, omnium liberalium artium copiosissimum, & celeberrimum Emporium; virorum autem virtute clarissimorum illustre, ac conspicuũ theatrum, primo quoque tempore accedere vt velim. De literis quietus esto: peruenerunt illæ singularis cuiusdam humanitatis, & beneuolentiæ notis insignes. nam de illarum puritate, & elegantia quid attinet dicere? cum ab eo scriptæ sint Viri, qui Patauij, hoc est in nobilissimo totius Italix Gymnasio, cum facultatum, et bonarum artium omnium peritissimus sit, è primo suggestu, quasi per ludum & iocum eloquentiam & elegantiores literas proficetur, maiore quàm ullus antea stipendio cohonestatus. Multis igitur de causis, illæ mihi iucundissime fuerunt, sed eo nomine gratiores; quod secum illarum exemplum adduxerunt, quas nescio quis casus, aut fortunæ iniuria olim venientes intercept. quam iacturam cum summo pere dolerem; eandem nunc tua mihi liberalitate compensatam cur non magne pere later?

De Iosepho Guerrerio, bonam mentem habere te velim; nam omni eum culpa libero, quæ homine ingenuo atque erudito adolescente indigna sit. Is tuos mihi de Historia libros, eos ipsos quos ab te acceperat, superioribus diebus Patauio, vbi reliquerat, ferendos curauit: quos vix acceptos audivissimè legere cum cœperim, non prius dimissis, quàm ad calcem usq; nec oscuratè perueni. Quo-

ris quid sentiam? quod de viro doctissimo, & ingeniosissimo non ego homunculus & vobis est multis, sed viri, ut audio, eruditissimi iudicant. In eo genere nihil omnino abs te relictum; omnia summa cum diligentia, perspicuitate, elegantia, & ordine pertractata. Neminem ego quidem vidi, qui de hoc argumento quam tu, copiosius disseruerit. Nam Sebastianus Foxius Hispalensis, quem legi; eruditè ille quidem & eleganter, sed præsertim admodum, & angustè hanc attingit materiam; Itaque quid iste rivulus ad tuos fontes? multa ego ex tuis didici, quæ prius ignorasse me fateri non pudet; & video, si vquam dabitur tantum otij ut Romanorum historias, quod semper optavi sedulo atque ex ordine percurrere possim; id multò maiore cum fructu me esse facturum; quod vobis tuis monitis acceptum ut referam, equidem necesse erit. Illud quoque vehementer gaudeo, tanto opere tibi probari ex historicis eum, quem ego non ita pridem in delicijs habere cepi, Dionysium Halicarnassensem; in quo si Conciones rectas excipias & frequentes, & plenas; & ab officiis Rhetorum depromptas, nihil esse equidem videtur, quid iure possit reprehendi. Quapropter valde equidem miratus sum, curis quoque, ut alij per multum, hoc saltem apud te nomine minus commendatur fuerit, minus probatus.

Habes ad tuas literas, & ipsos de Historia libros, quod minime expectabas hoc tempore. Nunc venio ad meam, quod scire vis de sero, aut maturo pro-



tunæ iniuria potius; & malibus fortunæ bonis antequam è vita discederet exutus, inopes reliquit, & obæratos valde. Hæc rauca mea vox, hoc ingeniolam, per assiduos multorum annorum labores, & mihi & illis sat honestè iam conluluisse videtur. Alia nunc mens, alius animus; & incredibile iam, hac præfertim ratione, docendi tædium. Vbi igitur ad eamquam mihi præscripsi, metam perueniero; Placentiam excurrere in animo est, ibiq; apud virum in literis magnum Ricardum Hesium, è Societate Iesù, cū græcis malis neque legniter, neq; otiose diuersari, eius enim ope atq; industria quia ad aliquam eius lingue cognitionem; quam semper experiri; peruenire possim vel intra paucos menses, planè non despero. Inde ad vos secundo flumine, & remis, quod aiat, velisq; ut per quinquennium grauiora repetam, quæ intermissi, & penitus iam multos annos dimisso Philosophiæ studio Tandem, si tantum vitæ supererit; illuc properabo, vbi mihi perpetuus quiescendum, statum; Romæ videlicet, quæ in Vrbis paruo orbe, quidquid est vitæ reliquam transigere capio, sed procul ab Aetna, nisi si me, ut nosti, ventus aliquis, aut Neptunus circa hiora spaciante abripiat. Verùm hæc quæ si formidat dies fortasse crastinus, aut citæ mors dissipabit. Ac bene sperare quid vetat? suo sibi arbitrato quemque fortunam fingere; quæ lex prohibet? Frustra; inquis; esto; sed permittit hæc cautione; dum animus quidquid futurum est, facit ac libenter exipere paratus sit. Habes verborum

epistolam, qua tuis satisfactum est an votis, an m<sup>a</sup> datis? vtrisq; puto: sed mane; nec dū finio: quando iam cœpi, tua humanitate insigniter abuti voto. Heri quædam carmina scripsi ex aliorum voluntate, & plane inuitus. qualia sint, vel hinc potes conijcere. Sed mitto tamen, ut si quid otij habes, quod malè perdas, hic mihi ponas, & versus legas pumice aridiores. Vale Guastallæ Kalendis Martij. M. DC. XIV.

## CVIII.

Eidem. Patauium.

**P**ostrema tua & epistola, & epistolę clausula, quam sub anni, ad cuius exitum iam peruenimus, principium aut paullo post ni fallor Patauii dedisti, à me perquam studiosè petebas, ut de illis acceptis certiozem facerem. Feci, & quidem ut mihi tum visus sum, satis verbosè. Nunc idem animo meo iniectus scrupulus est, & suspicio fortasse non inanis, an meæ, quas ad te dedi perlatæ sint. Quapropter interiecto tot iam mensium spatio, venit in mentem id abs te petere, simulq; appetentis anni primordia tibi, ut in more positum est, benè ominandi occasionem arripere. sim namq; ab hominum societate amandandus, nisi talium virorum, qualis tu es, singularem erga me benevolentiam singulari obseruantia tueri, & colere studiosè laborem, ac pro viribus coner. Quod ut mente & animo factò sanè continenter, ita etiam

X debita

debito literarum officio declararem frequentius, nisi vererem tibi Viro tum publicis, tum privatis docendi & scribendi muneribus occupatissimo, inanibus literis legendi, & quæ tua humanitas est, rescribendi etiam molestiam exhibere. Mihi certe, etsi minime otioso, nil gratius, aut iucundius accidere potest, quam cum tui similibus viris doctissimis, si præsens non possim, sequenter saltem per literas colloqui. sed quoniam tuarum ut dixi, multo maiorem haberi rationem occupationum decet, dabis hanc saltem veniam, ut post diuturnum silentium possim aliquando, ut nunc facio, animo meo obsequi, tibiq. observantiam idem fidem meam testari, quam si eam esse dixerim, ut accessionem capere nullo modo possit, equidem non mentiar.

Legi superiore ætate tuum librum, vel potius tuos libros, quibus tres summos Poetas Homerum Græcum, Virgilium Latinum, Torquatum Italum una confers, & velut aduersis frontibus cõponis, postremum hunc & linguam, & tempore nostrum reliquis duobus, huiusmodi lenibus sanè de causis, & argumentis de medio, ut sic dicã, foro minimè sumptis placè præferens. Quod tuum de illis iudiciũ ita mihi placuit, ita arrisit, ut veris de Torquato laudibus auditis ex ore tam disertis, quod antea facis negligenter feceram, nunc illud verè aurẽ, non gemmeum Masarum opus totum, & quidem studiosè percurrem. De tuis autem lucubrationibus itala, quam etruscam vocant, lingua scriptis,

ptis, quid dicam Beni? quid hoc unum: in ista quoque te, quod rarum est, non magis, aut minus quam in latina disertè scribere, id est in utraq; meo quidem iudicio excellenter. Quapropter non satis mirari queo præclarum istud ingenium tuum, quod in omnibus ita excellit disciplinis, ut in singulis vix alia solent. Vale Guastalla pridie Kal. Ianuarij, cuius initium mensis, atque anni faustum tibi, ac fortunatum exopto.

## CIX.

Eidem. Patavium.

**T**V me avidissimè expectas (sic enim scribis) & ego in maximo sum istius urbis visende desiderio; sed tui in primis, quem colo, quem observo, ut neminem magis. at rursus cogor, spem tuam fallere. Tenent adhuc arctissimè docendi compedes, è quibus ero quidem solutus per aliquot dies hoc Lupercaliū tempore, sed intra quos istue vix peruenire, nedum tua humanitate, benevolentia, hospitio, quod tam amanter tam ex animo desers, diutius frui possim. Malo autem ea animi voluptate incredibili, quam mente concipio, paulisper carere, & hoc tui desiderio ad breue tempus torqueri; quam te vix salutatam statim deserere, & id facere quod Canis in Ægypto. Amabo, esset ne hoc arentibus faucibus largam portione indergere, & quæ me nimis diu mæcerat, sitim extinguere; an potius, quod aiunt,

X 2 oleum

oleum camino addere? Hoc neq; tu mihi sciaseris  
puto, quamquam mei, ut significas, cupidissimus  
es, neq; ego facere velim, vel si tu imperes, cui pre-  
ter id negare quicquam nec possim, nec velim. At  
annus abiit, quo elapso, molestissimo isto publice  
profitere iudicio liberatum iri te affirmasti. Abiit,  
fateor: neq; ego nunc aliam mentem ab ea mente;  
sed re tota tibi nunc enucleatius edissera, & nar-  
rabo apertius.

Feci itidem, ut amatores solent, qui si quid pau-  
lo ardentius optant, quod breui se consecuturos  
sperant: suum ipsi interea desiderium fallunt, &  
quod adhuc paulo abest longius, id velut in limine  
stare, & iam adesse sibi animo fingunt. Cum illud scrip-  
psi, V. Claris. & annum adhuc restare dixi; sciebam  
equidem ad sexdecim menses, & paulo fortasse am-  
plius mea fide XII. Viris obligatam esse: sed cum  
hinc me auellere & vehementer optarem, & quae  
citissime; ipse mihi sublandiebar, annum adhuc  
restare dictitans, & mihi tum sane videbatur qua-  
tuor illi, qui supererat menses, quam celerime auo-  
laturi, cum tamen nunc (his perpetuo viua implica-  
tus laqueis, si mentior) ita lente, ita negligenter  
ire mihi videntur dies, ut credam sibi talaria de-  
pisse horridum illum & impexum senem, quo nil mobilius,  
nil velocius esse solet.

At tibi quid in mentem venit suspicari? ais enim  
certum esse, & constitutum mihi propediem Romam pro-  
fiscis. Certum id quidem, at non adeo breui, ut tu for-  
tasse putas, neq; ego scripserim memini. Quid ego  
in



In illa Vrbe non Europæ modò, sed orbis Theatro  
omniù egentissimus, nisi vos me priùs in isto præ-  
stantissimarum disciplinarum mercatu pretiosis  
mercibus ditetis, quas illic, vbi erit opus, expone-  
re & quasi ostentare possim? Illud igitur seriùs,  
hoc ocys. Vin' vt mihi tempus definiã, ne ad ali-  
quam mox captionem? facio sanè libenter; & Ka-  
lendas, an græcas censes? Iulias mihi præscribo:  
quo tempore ego in perpetuum, ni fallor, tu per  
calores docendi munere vacuus eris, atque omni-  
nò liber. Hac vna cogitatione valde recreor, &  
tempus illud auidissime expecto. Tu interea Va-  
le, & me, vt soles. ama.

---

C X.

Eidem. Patauium.

**L**iteræ tuæ, etsi meæ, vt scribis, paulò segni-  
ores sunt, citissimè perferuntur, Vir Clarissi-  
me, noli dubitare. Quas proximè misisti,  
illæ me Placentiam consecutæ, Amanuensis tuæ  
manu conspecta, summa voluptate perfuderunt.  
Quid deinde factum putas, vbi eas ter, & amplius  
legi? singularemq; singularis in omni doctrina vi-  
ri humanitatem in candidissimo illarum sermonis  
animi indice, velut in speculo sum incuitus? Quis  
te autem talem, ac tantum, tanta præditum beni-  
gnitate, & vel in summo quotidianarum, & grauif-  
simarum occupationum cumulo officiosissimum,

X 3 nisi

nisi plâne ferreus sit, & adamantinus, non amet, nõ  
depercat? Ego certè & amo te de effusa ista beni-  
gnitate, & ita obseruo, vt si vnũ excipiam Ricar-  
dum antiquæ fidei & eximiæ probitatis hominẽ,  
in græcis literis Doctorem meum; quem magis fa-  
ciam quàm te, in quem magis propensus sim, nem-  
nem equidem habeam, aut habiturus sim.

In ijs, quæ de ratione studendi atthanter & prũ-  
denter mones; ita tibi obtemperabo, vt ne a Docto-  
ris quidem mei monitis, aut mandatis vel tantillũ  
sim discessurus. Tecum ille omnino sentit, quem  
& laudat, & notam habet ex fama & scriptis. Mo-  
nuit ille iam pridem, vt Hæratem mecum & Lu-  
titanum afferrem, huius linguæ auctores candidif-  
simos, suauissimos, & merè Atticos. Demosthenẽ,  
Platonem, & Aristotelem in aliud mihi reseruo tẽ-  
pus. Ridiculum enim esset, opinor, cũ talibus bal-  
butientem adhuc audere me loqui. librum tuum  
Michaelis Fontis nomine editũ, neq; Regij apud  
Bosum, neq; hic apud Bibliopolas reperire adhuc  
potuit. Erit tamen, cũ & hunc & alios, quos edi-  
deris omnes colligam diligenter, vt Muscolũ quã-  
te quale est, exornem meum. Vale. Placentiæ VII.  
Kal. Ianuarij. M. DC. XV.

CXI.

Eidem. Patauium.

**M**E rursus Patria excepit à græcis studijs, &  
meo magna certè cũ molestia auulsam Ri-  
cardo.

cardo. Quæris quid acciderit? multa, nec leuia. Egrotare cœpit septuagenarius ille & valetudinarius senex: ubi ipsum, Quadragesimæ initium, morbo non illo equidem graui admodum aut periculoso, sed lento tamen ac molesto afflictus: cui potiorẽ, quàm qui artem medendi persistentur medicinam dies factura videbatur, etsi adhuc non fecit. Dolebam ego non tam mea causa ob longam studiorum intermissionem, quàm talis viri, macie ob affectas vires penè confecti, assiduo cruciatu & pœna, constantissimo tamen, & presentissimo animo cuncta incommoda perferentis. Vna me sustentabat spes fore, vt eo in pristinam sanitatem restituto, quâcunque fecissem iacturam, industria mea illius maxime opẽ adiuta, facisẽ resarcirem: præsertim cum illud tẽpus, quo eius opera per valetudinẽ vti nõ licebat, hand inerti otio trãslegissem: sed memoria, & solerti studio, quæ ab eo didiceram, vniuersa nõ sine fructu recoluisse mihi viderer. ea vna cogitatione in summo animi mœore cũ valde recrearer: ecce adest infelicissimus, & acerbissimus à fratre nũcius: sororẽ, quæ nobis vnica erat, vnice dilectam diẽ obiisse. Postremum, acutissimo post partũ morbo correptã, & tridui spãtio cõsumptã, tribus præter natũ maiorẽ, quẽ apud me habebã, paruulis filijs relictis. Opus esse mea presentia, vt iustis, & ipsius, & vniuersæ domus perturbationem sedarem. Impetrata igitur à meo Doctore venia (qui è lectulo surrexerat, pedem è cubiculo nondum effererat) cum potestate redeundi, si vel-

lem, & res domesticæ permitterent; Quastallā secundo flumine, inde Regium quā celerrimē potui Rheda vectus, solatij indigens, alios solari sū eoa & us, opem sororio quācunq; possem largē polliceris, & re vera præstaturus.

De meo Placentiā reditu spē abieci; & quia præsens hic rerū mearū status haud facile permittit; & quia, quod ad græcas literas attinet ( mihi quidē sic videtur) iā periculo facto, non despero fore, quin possim iam meo Marte in hac quoq; facultate, modò otium adsit, aliquid proficere, sed aliud infortunium audi, & genus incommodi multò miserabilius. In singulas horas: quid dico horas? in singula tēporis momenta (honor sit auribus tuis) cum turpi, informi & horrida scabie mihi res est, & pugna sanè acris: quoq; ardentius ac vehementius ea geritur; eò id fit in infelicem iā, & ubiq; læceratam cutem acerbius & perniciosius. Itaque vitæ genus, ut quidē nunc est, insuaue, inamœnum, & acerbū duco, dulci vna spe lactatus fore, ut aliquando pristina valitudine recuperata Patavium ad te excurrere, & in vrbe Musarum sede fortunatissima, si Deus concesserit, diutissimē manere ut possim. Nec me putes aut lucro inhiantem, aut ambitioni seruientē talia cogitare: à mea nihil est quam id alienius mentis. vitam ego cupio ( seu lōgā seu breuē largiturus est, q̄ potest Deus) quietam, curis vacuum, in otio literarū collocatā, atq; à vulgo & turba sepositam. Tu vale, & si quid ego tui causa possum ( quanquam quid ego possim p te? )

re?) sed tamen si quid possum, vtere mea opera, nempe hominis in tuo are iam pridem constituti. Regij XVII. Kal. Maij.

CXII.

Eidem. Patavium.

**A** Stuat mihi animus desiderio simul, & metu: illud quia tuis literis iam pridem careo; istud quia, ut diutius carere debeam, venit in mentem subdubitare. De meo Romam aduentu te per literas monui, & causas attigi subitæ mutationis. Cognatus sum me tibi purgare, quod datam iam sapius fidem seruare nequiverim, iussus ab ijs mutare consilium, quibus necessario parendum fuit. Ea me conditione Romæ esse dixi, ut cur istius perfectionis me pœniteret, nulla causa subesse videretur, nisi quod secum non sum, & in ista vrbe, quò iam pridem toto animo adspiro. Rogabam, ut qui in me fueras, idem esse velles in posterum: neu mutatio meæ voluntatis de loco (quanquam id quidem à meâ voluntate non fuit) tuam in te amando voluntatem immutaret.

Eas literas, itala nostrate scriptas linguâ, aliquot ab hinc hebdomatibus ad te misi, & & responsum in hanc usque diem bonæ spei plenus,

plenus; & tua benignitati plurimum confusus frustra expectavi. Aut illæ mihi perierant, aut amor tuus: vtinam illæ, & quotquot in posterum scripturus sum potius omnis quam tua mihi fiat benevolentia vel tantilla diminutio. Hæc me vna res valde habet sollicitum; hæc me suspicio acerbissime cruciat. Quapropter rogo; & si pateris te obtestor, Bene humanissime, vt quam mihi tua sponte largitus es benevolentiam, nullo meo merito comparatam; eandem neque vlla caræ mea culpa violatam, aut offensam conseruare velis diutissime. Hoc tantum, & illud præterea, vt breui epistola indices, has meas literas, quasi supplicem libellum ad te venientes, ad tuum non modo admittas conspectum, sed impetrata, quam flagitant gratia, tuo etiam chirographo Aulæ de more fuisse subscriptas.

Vale Romæ XII. Kalendas Martij.  
M. DC. XVII.

## CXIII.

Eidem.

Patauium.

**A**vdio Iacobum Soraneum, meum olim, quo tempore Guasfalle commoratus sum, disciplinæ alumnum, legalium studiorum causa esse Patauij. Nostreum puto antenioribus literis, quas quò serius, eò amplexatus est ardentius.

πολλα

ἡλικία χαίρειν dicturum: nam cum in vtraque lin-  
 gua, latina præsertim, magnos progressus fecerit  
 omnino mihi videretur & recta aberrare semita;  
 Si, quæ eum tam humaniter exceperunt Musæ se-  
 rō ad se venientem, inhumaniter illas, & rustica-  
 tio prorsus morē ab se reijceret. Auctōr illi fui,  
 velle in tuam gratiam & amicitiam insinbare, at  
 quæ ad te frequenter audiendum accederet. Fa-  
 cturum puto, & quia vna mecum ex multo iam  
 tempore, te tacitus obseruat; & quia mihi hone-  
 sta, atque vtilia suadenti nunquam non obtempe-  
 rauit. Tibi illum tam studiosè cōmendarem, quā  
 studiosè cōmendari solent, qui carissimi sunt; sed  
 quantum mea apud te nunc valeat obseruantia,  
 ignoro, & illum confido suis animi & ingenij do-  
 tibus honestum apud te gratiæ locum esse reper-  
 turum. σάφρον ἐστὶ, ἐμίμηλῆς ἐστὶ, καὶ τῆς παιδείας  
 ἠτάειρος, qualem esse oportet eum, qui tua fami-  
 liaritatē vsurus sit, & beneuolentiā fruiturus. Si  
 quid tamen mea quoque causa, quem non vulga-  
 riter amare te sapius testatus es (neque nunc o-  
 pinor, amare desisti) facturum es; affirmo tibi;  
 ex omnibus quos Guastallæ institui, adolescenti-  
 bus vnum in primis fuisse, quem eximium habue-  
 rim; quem linguæ græcæ addiscendæ causa mecum  
 Placentiā perduxerim; è cuius domo Inter Gua-  
 stallenses perhonestā, multa acceperim & ornā-  
 menta, & commodā.

Quid igitur abs te velim, & valde cupiam; iam  
 credo potēs intelligere: vt eum omni studio cō-

pl. 61.

lectare, eius foueas studia; cum te publicè dicen-  
tem, & priuatim etiam docentem adierit, perhu-  
maniter excipias. Legum studijs non ille quidem  
volens ac libens, sed vt fratri gratificetur, deditit  
se. Puto tamen, qua est industria & vigilantia, a-  
liquid etiam cum græcis, tum latinis concessurū  
Musis. Vt eum ista in parte iuues quantū potes,  
(quantū autē possis non ignoro) ita te rogo, vt  
mea ipsius causa studiosius rogare nihil possim.  
Equidē quidquid in illum contuleris studij, be-  
neuolentiæ, humanitatis (non de more cōmen-  
dantium loquor, at ex animo) apud me id omne  
collocatum putabo, neque arctiore illum, quàm  
me tibi deuinxeris beneficiorum tuorum vincu-  
lo sempiterno. Vale Romæ VII. Kal. Februarij,  
M. DC. XVIII.

## CXIII.

Eidem. Patauium.

**A** Vt ego homo parum fortunatus sum; aut  
tū, quod non solebas, minus es amans, mi-  
nus humanus, aut, quod magis puto, nimis  
occupatus. sed has quoque literas sorti volo cō-  
mittere, & te, si forte delinire possim, rursus sa-  
lutare, nec sine munusculo accedere, vt vides, &  
si aliena concinnato manu. vtrumque accipis,  
Panegyricum & literas libenter, & meam in illis  
veterem obseruantiam, atque amorem recogno-  
scis,



gnoscis, bono Euentui litabor, & plenioribus deinde alijs tibi significabo, q̄ honesta me docendi conditione Serenifs. Alphonfus Estensis Princeps meus Roma domum reuocauerit anno superiore. Sin, quod alijs accidit ( tribus inquam ab vrbe datis, quibus è patria ) his quoque certo homini creditis euenerit; vt aut non reddantur, aut minus gratæ sint, quàm solebant; in posterum inani supersedebo labore, & te tamen veteri de more obseruabo, & diligam fortasse magis, vt ij solent, qui amori dant operam; nam deperiunt ardentius, quò arceatur obstinatus à colloquio, ab accessu, ab aspectu. Et verè dixit Euripides;

Οὐκ ἐστ' ἱρασις, ὅστις οὐκ ἀεὶ φίλῃ

erit fortasse, vt aliquando istuc accedam, si non manendi, at tui videndi causa: sed nolo amplius quicquam de me polliceri, quem semel fecit necessitas mendacem: & arcta rursus, & si multò honestiore, & leuiore compede distinguor, non sine magno fructu ex non magno labore; qui domi doceo Patritios aliquot ad duodecim, annuo non minus quàm ducentorum aureorù censu, auctus etiam honestissimo in Collegiata D. Nicolai Sacerdotio. Vale Vir Clariss. & me iam pridè tuū, si per literas hoc præsertim tempore resalutare non potes, ama saltem, vt solebas; &, vbi erit cōmodum, vt de tua in me haud imminuta beneuolentia certus esse possim, rescribe. erit id mihi vehementer gratū, qui te colo, & obseruo, colere q̄;  
atq̄,

atque obseruare in perpetuum, animo est clau-  
plus quam trabali fixum. Regij Noao Kal. No-  
uembris M. DC. XXII.

## C X V,

Idem eidem, Patavium,

**V**ir Clarissime, & doctissime, summa me vo-  
luptate cumulasti humanissimis tuis, teq;  
dignis literis. Nimirum qui in grauissi-  
mis scientijs eminentissimus est, & in amoeniori-  
bus etiam studijs excellit, non potest idē non esse  
omni humanitatis genere exornatus. Vtriuque  
mihi de te prius notum probē, multo etiam indi-  
carunt magis, alterum literarum tuarum ipso lepore le-  
pidiores; alterum missa Encyclopaedia tuorum,  
quae iam typis partim commissa, partim commie-  
tenda sunt, operum. At quo ordine, bone Deus! in  
quo ad nostram, qui vivimus, & posterorum vti-  
litatem (scopo! qua prudentia! mihi equidem sa-  
culum videtur, dum illa per Sigismundum Zobo-  
lum paro: quem iuuenē Patritiū Regiensē, nec  
studiosum, & quod iam nouisse debes, modestis-  
simū & pudentissimū ita tibi comendo, ve vehē-  
menter cupiā addere te aliquid mea atriū causa  
in tuas in omnes, etsi maximae, & summae benigni-  
tati. Antonij Zoboli viri nobilissimi filius est. &  
quo ego gentilitium Sacerdotium honestissimū,  
nec tenui accepi, cum vix patriā attigissem spon-  
te

te oblatum. Eundem iuuenem non deero ego per literas hoc ipso, quo ad te scribo, die hortari, ut tuum Gymnasium frequentare velit, nec dubito, quin facturus sit, quoties ei per sua legum studia licebit. nec mirere, in superioribus meis literis nullam eius mentionem fuisse, alij ego homini ad te credideram ferendas, vni ex nostris Pharmaco polis, qui per hæc tempora Venetias se conferunt negotiorum, & mercium suarum causa. Inaudiui deinde in eodem comitatu & istum futurum, & Pataviumque studiorum gratia. Itaque per literas rogavi (cum adhuc in amœnissima quadam sua villa moraretur) ut ab eo acceptas homine tibi ipse in manus epistolâ, & panegyri traderet. Quod, ut abs te audio, non modò fecit; sed etiâ, ut narras, multa de me honorificè locutus est. Illi igitur hoc quoque nominè plurimum debeo, etsi amore prosectus & patriæ & meo, plura fortasse dixit, quam ego præstare possim, aut debeat.

Te iam septuagesimum siue attigisse, siue expleisse annum ab eodem intellexi, & ex ipso quod misisti, æconomiz tuorum librorum munusculo apertè cognoui. Tibi igitur gratulor, mihi que gaudeo de viridi ista senectute, quæ ita adhuc & grauem ætatem, & studiorum fert labores, ut aliquid assidue eudat æterna dignû memoria. Quæ tibi gloriæ cursum quoniâ ego interpellare nullo modo volo; ea condicione & nunc, & alias, cum erit aliqua occasio, ad te scripturus sum, ut tibi filere,

filere, liceat, aut per alios respondere, aut in id saltem quod cōmodissimū sit, differre tempus. Mihi fac erit, vt serues memoriā mei tibi additissimi hominis & valetudinē tuā diligentissimē cures; vt tua præstanti virtute & doctrina frui ad multos adhuc annos possit non modò celeberrimum istud Gymnasium sed vniuersa Italia, quæ cui similes certè paucos habet hoc tempore. Vale Regij Kal. Decemb.

## CXVI.

Eidem, Patavium,

**P**atavium redit. suorū studiorū causa Sigismundus Zobolus ornatissimus æquè, ac modestissimus Iuuenis. Is ex me quæsiuit; nunquid vellē. ego statim, vt te meo nomine saluaret & supere dixi, & enixè rogavi, nec dubitō, quin facturus sit, qui meā nouit erga te singularē & multos ū iā annorū obseruantia. Nolebā scribere, ne tibi homini occupatissimo, hoc præsertim tempore, quo Gymnasia publicos professores sibi rotos vindicant, & probè exercent, opus rescribēdi imponerē; sed imperare mihi non potui videlicet, quin facerē, verū ea cōditione, vt tibi, si forte incōmodū est ad inanes respondere literas, filere liberū sit, cū hoc tamen, vt mei istud officij, & debiti erga te obsequij genus probes, & ames in dies magis, qui te obseruat in dies magis Vetricianum

nū tuū . Sed & aliquid est, cuius causa te rogatū velim.

Gabriel Zinanus ciuis meus, multæ vir eruditionis, & eximius, vt audio, imò scio, Etruscus Poeta Venetijs est suis edēdis operibus typographicas operas iam multos mēses exercens, Heroi cumque poema, quod iam edidit, ad me ( certè pollicitus est ) propediem missurus. At quoniam certi hominis facultatem, qui perferat neque habet, neque habiturū se in multos dies ad me superiore mense scripsit: moui ego per literas, vt aut Venetijs alicui crederet exijs, qui negotia cum nostris habent bibliopolis, aut ad te mitteret, Zobolo mox tradendum. Id si forte faciet, aut iam fecit, rogo te, Beni humanissime, vt legas, & obserues, & sincerè exponas iudicium tuum, sed mihi, idest nulli. Confido autem illud tibi fortasse non displiciturum, si modò vera sunt, quæ de illo prædicari Poemate audio iam multa, nec à multis, idest ab eruditis, qui pauci sunt. Hoc in genere quid tu possis Censorum optimus & acutissimus, nec ego ignoro; nec vt ignoret quispiam, qui modo literis tinctus sit, doctissima tua quæ pro Torquato, & in Torquati Taxi poema edidisti, scripta patiuntur. Da igitur amori nostro, & humanitati tuæ, vt tuam mihi de isto Poemate, si modò ad tuas manus peruenit, aut perueniet, sententiam atque opinionē, idest verum iudicium exponas; quod erit puto cum Auctoris laude, quem doctum virum esse, & in hoc scribendi genere val

de exercitatum iam pridem noui. Vale Vir Clarissime, & ama, vt facis, Vectianum tuum. Regij. Kal. Nouembris. M. DC. XXIII.

Ex ijs, quos colo & obferuo sanè vehementer, quidam Vir est, qui Ioannis Casæ familiares literas seu Italas, seu Latinas, (at calamo exaratas, nec dum editas) & videre, & earum apud se quot quot reperiri possint, exemplum habere cuperet. Tu si fortè aliquas, aut amicorum aliquis, transmittre quæso per tuos amanuenses. Debeo tibi hoc in primis nomine, quantum debere homini homo potest. Iterum Vale.

---

 CXVII.

Eidem.

Patauium,

**D**E literis Casæ, ò lætatum nuncium! fac, quæso te, Beni humanissime, vt earum exempla omnium per tuos Amanuenses, & quæ celerrimè potest, huc transmittantur. Qui tibi debeo plurimum ob multa, quæ in me contulisti, & officia & beneficia; hoc nomine longè plus debeo, & profitebor apertius. Qui à me illas cupiunt, amici sunt, quorum causa omnia velle debeo: qui accepturi & horum, quorum opera vtuntur, & mei quoque magni Patroni sunt. vno igitur tempore quot & qualium beneuolentiam mihi aut collecturus, aut confirmaturus sim magis, vides. Nec sic agam tamen, vt vnde, & quo è fonte

te

te eruta sint, ignoretur. E tuo Musæo illas venisse ingenuè, vt mei moris est, & aperte fatebor. Fa-  
igitur in te omnis redundabit gratia; & amicum  
tamen hominem, tui obseruantissimū, & pro vincu-  
lo obstrinxeris humanitatis, & liberalitatis tuæ.

De poemate Zinani erit id quoque gratissimū  
quod te facturum scribis de emptione, & mission-  
e, & iudicio; sed tuo id vt fiat sumptu, nolim.  
Zobolus iuuenis ornatissimus tibi pecuniam om-  
nem istic, ego hic suis numerabo. sed hoc totum,  
quidquid est, etsi erit, quod dixi, gratissimū;  
tuo tamen commodo fiat velim. Quod enim mea  
vnus causa abs te requiro, de eo vrgeri non de-  
bes, & ego expectare possum vel ad annum. Quæ  
pro amicis, & magnis flagito Patronis, vel si tuo  
id fiat cum aliquo etiam in commodo; ea ab tua  
humanitate impetrare citò vt posset sanè vellem  
mea in te singularis obseruantia. Eas igitur expe-  
cto literas, quas vbi accepero, statim cognosces  
ex meis, atque nō sine debita gratiarū actione. Exi-  
guum, inquis, præmium. exiguum, quis neget? vel  
nullum potius. Sed quid expectes à tuo clientulo,  
ingenij & naturæ opibus egentissimo? De tuis  
editis operibus iucundum fuit audire: quæ con-  
sequuntur volumina, non dubito, quin excuden-  
da sint te superstitite; spero certè, atque ita opto,  
vt ea in primis de causa prorogari tibi vitam ve-  
lim, & precer assiduè. Tu, etsi paratus es ire,  
cum iusserit summus Imperator videlicet; velim  
tamen ita valetudinem tuam cures, vt habere te

poſſimus illo, vt reor, concedente ad multos annos. Vale Regij VIII. Kalend. Decembris. M. DC. XXIII.

## CXVIII.

Iacobus Veſtianus Alexandro Angio  
Canonico Theologo.

S. P. D. Regium.

**E**Go verò immortales tibi gratias ago, perpetuò habiturus, de labore mea cauſa ſuſcepto, vt vir amiciffimus voti compos fieret de re, vt ipſe putabat, & facili & honeſta. Et quamuis integerrimus Antifteſ noster propter eas quas attuliſti cauſas, nobis rogantibus eam facultatem concedere minimè potuerit: tamen perſuadeas tibi velim, nihilò minus debiturum me tibi, qui vt optata conſequeremur, operam dediſti; quàm ſi re ipſa, quòd optabamus, iam eſſemus conſecuti. perſpexi enim ex eo, quanto tu me proſequaris amore, qui te vnicè obſeruo. Quum enim fortasſe cognoſceres difficile admodum eſſe, talia à Præſule noſtro, viro alioqui humaniſſimo impetrare: deterritus tamen non fuiſti ea flagitare, quæ ego vehementer amici hominis cauſa cupere videbar, vt re vera cupiebam; ſed nò eram tamen ad eò inuerecundioris, vt vellem mihi concedi, quod alijs, & iure, vt audio, negatur.



gatur . Nam si rectè memini, in postrema literarum parte eam facultatem ita postulasse mihi videor, si alijs iusta aliqua de causa permitti solet . Id quando non solet , æqui bonique consulerè amicus debet, & meo tuoque officio contentus esse . Ego ut de tua in me voluntate nunquam dubitavi; ita summa sum voluptate perusus, quòd eandem ex tuis literis magis magisque perspexerim . Nec deero ego quidem ad tuum patrociniũ, in quod me iam pridem receptum scio, cum se occasio obtulerit, confugere ; si tu quoque, cum me tibi addictissimum non ignores, aliquid aliquando imperare ne grauaberis . Religiosissimi Antistitis nostri Claudij Rangoni & manus, & vestes exosculor : & quoniam istic adesse, ut cuperem, per meas occupationes non licet ; id ut ipse meo nomine officij præstes, etiam atque etiam te rogo . Saluto etiam optimum, & mihi iam pridem cultum & colendum senem, Guilielmum Casellinum . Cui, & vestro Collegio omni, quem proximè ingressi sumus annum, faustum ac felicem optare debeo, & sperare velim .  
**Quastallæ . Idibus Ianuarij .**

---

Ridulpho Arloto Viro Clarissimo

Iacobus Vectianus .

S. P. D. Cupriacum .

**H**eri sub vesperam cum animi gratia Pomœrium circumirem de more, vt nosti, incidit in Chrysanthum Ceredulum tuum; qui ex me tuo nomine quæsiuit, vt, si quid forte haberem, quo Pœnitentiæ simulacrum symbolicè exprimi posset, id tibi significarem amœnissimam istam tuam villam muta poesi, & loquaci pictura exornanti: respondi ego id quod est; neque eum esse me, qui de huiusmodi rebus consulendus essem abs te præsertim viro doctissimo; neque te cuiusquam opera indigere in ijs, quæ ad amœniora hæc studia pertinent rimandis, & ex optimis Auctoribus pari ingenio atque industria eruendis. Sed cum ille admodum asseueranter affirmaret, ita se in mandatis habere; ne tibi, cuius causa omnia posse vellem, nolle obsequi viderer; pollicitus denique sum, vbi domum rediissem, excogitaturum me, si forte quod ad rem illam faceret, aliquid alicunde extundere possem. Ab illo digressum penè me pœnituit de Pœnitentia aliquid promississe. Quid ita, inquires? quia venit in mentem fieri non posse, quin ipse omnia diligenter excusseris, quo pulcherrimum illius, cuius animo

mo

mo & mente ideam complexuses, exprimeres simulacrum. Tibi tamen ut obtemperarem, cui me totum iam pridem addixi; Alciatum, Pieriũ, Bocchium, & Chartarium nostrũ diligenter peruolutaui. Ut paucis complectar, quod volo; nihil omninò reperi, quod mihi, ne dum tibi satisfacere villo modo posset. Ita quæ satis agrè me habebam, cum venit in mentem Ausonij cuiusdam epigrammatis, in quo sat bellè ludit in simulacrum Occasionis, & Pœnitentiæ. Arripui statim librum, & loco inspecto, naturam Pœnitentiæ noui, habitum non cognoui. Rursus igitur hærebã, cum incidit in symbolum Bocchij LXX. quo Rationis, & sensus certamen pingit; ibique pœnitentiæ quoque *ἔιδωλον* habet eo ipso, quo utitur Ausonius, græco nomine subscripto. Nec dubitauit, quin Bocchius pingat, quam Ausonius describit Pœnitentiam. Mitto librum ut inspicias, si forte quadret ad tuum sensum. In ista acquiescere si non potes; fateor nescire me, unde aliam eruere possim aut meliorem, aut tuæ Villæ exornandæ aptiorem & commodiorem.

Vale Regij pridie Idus Nouembris.

M. D. C. X.

**E**X tuis, Vir Clarissime, literis cognoui quàm prudenter, & ingeniosè ad tuos animi sensus indicandos Pœnitentiæ simulachrum effinxis; & quàm venustum, quàm eruditum emblemma concinnaueris cum Alciati præstantioribus meo quidem iudicio comparandum. Mihi equidem sic arrisit, ut mirificè probarim. Qualis tu Vir, quantusq; sis in omni genere literarum cum antea sæpè, tum hoc tempore, atque ista occasione cognoui. Et monere me vis tamen, ut mihi temperem in tuis laudibus? temperabo certè, non quòd mihi verendum sit, ne sim nimius, ut suspicari, & pro tua modestia affirmare non dubitas: sed quod timendum sit, ne cogar eas,

———— culpa deterere ingenij.

Quamquam autem non ignoro, figuram istam, quam ingeniosissimè & aptissimè commentus es, ita partem aliquam ædium tuarum exornaturã, ut ne verbum quidem apponi velis (quando animi tui sensum eodem tempore vis & aperire, & operire) ego tamè ingenij experiundi causa hoc statim, quod ad te mitto, Epigramma effudi.

*Aurea nixa genu, cernis? iam femina fregit*

*En iugã, quã longum ferre coacta fuit.*

*Et nunc cana licet, multisq; incurua sub annis*

*In libertatem se generosa vocat.*

Hæc,

*Hæc, si nosse lubet, mulier Metanæa vocatur.*

*Ne serò sapias, prospice quidquid agis.*

**N**elusi subito, ut malorum etiam poetarum est, *ἐπιβουλεύσασθαι* correptus. Tu lege, & me ama; & cor-  
rige hos potius, quam lauda versiculos, tua certè  
amœnissima villa planè indignos. Vale Regij.  
**XIV. Kal. Decembris.**

**CXXI.**

**Eidem.**

**Regium.**

**C**um te superioribus mensibus Regio disces-  
surus conuenissem officij gratia, in sermo-  
ne iniecisti, fore tibi gratum, si quid aliquã  
do temporis docendi occupationibus furripere,  
teque amicè ac familiariter salutarem. ego ve-  
rò, quanquam summo opere lætatus sum, meas à te  
tali viro flagitari literas, & eas ad te dare sat  
frequentes habebam in animo; diem tamen è die  
ducens hucusque distuli cum mea negligentia,  
tùm illud etiam veritus, ne tibi serijs addic-  
to rebus, & minimè omnium otianti, meis nugis &  
inanibus sermonibus molestiam exhiberem.  
Nunc & tibi in eo, quod optare visus es, obtem-  
perare, & animo meo oblequi tandem constitui;  
cum ea se præsertim obtulerit occasio, ut non li-  
teras solùm mittere, sed & lugubre Carmen da-  
re cogar, quo ciuium nostrorum iustas querelas,  
& lectissimæ Matronæ Iuniperæ Vicedomi & in-  
faustum,

tautum, & deplorandum obitum exprimere conatus sum: Mitto autem, non quòd valde probè, & tuis auribus fecisse me aliquid dignum existimem: sed ne me iure accuses, si quid a me forte audias scriptum, cuius te participem nō fecerim, quem colo, quem obseruo supra ceteros. Hoc certè tpe animus longè aberat à Parnasso, & Musis; sed reuocandus, fuit vt mos Casellino gereretur, verba in solatium petenti. At quo tempore? multis post diebus, quàm honestissimum illud corpus elatum est, & magnæ matri mandatum. non ipsius tamen id negligentia factum est Casellini; sed eorum potius culpa, qui literas nescio quò prius allatas, huc ad me tardissimè retulerunt. Ita què ego postquam illi, quisquis fuit, malè ominatus sum; me in cubiculum abdidì, & nullo arbitro Musis aduocatis ægrè hæc, quæ vides pauca & exilia impetraui. non paruam tamen illis habeo gratiam, quòd si quæ dare voluerunt, citò dederunt. Biduo igitur post, quàm literas accepi, misi ad eum vericulos adhuc calentes ab incude, quorū etiam nunc ad te paucis mutatis exemplum mitto: non vt illos (quales enim tandem sunt?) laudes, sed me in illis ames.

At de conditione ista Guastallensi, inquires, nū aliquid noui? Etiam *καλῶς ἔχει τὰ πάντα*, satis ampla messis tūm publica, tūm priuata: & ad illam etiam nunc factum est aliquid accessionis, Honorarium viginti quatuor aureorum quotannis capendum. Hæc mihi curauit Petrus Baruffonius  
huius

huius Ecclesiæ Antistes; qui me tantum amare  
 proficetur, quantum ego ipsum, virum integerrimum  
 & splendidissimum, singulari animi studio  
 colo ac veneror. Hoc autem cælo nullum cle-  
 mentius, aut benignius unquam sum expertus.  
 Itaque valeo, & vigeo; teque in ista ætate paulo  
 grauiore Valere & Vigere cupio vehementissi-  
 mē. Guastallæ. XI. Kalend. Septembris.  
 M. D C. XI.

---

## CXXII.

Antonio Posseuino Medico, Virò Clarissimo  
 S. P. D. Iacobus Vectianus.

Mantuanam.

**S**tatim atque Iacobus Ferrarius, Medicus  
 præstantissimus Guastallam venit, totius  
 Communis nominis honestissimè inuitatus,  
 mecum ille fuit arctissimæ necessitudinis vinculo  
 adstrictus; cuius equidem multæ fuerunt causæ,  
 filiorum amor, quos mihi in disciplinam conse-  
 stim tradidit: viri singularis humanitas, quæ om-  
 nibus æque carum, æque exoptatum reddit: at il-  
 lud in primis, quod in me sibi dispicere visus est  
 horum, quibus ipse quoque valde oblectatur, a-  
 mœniorum studiorum incredibile quoddam de-  
 siderium, & prælo reconuictioris literaturæ amo-  
 rem eximiam, ac prope singularem. Quapropter  
 quoties p. meas, atque eius occupationes licet (licet

autem sæpissimè) de literis & literatis hominibus longos, & honestissimos sermones habemus. In eos tu iam non semel incidisti, de cuius multiplici eruditione, & solido quodam scribendi genere multa narrauit, illudque in primis significauit; te ex multis & elegantibus & eruditis, qui Mantuz sunt, vnum præcipuè delectum, cui de nobilissima inter Italas Gonzaga gente, historiæ scribendæ munus a Serenissimis Ducibus Francisco, & Ferrando demandatum sit. Ex qua Ferrarij vera de te, quod scio, prædicatione ita tu in census amore sum, vt apud eum nullo modo dissimulare potuerim. Atq; ille, vt Vir humanissimus est, simul vt amori mederetur meo, aut saltè tui, cuius eram sanè impatiens, desiderium leniret; constantissimè pollicitus est effecturum se, vt tu talis vir hominem quamuis de facie ignotum, honestate morû tamen; quàm præsertim profiteor, & harum cultura artium non omninò fortasse contemnendum, omni humanitate complectere; neq; id efficeres, quod subrustici cuiusdam moris est, vt me cum meis quæ tibi concinnaui, munusculis reijceres: quemadmodum inter vos quidam non vester fecit, quem doctissimum, falsò fortasse, multi prædicant, & Musarum quasi delictum admirantur. sed illæ huiusmodi, vt sic dicam, rusticitates in suis alumnijs neq; ferant, neque ferre villo modo possint. Id abs te non est, cur quisquam expectet, qui amantes non potes, vt audio, non redamare. Ego verò te non amo solum, sed colorem etiam



nam & obseruo V. Clarissimum, atque illius vi-  
ri (ex cuius didici scriptis, qui possit aliquis ex  
aliorum scriptis fieri & doctior & melior) Anto-  
nij Posseuini è Societate IESV magni Patrui ma-  
gnum nepotem. Me igitur, humanissime Posseui  
ne, etsi de facie ignotum, tui tamen, quod vides,  
obseruantissimum; si Ferrarium diligis, Ferrarij  
quoque familiarem intimum amare incipe amo-  
re non vulgari. Vale. Guastallæ XI. Kal. Maij.  
M. D C. X V.

---

Iacobo Vectiano Viro Clarissimo  
Antonijs Posseuinus iunior

S. P. D. Guastallam.

**T** Emeritate in censuram decurrere, aut con-  
scientia ignorationis apertum pauescere,  
iuxta æstimo. Illud præcipitatum consi-  
lium, hoc verecundiam detegit; quorum nemi in  
apud liberalem virum locum credidi. Proiectum  
itaq; me, & nullis suffecturis conatibus cœlum au-  
sum, quid mirum, si eruditorû Archiua, & sapien-  
tiorum iudicia aspernantur? apud quos existina-  
tio merito, opinioniq; respondet. Ego me calca-  
tam optimis viam terere fateor, & alienis labo-  
ribus infracta prope cura adrepere, non vt assocu-  
turus, sed vt albo insertus dicar vouisse, quod s-  
tis inualido est. Quotus enim quisque corrupis  
zui moribus (vbi iactantia pro virtute, auda. a  
pro

pro merito est) nullo in futurum quæstu, & operoso studio, quod sibi detrahit, in mentem reuocabit? etiam conatus honesti infensos habent, æmulatione in inuidiam abeunte. Vectianus, quem vires ante alios tulere, quiq; multò ante vulgum prætergressus est, tutò se pelago decertantium committet, victoriæ, aut quod minimum est, spe commendationis. Si quis excultior curas, aut grauiora causatus siluit, hic rei literariæ conuicium fecit. Nam, vt Seneca noster, *Amicitiam nisi indignus abnuerit*. Hinc Possseuinus sibi blanditur, & cum à cauea exhibetur, sibi plaudit, nullo vquam bonorum amicorum numero satiatus. Pronum adeò demereri, vt abstinuisse proximè ad flagitium accedat. Ferratijs amicum, illius Horatiani memor, circumferat.

*Quem tu commendes etiam atque etiam aspice, ne mox  
Incitant aliena tibi peccata puuorem.*

Cum Poeta loqui placuit, ne eluctantibus verbis vsus, ambigè differam. Et hæc quidem pauca pro temporis angustijs, quibus arctatus vix noturnum spiritum non interpellatus dūco. Cæterum non mei, non rerum mearum anxium experimento deprehendes, quoties obsequium, & debitam caritati gratiam sedula opera requires. Fac possim, & peruicisti. Vale. Mantuæ VI. Kal. Maij. M. DC. XV.

---

Eidem.

## CXXIII.

Eidem.

Mantuam.

**N**equē tu temerarius, vir Clārissime, & ad omnia, quæ res & occasio postulat, paratissimus es. magnum tu quidem opus aggressus: magnum quis neget? adde etiam, si lubet, arduum & difficile, sed alienis viribus, non tuis. Non enim eius tu magnitudini succumbes, sed egregiè sustinebis & strenuè, multorum cum admiratione, omnium prædicatione, tua summa laude. An obtræctor aliquis latrabit? tu spernes ignavos canes. Eruditi faucunt; & quibus sapientior, hi plaudent, non exsibilabunt. De vulgo, & fece hominum noli laborare. Scis illud Horatij,

*Non ego ventosæ plebis suffragia venor*

Qua quid inconstantius? quid ioanuis? odit quos extulit. Ego te, qui tamen vnus è numero sum, speciosissimam virtutis semitã non modò ingressus sum, sed eò vsque progressum, vt pauci vnã gradum ferãt, nullus fortasse antecedit ex vestris; hortor, & moneo (quanquam hortatore & monitore non eges) vt luminum fastigium, à quo tibi iam propius, arripere quàm primum cõtere. Iderit, cum nobilissimam Historiam, quam hactenus præ manibus, luculento scriptam stilo, & Taciti cum plenissimis Commentarijs in publicam lucem; & studiorum vtilitatem emiseric. De ne

ne

non nihil dicam, illud verè dicam, fuisse me semper  
 bonarum artium amantissimum; eloquentiæ ne-  
 que inanis neque ventosæ, sed solidæ & eruditæ  
 studiosissimum; quantulum profecerim (id certè  
 fuit perexiguum) ipso me nemo testis melior,  
 aut certior. In culpa non voluntas, nec ipsum for-  
 tasse ingenium. Illa enim paratissima semper fuit,  
 & promptissima; istud (dicam apud te sine iactan-  
 tia) non omninò hebes, aut crassum, aut tardum;  
 sed census tenuitas, & quasi inopia ob fortunæ  
 (sic enim dicendum est) iniuriam, quæ Proavum,  
 Avum, Parentem ipsum meum pertinaciter infe-  
 ctata, ijs bonis, quorum ope animi parantur bo-  
 na, profus nudavit. Voluntate igitur non infi-  
 zior ante vulgum, quod asseris, sum progressus;  
 animi & ingenij dotibus, quod etiam vis, nondū  
 teo, certè affirmare non ausim. Illud scio, me pro  
 pediem hoc docendi onere planè leuatum, omni  
 elaboraturum studio, is vt sim, quem me facis; cū  
 tamen qualiscunque nunc sim, tua mihi non vi-  
 deat indignus amicitia & benevolentia; quam ex  
 aucto optatam, auidè quæsitam, nunc abs te, quæ  
 raræ est humanitas, tam amanter oblatam, quanti-  
 us facere existimas? pluris equidem, quàm si ab  
 aliquo Viro Principe pretiosissimo aliquo munere  
 donatus fuisset. Ferrario Medico, cuius id o-  
 pera & favore consecutus sum, quantum debeam  
 tibi cogita; qui quidem de te planè nihil, vt tu si-  
 mi sibi modestè affirmas. supra id quod est narrauit.  
 Nonne ego, noui ingenij tui, & doctrinæ præstan-  
 tiam

quam vel ex ijs, quas ad me dedisti, eruditione  
quam suspicio; benevolentia atque animi sinceritate,  
quam amplector & exosculor, refertissimis literis;  
ut propterea continere me non potuerim,  
quin rescriberem, & de ista benignitate,  
qua me complecteris, atque in tuorum numerum  
amicorum reponis; gratias agerem, quod facis,  
in perpetuum habiturus, & multò etiam libentius  
si possim, & se offerat occasio, relaturus. Tu  
animum & meum vorum amplectere, meque ut  
cepisti, amare perge, si tibi persuadere poteris,  
esse me tui nominis studiosissimum. Vale Guastalle  
Pridie Kal. Maij.

## CXXIII.

Jacobus Vettorius Joanni Baptiste Vettori  
fratri. S.P.D. Parmam.

**A** Quum postulas, eam id postulas, quod ego  
petenti tibi sum Parma pollicitus.  
Scribam latinè ut iubes, etiam à latinis  
Musis nunc mihi planè auerlus videor, quod me  
me sibi totum vindicans græcæ, quas latinis com-  
ptiores, venustiores, lepidiores videre videor.  
Itaque si quid exciderit quod minus probe, id va-  
de sit iam nostri. De libro tibi gratias ago, quod  
emeris, ut volebam: librario non item, qui cum  
carè vendiderit, quod non debebat. Quam citis-  
simè potest huc mitte, ut Ricardus inspicias, cu-

aus si, vt spero, oculis ardeat, pretium mihi velle est. Quidquid illi summæ quam miseram, super additum, est, quamprimum vestro qui Placentie est Oseonomo, fortasse cras, numerabo. Ricardus amantissimè, id est paterno affectu te salutat, sed huic non minus, quàm mihi dolet, abijisse te illis, quibus te exornari volebas, vix tinctum. Quæ Græcia, quibus & quot diuitiis plena es, quas Latinum frustra desideret? An tibi aculeos infigo? sic velim occasionem arripuisse, cum se obrulit; cum ego velut è specula tardè incedentem, sæpe retrocedentem inelamabam, vt festinares, vt progredere. Et si culpa hæc, quantum audio, nec tua tota est, nec Moderatorum omnis, sed cuiusdam gloriolæ, quæ te, & alios sodales ceperat adolescentes probos non modo latine scribendi, rectè & elegantè etiam, & cum vobis uterentur dicenti, quoties occasio (ea autem nimis frequenter aderat) se se offerret: quasi verò id ne fieri commodè posset, græci impedirent studia. Ego aliter facere institui, serò licet, non mea culpa. Quotquot mecum attuli latinos auctores, in arca vobis in carcere inclusos habeo, nec prius, quam voti compos siam, in lucem aut in libertatem restitiam. Huius autem mei facti adeò non penitet, vt potius heter in dies magis, hanc me aggressam provinciam non obscurè, & quasi per ludum, sed strenuè & seriò. Quæris quid profecerim? non vulgum quidem, si Ricardum audias, qui omnium vellet, at plurimum, si vires spectes,

& meum hoc ingenue dico minus petere quàm vel  
lem ingeniolium.

Cupio meo nomine saluere plurimum Augu-  
stinum Mascardum etate, et audio tibi pene pa-  
rem; eruditione & stilo, ut ex iis quas ad Rich-  
ardum scribit, epistolis video, longe superiorem.  
Istam quàm studiosè potes cole, istum imitare iu-  
uenem; & si quid apud illum tua gratia, atque  
animorum coniunctione vales, illius mihi quoque  
benevolentiam collige, & meo nomine saluta; ne-  
que enim possum non esse eorum cupidissimus sa-  
miliaritatis, quos eruditos; & Ricardi nostri stu-  
diosissimos pernoxi. Placentia XIII. Kal. Febr.  
M. DC. XVI.

CX XV.

Eidem. Patmani.

**M**iramur uterque: tu quòd de Plinio acci-  
pto nihil significasti; ego quòd ad eas li-  
teras, quas proxime mihi nihil rescribas,  
neque quas petenti tibi mihi Ricardi epistolam ve-  
pollicitus es, remittas; quòd ego sane non admi-  
ror solum, sed pene etiam indignor, quòd mecum  
sic agas. Certum erat neque nunc ad te scribere,  
nisi aliter imperasset is, cui negare quicquam ne-  
que possum, neque velim, idem Ricardus. Sed ita  
illi morem geram tamen, ut mihi quoque aliqua  
ex parte satisfactum putem. tam parè scribam,

Z a tam

nam stridit, quod non soleo, ut à silentio proximè  
 abiturus sim. Nam de Plinio quod quæris acce-  
 pit de studijs sat multa audisti; de valetudine,  
 vtor sat commoda, animo etsi languente. qui e-  
 nim è grè me non habeam, cum febricula subin-  
 de tenetur is, à quo mea spes pendet omnis; spes  
 inquam aliquid in græca etiam proficiendi lin-  
 gua, cuius causa quid reliquerim, nosti. Valetu-  
 dine affecta est Ricardus Loster, quam fouet anni  
 tempus, ciborum per hæc tempora ob solemne  
 ieiunium necessaria mutatio, & quod ille præ-  
 sentit, certè prædicat.

*effata in corpore vires.*

**O** Superi seruate hoc caput! Id expeto scilicet  
 non mea vnus tantum, sed aliorum etiam, & li-  
 terarum in primis causa; que magnam in hac ia-  
 ctura, quodocunque illa erit, iacturam facturæ  
 sunt. Et ille quidem paratus est, vbi Deus vocet;  
 quem etiam, quantum licet conijcere, erumnose  
 huius vitæ iam pridem tædere cepit: nos tamen  
 ut diutissime viuat publico & communi homi-  
 num bono, non modò optare vehementer, sed ab  
 eo, qui vera vita est studiose petere debemus.  
 Vale Placentiæ prid. Idus Martij M. DC. XVI.

**Idem:**



## CXXVI.

Eidem.

Parmam.

**T**varum literarum corditati & brevitati serò & breuiter respondeo. Dotes, quod te falsi criminis, vt vides, reum fecerim apud Mascardum. si ita est, vt scribis, omni te culpa libero, & mihi ignosci postulo. sed mihi tu men videor illi per te non semel salutem misisse, neque tu ab eo, quod fieri solet, remisisse. fortasse fallor, nec factum contendo, quod mihi nunc, an factum sit, te aliter affirmante, incertum video; certè factum credebam: nam quorsum me oportebat simulare, aut dissimulare? num me, quod scribis, vt excusarem? at istud quid opus erat? aut quam ob causam, cum iacta per literas nondum essent amicitis fundamenta? sed ista mitatus. A Ricardo literas habeo pendente intra mensem quaternas. Vnde hominis humanitatem, & amorem in me. Officij tui partes implet ex parte, qui vnus me literis hoc anno, aut summum alteris salutasti; & me tamen idem mones, vt scribam frequentius, neque finam a vobis meas tantopere desiderari literas. Rectè mones: sum enim ego Harpocrates, & officij defertor, qui longissimis mense Februario, ni fallor, italicè scriptis de meo statu significauim plenissime; quid nempe agerem; quid meditarer. Indicaui etiam de latina Tragedia, quam

a. m. d. s.

Z. 3

vostri

149 . . . Iacobi Vectiani  
vestri egerunt adoleſcentes in Seminario multo  
cum apparatu, maiore platu?

In cohera egregius officiorum cultor; qui  
neque ad eas reſcripſiſti literas, neque nunc ſcri-  
pturus fuiſſes, niſi te & longo veterano excitaſ-  
ſem falſo illo, ut ais, crimine. quod obieci.  
At condonemus alter alteri, ſi quid a nobis pec-  
catum, & in poſterum has vicemus offenſion-  
entias. Ego valeo, nil aliud: nam neque tu al-  
liod in tuis, plura enim ſemper ab alijs de te,  
quam abs te audio; ergo. *αμοιβη προσλαβε*.  
Sed non poſſent tamen hoc tecum parum fra-  
terna more, & amore agere, neque de prae-  
ſenti meo ſtatu dolere, niſi te ſcirem a Ricar-  
do noſtro propoſitum monuituriri. Maſcardo  
plurimam ſalutem, ſuis literas eleganter ad-  
modum & erudite ſcriptas Romam miſi ad Qua-  
renzum, & Scalabrinum, quos ſalutatos vole-  
bat. Quarenzus leuiter egrotat; at Scalabrinus  
perbelle valet; ſalutem remittit ſperque officio-  
ſſimam. Vale. VII. Kal. Sextilis.

~~Aut. . . . .~~

XXXVII.

Eidem. Placentiam.

**A**D poſtremas literas tuas niſi reſcripſi, quae  
neceſſe non erat: nunc ſcribo non officio  
ſed auxiliij gratia. Opus mihi eſt & tuis  
& amicorum, & Ricardi optimi ſentis precibus  
affiduis.

assiduus; & quantum fieri potest, ardentissimis. Undique circumventus, quò me coniectam ne scio. Tempus appetit iam, cum mihi, quod semel propositum, maturandum esset: sed nihil non in se spero. Quò optavi & flagitavi (at utcumque opinor facere debui) nondum apparet, etsi promissa, nec semel; quempiam non aculo camenam qui fidem suam obstrinxit, quò promisit prestare non potest; ceteri nolunt, ac ne debent quò. *De* Vetus illud in me quadrat; Nihili cautio est. De fratre nostro omnia nunciantur aduersum, & pene ad desperationem adactus esse videtur, etiam ad ceteras miseras longissima iam vxoris vultu, quasi corollarium accersit. fericatum mercedum negotia quo in statu sint, hosti: ipse vix cogitat de mercatura meamque me non vocat tamen, ut suppetias feram, vel quia de me actum putat; vel quia non audeat inuitare ad ea sursum onera ferenda, quibus ipse manus vix solbat abmouere: ac ego cum recogito fratrem esse, si ceterum & parum abest, quin me potius, quò in illam descenderunt vellent. Quibus animi sollicitudinibus agor vides, quò ista fatiger. inuade quantum potest tu, & Ricardus meus: nam & alia sunt, quò non scribo, & cruciant magis. Nondum cedo tamen, & si qua ratione cognoscere valeam, ad quam me vocet militiam Deus, ad quò castra, aut signa accedere iubeat; omnia facile retrouere impedimenta possim & fratris, & nepotis, & reliquatam omnium rerum, ò me si quò beneuolum numen!

sed defino votum inane, & fortasse remerationem.  
 Tu rem committe vii Ricardo quasi parenti no-  
 stro, viro optimo & prudentissimo, praeterea no-  
 mini. Ut utque consilio & precibus iuuate, tu fra-  
 trem, ille veluti filium in maximis versantem an-  
 gustijs. Vale.

CX XVIII.

Eidem.

Regium.

**E**X multorum, & fratris nostri literis audio te  
 in patria esse, humaniores profiteri literas,  
 istarum prima auspiciari scholarum vestrarum  
 principia. Quod ad alios quoque scripsi, en & tibi  
 significo; gaudere me multum multis de cau-  
 sis. Primum quod es in patria, quae omnibus ca-  
 tissima praesertim post longam absentiam esse so-  
 let: deinde quod honestissimo muneri, & tuo, na-  
 fallor, genio atque ingenio valde accommodato  
 praefectus est denique (quo vno in primis trium-  
 pha) quod nostrorum civium liberis adiumento,  
 solatio consanguineis in maxima rerum omnium  
 perturbatione esse poteris, atque vin' dicam  
 abieci propemodum consilium domum redeun-  
 di, quando te praesente non mea fortasse amplius  
 adeo est opus opera. sed nostri urgent assidue: a-  
 mici, quibus de reditu spem inieci, flagitant; nec  
 mihi integrum est, qui promisi, rursus deliberare;  
 nisi si id non successerit, quod ipsi sperant, & cu-  
 rant

tant solerter admodum, ut audio, me non vrgente quidem, sed neque abnuente. Res fratris quo in loco sita sit, praesens credo vides; familiam etiam numerosam illam, quam Alexander Montecchius nobis arcta consanguinitate coniunctus reliquit, ad summas iam penè redactam miserias amicorum scribunt non pauci. Ista mihi omnia quomodo se habeant, abs te significari sincerè ac diligenter, sanè velim. Noli igitur, frater suavissime; quantum me amas, istam curam abijcere; qui interdum soles, quae ardentius opto tractare negligentius, aut segnius curare, certè quas ad te proximo superiore Sextili mense literas misi, quibus te de pluribus & magnis animi mei molestijs certiorè faciebam, nondum scio, an eas acceperis. Ac verò nihil dubitè, quin si forte acceperis, tu, nosterque Ricardus, nisi consilijs, quod volebam, precibus saltem iuveritis, quod & rogabam.

Itaque qualemcunque epi deliberationem, faventibus atque inspirantibus superius captam fuisse credo. Quae autem me, praeter ea, quae nosti, rationes impulerint, ut id facerem, olim praesentes disseremus, nec tu opinor, improbabis consilium meum. Quod ais zgré ferre te, quod ad Christophorum Munarium nescio quid significarim de futura mutatione; quid dicam, ighorò. Hominem certè gravissimum, integerrimum, meli amantem, Praeceptorem, quod nosti, olim meum mendacij infimulare non ausim, si tamen dixisset

here

bere se id à me; nam fortasse significavi; sed non recordor tamen, cum hoc certo sciam, ad illum me multis ab hinc mensibus literas non dedisse, ab eo nullas accepisse. sed fac cogitasse me, & voluisse, atque etià scripsisse (tu certe nosti, & meus Ricardus) quid? num propterea nō sum excusandus, quod consilium mutarim, cum tam multa acciderint, quae istuc nota omnibus, nec pauca mihi soli? Vix claudam epistolam? daturus fui sermone, facerem non facerem; ab hac igitur parte quietus esto. sine dicant, quae collibitum est; nos faciamus, quae magis aut recta sunt, aut certe magis necessaria. Ad Ricardum oram hodie scripturus, sed suspendo calamus, daturus quid audias abs te, num valeat sat commode. Audio Prosperum Montecchi um vestras frequentare scholas. Eum tibi, etsi necesse non est, per te verò is, qui illum instruat, vehementer commendo; vniquē eam familiam vniuersam, quando a sa ratione non potes, precibus & consilio iuues, quantum licet. De nuptiis Mariae Catharinae serò, at serò gaudebo, si eas, quod ipsa sperat, superi fortunabunt; sed mali res omnis est, à feralibus confestim ad nuptiales thalamos transire. Vale Idibus Decembris.

Iacobus

CXXIX.

Jacobus Vectianus Nicolao Sienæ  
S. P. D. Castellaranum.

**T**E virum humanissimum esse, & olim cum  
Regij maneres omnium prædicatione au-  
diebam; & nunc quod abes, recentissimo  
Julij Cesaris Cremonini peroruditi, & amici ho-  
minis testimonio planè intellexi. Quapropter  
non dubitavi ad te, quem nullis antehac officijs  
prosecutus sum, & literas dare; & tem, quæ mihi  
gracissima futura est, quamque ab alijs frustra re-  
quiram, abs te flagitare. Placentiam propediè  
iturus sum græcarum literarum causa, ut illic sub  
viro doctissimo huic vni studio per aliquod tem-  
pus vacem. Scribit ad me qui meus Doctor futu-  
rus est, ut Luciano græco, quem cum reliquis præ-  
misurus fuit libris, latinum Lucianum dem co-  
mpitem, si possim. Hunc ego librum cum in multa,  
quæ Regij est, huius præsertim generis venalium  
librorum penuria, ut nosti, videntiam eruere pos-  
sem, incertum esset, heri autem eiusdem Cremo-  
nini bibliothecâ otiosus excuterem, in tuum for-  
te incidi à viris eruditissimis latinitate donatū.  
præ gaudio exilui, & manus sustuli, orans ami-  
cum, ut mihi de illo per aliquot menses libro cō-  
modaret. Omnes ut auferre dixit, si opus essent,  
vnum huic relinquerem. obstupui responsū, &

Etufant

causam optavi ; atque ille non me habuit diu suspensum . Quotquot hic vides , inquit , Cremonini sunt , ac propterea tui ; si quidem verum illud est , τῶν φίλων εὐδὲν ἴδιον . hic vobis de grege nostro non est ; ac viri amici tamen , qui humanissimus cum sit , eum tibi non grauatè , vt optas concessurum puto , tuumque esse indicauit . Eundem igitur abs te librum , Nicolae vir humanissime atque eruditissime , & vehementer cupio , & studiosè peto , illud inuicem pollicens ; me ad tuos omnes nutus , si quid à me tibi opus erit , quod ad libros , aut ad alia pertineat , & in mea manu sit , promptum semper ac paratum fore . Hunc autem mihi si commodaueris , & apud me diligenter habiturum , & eum repetere volueris statim remissurum me , ita tibi persuadeas velim , vt de mea fide nihil omninò dubitare liceat . Cuius tamen rei aliquam si fortè postulas cautionem , ipsum tibi dabo prædem Cremoninum tuum . Vale , & si vacat , vnum verbum rescribe ; vt siue concedis quod opto , & spero maximè , à communi amico auferre illum ; siue negas , quod nolim , neque sanè expecto , alibi inuestigare , & eruere alicunde possim . Regij prid. Non. Nouemb. M. DC. XV.

---

Iacobus



## CXXX.

**Iacobus Vectianus Ioanni Turrio Capucino, Viro eruditissimo.**

**S. P. D. Nouellariam.**

**E**X quo in patriam redij à meo auulsus Ricardo, ita elanguit cum corpore animus, ut non modò officij mei partes erga amicos, atque eruditos viros explere non potuerim; sed neque earum rerum quidquam agere aut cogitare, quæ mihi summæ & vtilitati & voluptati esse solebant. Quanquam igitur vbi me primùm ab illo itinere recollegi, ad te scribere in animo fuit, & multa tecum de meo, qui nunc est, parum felici statu communicare: rerum tamen omnium, atque ipsius vitæ quoque tædio quodam victus, in hoc vsque tempus (& mensis alter est à meo reditu) debitum iampridem ad te scribendi officium distuli. Atque, ut ingenuè fatear, nisi tuæ ad Iulium Cæsarem Cremoninum etruscæ alteræ, alteræ latinæ, utræque elegantes ac disertæ literæ, à meo me veterno paulisper excitassent; inertem etiam nunc puto otio marcescerem, & silem abste non leuiter accusandus. meritò accusandus, qui rebus domesticis parum prosperè fluentibus, & infirmiore valetudine tentatus essem, frangi me sinam; quando tu, qui in senectutem is præceps, nec firmissima vteris valetudine;

animo

ánimo tamen sic vales, sic viges, vt etiam modestè iocari, & vrbanos sales tuis admiscere scriptionibus valeas, errasse me fateor, & amicitie nostræ non leuem iniuriam fecisse: sed veniam dabis, qui humanissimus es, & meam veterem obseruantiam nosti, nullo vnquam obruendam, silentio.

De studijs nihil hic addo, quòd nimis multa dicenda essent; & breui spero fore, vt nisi tu Regium, ego Nouellariam accedam, & tecum sim per aliquot horas multa collocuturus: λαλῶν ἀριστερος, λέγων ἀδωατώτατος: cum tu παραλαίετε καὶ κανὰ audieris. Nunc tantum id habeo, me paucorum quidem mensium, sed eximium tamen habuisse Doctorem, illis autē, græcis inquam, sic ad dictum fuisse studijs, vt toto eo tempore ne latinum quidem librum attigerim. Si parum profeci, quod certè factum est, vna est ingenij culpa. At, cur in medio cursu, inquires, destitisti? audies, cum vna erimus, idque vt spero breui. nam nimis longum esset, atque vtrique molestum in hanc epistolam omnia conijcere, neque vpius generis, neque scripture aut lectione sat digna, Interim Vale, & Deum pro me quoque, qui pro omnibus soles, vestro de more, & singulari quadam in omnes charitate. Regij IX. Kal. Maij. M. DC. XVI.

Iacobus

## CXXXI.

Jacobus Vestianus Jacobo Soraneo suo.

S. P. D. Guastallam.

**Q**uod mihi de Luciano & Æsopo, quos mihi gratias agis, eo nomine gratum id fuit (etsi minimè necessarium) quòd grati animi significatione nihil accidere nobis iucundius solet. Quod de tarditate haud quereris, valde te amo, & quòd neque me negligentiz accusas, quàm infirmari aut exulare non adeò facile possim; qui quos mittere libros promiseram ante Nonas, in ultimas Kalendas reieci: etsi fratris id mei potius, quàm mea culpa factum est. is enim dum Guastallam cogitat cuiusdam negotij causa, & diomè die trahit; in eam me traxit noxam, ut hanc eius profectioem expectans alijs; quod facile poteram, istue venientibus ferendosne dederim certis hominibus. Atque hæc satis pro mea excusatione. Quòd mihi tantum debere profiteris ob multa, quæ accepisse te narras beneficia; hic rursus facis; quod homines nimium grati solent; qui si forte optimam in se cuiuspiam voluntatem perhucere, tam ipsam in summi beneficij loco ponere consueverunt. Nam voluisse me & optasse, ut tibi ac tuis satisfactum esset magis, quàm alijs foretasse omnibus, ita mihi sum testis, ut qua in re tamen id quòd volebam prestiterim;

prorsus

prorsus ignorem. At nondum venit, opinor, sum-  
ma dies, erit fortasse olim, cum tibi apertius si-  
gnificare poterò, quali erga te tuosque animo  
sim, quali mente. Etenim si studiorum similitu-  
do, & in eadem artes animorum propensio exci-  
tare amorem, excitatum fouere atque augere e-  
tiam vehementer solet: qui ego te non amem ar-  
dentissime? isdem prorsus addictum studijs, ead-  
dem auctore, suatore, & impulsore me disciplinae  
& olim amplexatum, & nunc egregie colentem?  
Ego verò amo te, & in dies amabo magis, qui vi-  
deam quantum in utraque lingua proficiis quo-  
tidie magis. & re vera, si quo coepisti modo per-  
ges, longo me intervallo à tergo sequentè procul  
dubio relinques. quod mihi quidem minimè eris  
mirandum, qui sciam, *ὅτι πολλοὶ μάλιστα κρείττους  
ἔχει τῶν διδασκάλων*, quam laudem & gloriae pal-  
mam adeo tibi non invidéo, ut ad eam plena te  
voce potius παρακαλοῖμι. plura certè, quàm ego  
ista ætate habuerim, in eam rem habes adiuven-  
ta. Nam ut reliqua taceam, frater tibi est *ὁ εὐφ-  
ροδύκαλος, καὶ μεγαλοπρεπής*, ut nulla in re tibi de-  
futurus sit, quæ laborem desideret aut sumptum.  
Quapropter rem urge, mi Iacobe, quando inge-  
nio vales, & ijs abundas rebus, quarum à multis  
aut plerisque, aut præcipue, interdum omnes de-  
siderantur.

Sed heus tu, qui se habet infesta illa, & immun-  
da, & studiorum ac literarum hostis accerrima  
scabies tua? urgetne adhuc, & sinit? an abege-  
runt,





Quid autem, inquis, in illis eximij fuit? Respondum  
 audeo tibi, quippe ad huc iuuenis eximium aliquid  
 tribuere. Sed samen velim scias ad id, quod exi-  
 mium est, quous die magis accedere te. Ista enim  
 scriptura pura, elegans, perspicua, vna verbo epi-  
 stolaris fuit, aut ego fallor. Quapropter si quae  
 istic eruditionis & eloquentiae famam summis,  
 quod nosti, laboribus collegi; tu vna egregie  
 lucrare debes, & verò, si velis, potes maxime  
 laudem à Ghisulpho & laudem & gloriam ex-  
 prestarem; nisi à recta semita abducereat ille ty-  
 renes quas sequitur, ars musica & organici con-  
 centus immoderata delectatio. quid facias? In-  
 quem quo trahunt, diuisa iura verum illecebrarum  
 praesertim cum aliquo tibi voluptati vilitas ad-  
 iuncta, & ille sane venia dignus est, atque conso-  
 latione, cui ob res familiaris angustias poscens  
 lucrum, tenet taceo potius esse debet, quam tur-  
 ba luxuria salacere cum cupio, & monere potest  
 ut si bonas non potest, quas saltem potest horas  
 in studijs collocaet, & inde multo plus, quam de-  
 centibus, me fidei iussore spero commedi. Ac de  
 Casotto quid narras? Isti optor, ad eum de me astu-  
 des effusus? velim monere, ut temperet, si meua  
 re laudatum cupit, praesertim apud eos, quos sal-  
 lere non ad eum proum est. neque enim omnia; ut  
 ipse ait, ad hunc modum separati sunt, verum quid tu me-  
 licillimam epistolam amaro veluti suco respici-  
 sisti? Ecquid illud est, quod narras? Fortunam  
 rem omnem familiarem vestram ad eum immani-

car disturbasse; ut patum suscepit, quia omnia  
 pessima dederit ac procul abire & exaginare me;  
 nisi dedit, recte posse mihi videretur, quod collines  
 De fractibus tui, admodum hinc esse per liberta-  
 tem, atque, ut spero, tunc aliis restituendus, ne  
 supra. *De scabie & illa dolere, quod tibi morbo libe-  
 rari non potes: sed, ut tunc solare infortuna  
 multo maiore: quod, non ut tu, in vana aliqua  
 obdita parte prostrata potes, sed tunc dor-  
 pore laudentem perferre cogor, & amice tra-  
 ctare: & tenere atrectare: & quod tunc putas  
 has me: nunc scribentem. Literas calamum de-  
 ponere, & multas in pectore, imultas in se-  
 more: aut poplilibus inscribere. Literas aut ut in  
 socio sim, fieri equidem hoc tempore nullo mo-  
 do potest: & nescio equidem, ad maior sic vo-  
 luptas in opera, an eruditus ex opere, seu for-  
 tasse possit, qui multo ante colis istum hortum  
 unde mihi tam pulchra insecta obnoctant, sed  
 ego Ricardo nostra mara geram, qui per lu-  
 sbros & iocum moneo, ut tuum tibi remie-  
 satz, hinc, videlicet tam molestum, tam ingra-  
 tum, tam inuicandam hospitem, quem mi-  
 hi Placentia commendasti, & ego blanda lra-  
 nicem blandia cum malo omio excepit, tam  
 animo, & familiarum, rram, pessime, aocipi  
 prius tractavit, coquis enim est ex meis, quem  
 non iisdem artibus, id est, dolere arripuerit, &  
 & nescio quo voluptatis, sensu, & blanda tui-  
 latio-*



lacione ad miseras non edegerit? Nostra tan-  
 tum vetula est, quam pumice aridiorem ad-  
 huc non attingit, nec sic siccus est opinor am-  
 plius: cum praesertim ego iam bellum indixe-  
 rim: persuasus tandem non posse haec con-  
 gionem sine medicatis & amaris positionibus  
 ab arce iam capta & diluissimè recuperata re-  
 pelli. Tu Vale. In & alio quam videris sole-  
 bant iuguento eurus cura. Regis & Malend.  
 Iunij. In 20. mo. s. 10. q. 10. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.









icos facere non possum, per epistolam salutare  
 Ego Mozadellanos colles & montium radices  
 colo, duplici voluptate recreatus; & quod libere  
 ter spiritibus auctis per hos calores fruarer, quod  
 liberius, impensiusque studijs operam nauandam  
 facultas datur. Atque ut huiusmodi successus  
 homini soletissimo, & mei unquam in  
 aliquam reddam nec reposcitur, ubi, quae bre-  
 uiter in paginam sum conieceris. De mane non  
 vade matutinus surgo; Deo quae pijs precibus ac  
 debita veneratione culto, una tunc isto adolefcenti  
 in cuius villa sum, ad libros accuro, duabus sum-  
 mium horis studio datis, ad Excellentissimum hu-  
 ris consultum Vincencium Foxium diuerto; ibi  
 quae in eius Sacello re divina peracta, domum prae-  
 furus redco, à prandio tres minimum horas quie-  
 sco, nec mentem, nisi forte ruenda aliqua le-  
 nitateargo. Itirurus ad libros, quoad inclinatio-  
 iam in vesperam die calores multum remiserit,  
 quo tempore, ut cum Apuleio loquer (cuius le-  
 ctione quasi grauiorum studiorum praetudium in-  
 terdum per haec tempora detectari soleo) modò  
 per ardua montium, modò per lubrica vallium;  
 interdum per roseida coespium, & plebosa cam-  
 portum longis ambulationibus contactis, euane-  
 scente tandem luce me domum reporto, & pusilla  
 refectus cena, post rudos cum iudibus agricolis  
 fabulationes, altera noctis hora dormitum eo.  
 At quibus es, inquis, addictus studijs? Aristote-  
 lis Rhetoricen matutino, eiusdem Poeticen pe-  
 me-

meridiano tempore retracto, atque ita examino, ut lingua græca, cuius me cupidissimum nosti, curam in primis habeam.

Vtrumque verò ut assequi facilius possim, eruditionem inquam & linguæ illius cognitionem, quæ non multo ipse (sic mihi planè video) labore assensus sum, maiore eum molestia, certè longiore verborum circucione, huic ingenio so. mercede adoleseenti onarro, & vniuersæ stili formandi rationem doceo sanè diligenter. Lucianum autem, meam iubeissius horis delicias, ricanusculcto & teicè loquentem, ut quæ ad linguæ peritiã, & scribendi elegantiam plurimam conducere videntur, ex amantissimis illius horis colligam, & miti seponam siue ad loquendum, siue ad scribendum. In discretissimum hunc, & elegantissimum ex græcis scriptorem accepisse, reuoluit ab homine transalpino scholia narrasse mihi videris, & commodaturum si vellem. Ego verò de volo, & si tibi eadem mens, eadem voluntas (cur autem non sic?) vehementer exopto, qui plurimum inde sperare possim utilitatis. Itaque quæ abs te expecto, remissurus ubi volueris, illud tibi idem pollicens, me ad tuos meus, ubi res & occasio poterit, et tibi inferuire possim, paratissimum fore. Vale. è colibus Mozadellanis. Idibus Iulij, M. DC. XVI.

Camil-





me vna si essent, auferne posses ex tuo voto. Hic  
ego familiaribus negotijs occupor, & hinc hora  
stianam illud vsurpo

~~\_\_\_\_\_~~ *o Vus quando te adspiciam*  
Vale Regij XI. Kal. Sextilis M. DC. XVI.

CXXXVII.

Jacobus Vegetianus Ioani Casotto Canonico  
S. P. D. Guastallam.

**G**racis libris hodie valere iussis latine scri-  
ptioni me totam dedi, & ternas iam pro-  
pmodum literas exaravi, vnas ad Sora-  
netum, ad Bononiam alteras, has ad te, cui visus  
esset grauem iniuriam facere Latij sermonis ve-  
teris periclitando, si forte materna scripsssem lin-  
gua. Accepit, at sero admodum, quas misisti lice-  
ras. De Rinaldo meo nihil vnquam ab his mul-  
tis mensibus audiui siue ab ipso, siue ab alio. Tu  
si forte ad tuum fratrem, vtrumque fac vt meo  
quoque nomine salutes. Quas hic habes tuas ad-  
iunctas, Bononio redde, & testis esto, quam pfi-  
dem solidam eius eruditionem, & scribendi ele-  
gantiam amare coeperim. Si me eius amicitia no  
indignum reputas, effice, vt hoc quoque amico,  
sal. viro per te maxime auctum me intelligam.  
quae sunt, quae non sunt, quae committi potes ho-  
nesta & laudabilia de me vt assereres permittor  
du n,

dum id perficias, quod in primis cupio; cum alij  
 vt modum adhibeas moneo, & pro veteris amici-  
 tiz iure interdico præconia illa immoderata, qui-  
 bus me, vt puto, oneras verius quam ornas. Quod  
 ad Bononium attinet, iubes quod dixi.

*Verum ita mentire, & veris sic falsa remisce,*

*Primo ne medium, medio ne discrepet inum*

vt in arte præcipit Venulinus poeta. Nam nisi ca-  
 ueas, nisi tibi conites; vt ingenio acutissimus est  
 & vsu rerum peritissimus; nostras deteget falla-  
 cias Bononius, & se deceptum clamabit. De mea  
 tamen in illum beneuolentia, de sumero amore &  
 voto illi in omnibus obsequendi quibuscumque  
 possim rebus, quidquid pollicitus fueris, comu-  
 late præstaturum me scito, & supra expectatio-  
 nem. Vale, & Io. Andream Philippum vicum gra-  
 uissimum, & ornatissimum, ceteros etiam quos  
 nosti communes amicos, meo nomine plurimum  
 saluta. Romæ X. Kal. Maij M. DC. XVII.

CXXXVIII.

Iacobus Vetricianus Io. Antonio Florentino  
 Consobrino S. P. D. Regium.

**Æ** Grè fers, vt video, tibi longè aliud ac di-  
 scedens eram pollicitus, nunc esse man-  
 datum; nempe vt silcas, aut raras admo-  
 dum hoc tempore ad me literas des, neque, vt ia-  
 celli-

colligo, eas admittis causas, quas tunc frequentibus amicorum epistolis interpellari nolim, sane stultas collegi. Si quid à me iurbanè factum putas, cum græcis Mænis ex postula; quæ ita mecum pactæ sunt, ut volente me coegerunt, ut à latinis procul abessem, preciosa suppellectile sua ditari si vellem, in latinum postliminio rediturus. At permiscro nondum est, ut illas invidiam, sed ea conditione, ut prima interiecta mora statim ad se redirem. Hoc esse non quidem repudiatus, quod timebam, sed æque cathenæ admittas; & quas adeo faciles atque hilaritatis plenas obuiam habere solebam, nunc terrore vukuosas, & superciliosas; & si quid opus est, vix impetro cum gratia excusaturus, si quod iam suscepi munus latinè ad te scribendi, illis inuis aut certe non admodum scientibus; sat bellè exequi non possim. Si dabitur (quod aliquando fore confido) ut ijs, quod facile est, inter se conciliatis apud verasque liberè versari liceat; onerabo te, & communes amicos hibernarum fasciulis, & latinis, atque interitum etiam græcis incubrationibus. Verùm quando perpussillum id est; quod mihi nunc conceditur (pari) ad ea quæ scribis, breuiter sic habeto famulos apud vos histriones esse, quod irones non mentiar, si dixerim dolere me magis quàm lacari, vestra causa. Quamvis enim res sitis, aut Somaschenibus PP. ut cu iocaris, nondum nomè dederim, nec ut patet (nā ad alia me vocat Deus) daturus sim, hæc tamen in re tunc veritque scri-

rio, longe plus damna quam utilitatis. (si quis ita  
 men utilitas à sordido hominum, genere proficiat  
 sci potest) civitatibus nisi ferre possit typhos: istos de  
 publicos assensu adhibet, morum / corruptores, et  
 perniciosiores, quos videri magis vobis. Vbiq;  
 sim fallus vatis) sed ea semineque locum in abis vie  
 deo. (& quis non videt, aut saltem non audit?)  
 eas hinc inde apparentes scilicet illam, et ob eum etiam  
 mas micare; ut recedat gao; nec magis morum feb  
 gere malorum in die extorsione, de por talia in  
 incendia, xurgant, que vultu possunt et tinguunt  
 dis; sed humado sanguine; qui si old o iniecto fuit  
 vires fumage maiores, & latius in diffundatur.  
 Id si fit, quod vult Deus (de omen potius in has  
 baronū capita, & Christiani hominis hostes ager  
 rat) tum quoniam locus: erit istis cetero bellis, et  
 venustis histronibus? quam facius esset; quā  
 laudabilis, dum veniā adhuc sperare possumus,  
 & deprecari infortunia; istos non Regio modò  
 sed ab uniuersa Italia expelli; que; deo in hanc  
 At hi non sunt in causa, inquis, ut bella exsuscit  
 centur, aut à Principibus foveantur. Verum a scil  
 ia causa tamen sunt, ut ipsi mereantur, quos iuras  
 talibus foveatis peccata exemplare, & irritare  
 Dei bonitatem, qui ostendit, pondum incutit flat  
 geilla. sed mihi tempero, ne tecum digladiari vel  
 le videar; qui istorum appares acerrius propu  
 gnator. Discunt animas, qui nesciunt, qui audierit  
 malas ac molestas horas bene, atque hilariter in  
 sumunt. Ego verò id pernego, si quid vtrumque.

Nam

nam dediscunt pudorem potius & bonos mores, aut omnes, aut plerique, aut certè adollescentes. horas autem, hoc quidem anni tempore, & male & segniter traducunt, obscœnis amoribus audientis. Ut enim hoc detur, theatra & ludos scenicos frequentari à quibusdam aut ingenij iuvandi, aut animi agrè se habentis exhilarandi gratia; e reliquo numero quotusquisque est, qui non ob aliam causam illuc accedat, & frequenter discedat gravi aliquo & pestilenti vulnere sauciatus? Rides? at non ridebant Massilienses a vera fide, & istis temporibus longè remoti; quorum ea fuit omnium mens constantissima, ut mimis, atque histrionibus civitas nullo unquam tempore pateret. causam quæris? adfert Valerius Max. cuius hæc verba sunt: *ne, quia eorum argumenta maiore ex parte suprorum actus continent, talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam præderet. Eant nunc Christiani, & inde virtutem addiscere se prædicent, unde periculum esse ut vitia solùm hauriantur, palam gentiles profitebantur. sed mitto hoc argumentum, in quo vel si diutissime immoror, atque illud vberius tractem, & acerrimè insecutale hominum genus, nihil agam, & suadere possim nunquam persuadere.*

Ac benè habet, quod interea temporis tu tamè cogitas de tua, & reliquorum salute; qui enixè rogas plenariam, ut vocant, ad septem annos indulgentiam, solemnè & sacro Cecilie Virginie die isto die, pijs hominibus à Summo Pontifice con-



tè, & eleganter, & omnino latinè respondisse. De  
 græcis Musis noli esse sollicitus: latinis eas ita  
 conciliare cœpi, ut ab illis ad istas, ab istis ad il-  
 las liber patere aditus incipiat. De Histrionibus  
 quòd mecum te sentire dicis, enimverò si ijs de  
 causis sentis, quas narras, longè dissentis. quoti-  
 dianus ille sumptus, & si malè insumptus, perexi-  
 gui tamen aut nullius est pretij. temporis dispen-  
 dium multò pretiosius, præsertim argumentis hu-  
 ius temporis comœdiarum audiendis, meris &  
 obscœnis nugis infartis, ex quibus non moralem  
 vitã addiscas, sed bonos mores, quod scripsi, pla-  
 nè dediscas. Serica illa tua vestis disiecta aliquid  
 est: sed hoc aliquid nihil est præ illa, quæ iouis  
 est, quam non adeò facilè si forte discedatur,  
 refarcire possis. O quot Oedipi illius, credo Oe-  
 dipum spectauere. Oedipus ni certè, qui, ut illos  
 patrem, ita ipse ignarus vestem dilecerasti, haud  
 tuam exillimans. Verùm ad alia transeamus, nec  
 ultra proscindamus istos tuos tam pulchros, tam  
 elegantes Comœdos.

De Indulgentia cumbitã, ut tibi satisfiat, ubi  
 tempus erit, & ego Romæ, quod erit sub autum-  
 ni tempus. De Seminario ipse foras, gratũ fore  
 audire: gratulor istis alumnis, de moderatore  
 quem doctum ac probum, sacri sunt sionem, do-  
 ctum, hominem prorsus mei stomachi, putor quã  
 Episcopi nostri, certè esse debet: non si linguam  
 fortasse non inueniat eius similitudinem, sed in opera  
 tam fideli quam solerti, ut possit Deo narrare.

percussisti me eò grauius, quò credebam minus  
 rumori, vt putabam, incerto. Doleamus vicem  
 hominis nostræ professionis, nostræ conditionis.  
 Si à libris hoc infortunium, procul abijciamus:  
 certe doleo, & illud non minus, prædiolum tuum  
 etiam hoc anno sęua tempestate percussum, Iouẽ  
 iratum, & Iunonem infectam habeas oportet. Vi-  
 de quidam piaculi admiseris, & expia, si potes,  
 si nosti. Vetustatem sapiunt hæc verba, & anti-  
 quorum superstitionem. Tu nostris accomoda  
 temporibus ex præscripto veræ religionis, &  
 Deum, quod facis, time ac reuerere in dies ma-  
 gis: æque id solum, sed emenda, emenda leuia  
 quædam, si qua sunt, & iuuenilia. ego quoque in  
 eo totus sum, vt faciam. serò, inquires, vtrique ve-  
 rum; sed aliquando tamen fecisse nos iuuabit.  
 Vale. Tiburæ. prid. Non. Iulij.

---

 CXXX.

Eidem.

Regium.

**Q**uæternas misisse te literas, scribis; ego ter-  
 nas accepi, postremas hodie; heri à Pari-  
 seto proximas, qui me cum Cassolio inuisi-  
 sit: primas autem illas (quibus responsum dedi  
 & accepisse iam debes) multis post, quàm scriptæ  
 fuerunt diebus. Tiburtinæ illæ perierunt, iam mo-  
 ni, tua culpa. Recte igitur & prudenter egisti,  
 qui



qui me negligētię nomine ne suspectum quidem habere volueris. Ego enim, quod nosse iā debes, cum in omnibus rebus, modò possim, tum in hoc scribēdi officio, officium desiderari meū ab amicis nūquam passus sum. Et quamuis hoc tempore eo in statu meę res sint, & ego ita occupatus ꝑ philosophię, quę recepi, studijs recolendis, vt frequentibus amicorum literis interpellari nolim; tibi tamē pro fraterno amore nostro permissum velim, vt scribere liceat cum lubet, & quoties lubet, ea etiam lege, vt ipse statim rescribere debeam. quod si meas non acceperis aliquando, perijisse putato tuas potius, quā me promissis nō stecisse; neque enim polliceri facillē soleo, quę præstare aut nequeam, aut nolim, etsi tu de mea fide dubitare videris *ἡλιγότης*, de Indulgētia, quā ecce mitto, toties inculcādo. Plenaria est ad septennium: illud verò quod optabas (In forma Iubilæi) obtineri non posse, an non prædixi? ne obolo quidem mihi constitit, sed aliquo labore tamē: hic & ille ducendus ac reducendus fuit, & precibus exorandus pro illa obtinēda. Quid igitur mihi repēssum vultis *ἡ γὰρ οὖν ἀσπίς*; & vos, ὅ φασι μυστα? id vnum: cum rem sacram facitis eodie, mementote mei; tu in primis Antoni, qui debes ob propiūquitatis vinculū, & recēs quod accepisse te profiteris beneficiū; etsi ego amicitiz & cōsanguinitati iure debitū id appellare officium malim, vt debeo. Romæ ipso Feralium die.

## CXXXI.

V. C. Augustino Mascardo Iacobus Vectian<sup>9</sup>  
S. P. D. Parmam.

**N**egligentia mea factum est, ut Placentia cum essem ante hos sexdecim menses litterarum graecarum causa; saepiusque audirem de Ricardo Hesio, optimo & doctissimo sene, quali tu esses humanitate, eruditione, & in omni genere scribendi praestantia: non aliquam tamen occasionem quaesierim, qua me tibi, quod erat puto facillimum, per literas fratre maximè internuncio, nouum amicum, talem virum compararem. Meminai tamen, cum ad eundè fratrem meum literas non infrequentes darem, aliquando illud in mandatis dedisse, ut te meis verbis saluaret; quod illum fecisse puto, & mihi videor abs te fuisse resalutatus. Fecere autè Ricardi literæ, ut in pristinum, & illud quidem ardentissimum tui cognoscendi, & amicitiae inter nos conciliandæ desiderium venerim. Quid igitur abs te velim iam, credo, nosti: nempe ut ad tuam me admittas beneuolentiã, & in amicitiam recipias. nō multis utar argumentis, quibus tali me gratia non indignum probare coner. Illud dicam, quod vulgò iactari solet; Amorem amoris præmium & mercedem esse. Me autem  
non

non eo solum nomine diligere debes, quod te ob egregias animi dotes vehementer diligam: sed quod eum & amem & colam in primis, quæ tu amas & colis Ricardū nostrū: quæ etiam τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας ὡς περ προξενιτῆν esse cupio & volo. Eam enim ob causam has nūc ad te per eum literas mitto; tum ob id magis, quod vbinā sis, haud certò scio. Quod si tamē Parmæ es, vt uideor iu-  
audisse, fratri, quæ istic quoque esse opinor, salutem dicito meo nomine. eius literas aliquot iam menses frustra expecto: totum sibi si vindicant grauiora studia, earum desiderium pati facile possum: si interdum vacuus est, & negligit tamen, officium requiro. Vale. Romæ. VI. Kalend. Iunij. M. D C. X VII.

---

Iacobo Vectiano V. E. Augustin<sup>o</sup> Mascard<sup>o</sup>  
S. P. D. Romam.

**E** Go verè, mi Vectiane, satis mecum honestè actum existimassem, si quam Ricardi mei sermonibus opinionem de mea virtutis vrbra conceperas, eam animo coluisses. Nunc autem quoniam & literis voluntatem tuam probare voluisti, egregiè impudens sim, aut planè plūbeus, si te de tam effusa benevolentia significatione non amem; cum præsertim vadem obtuleris amicissimum Virum, cuius vel solo nomine

com-

commoueri me plurimum difficeri si velim, mentiar. Habes ergo Mascardū ( vt expetere te per summam animi moderatiōnem declarasti ) plane tuum, & ad omnia factum. Is enim ego sum, qui si nihil amicorum causa possum, plurimum tamē velim, idq; cādidē, ac sine fūco semel dictum tibi omnibusque prorsus amicis, intelligas necesse est. Quod autē me quāsi literatū, aut eruditū appellasti, ægerrimē ferrem, nisi compertum etiā haberem, in amore quanta sit cecitas: licuit fortasse ad quotidianas diuturnæ egritudinis molestias tēperandas in ipso ætatis ardore aurā hāc à Musarum vmbra culis, fontibusq; captare; nunc autem prorsus alienū vitæ genus sectari cogor, cuius gelu prisca illa ingenij flamma subsedit, aut etiam fortasse deserbuit. Quid multa? vix otistr ad hæc temerē congerenda nancisci potui. At Vectianus meus non tam sermonis elegantia opīnor expectat, quam amoris argumēta deposcit. Hoc autem me satis diuitem, quādocunq; libuerit, iouenies.

Tu interim verē amicum ama, & eruditis tuis literis identidem recreare ne graue. De fratre tuo quid dicam? verē tuus est, tuique persimilis: post diuturnas in discendo vigiliās, alios deinceps erudiet. iam parat arma, iam campum spirat. sed ipse te suis literis faciet certiozem. Vale. Parmæ, XVI. Kalend. Iulias, M. DC. XVII.

Iacobus

CXXXII.

Iacobus Vectianus Bernardo Balionio  
S. P. D. Neapolim:

**V**icisti, Balioni, do manus: vicisti, inquam, humanitate, obsequendi studio, scribendi officio; qui pro vnis parum latinè, certè quidem ineleganter exaratis binas iã dedisti literas, latinè & eleganter scriptas, beniuolentiæ plenissimas, & eius amoris, qui rarus inter amicos esse solet. ne vereare igitur (quod facere videris in his postremis) vt illæ mihi suspectæ sint. extare mihi videtur in illis ipsum cor tuum. pro quo quid reponam? meum. A Carrara nostrum mirum adhuc silentium: etenim ne rescriptæ quidè ad eas literas, quibus illud de meo præsentâ statu certior feci. nisi si periere illius quoque literæ, vt aliæ non vnæ, quæ Roma Tibur, vbi superiorem ætatem transegi, ad me misse, eorum perfidia aut negligentia, quibus commissæ, iam non semel amissæ. Atque id vnũ fuit in causa, cui Antonius Querègus, Vir vt nosti gratissimus & doctissimus, meũ ad Urbem reditum expectare maluerit: quanquam & valetudine etiam impeditus fuit, & multis alijs occupationibus, vt antehanc diem rescribere ad te, cum sæpius cogitarit, nõ potuerit tamen. Tu ignosce viro septuagenario, parum firmis vtenti viribus; Cardinalis autem Estensis Patroni sui multis, & graui-

ti.

bus vel hac aetate implicato negotijs. Nam, quod eius amorem requiris, & studiosè flagitas in tuis ad ipsum literis, quas mihi legendas obtulit; tum ipse testis; quantum te amet, quantum tuam & eruditionem, & scribendi tum copiam tum elegantiam faciat. Alexandrum Boccolum Congregationis vestrae generalem Praefectum, Virum omni virtutum genere excultum, ea, qua talem ac tantum salutaris reuerentia decet, saluere cupio multum per te, aut per ipsum, qui illi a secretis est, Carraram nostrum; de quo scire peruelim quid agat, quid meditetur. Longissimam mihi quidem epistolam debet, vel quod officio rescribendi defuit; vel quod parum caute, parum diligenter nescio quò literas inscripsit. Vale Roma. IX. Kal. Nouembris.

## CXXXIII.

Jacobus Vectianus Stephano Palmario  
S. P. D. Ameriam.

**S**cribo raptim. Quod per aliquot dies silueri, noli putare indormuisse me amici tui, cuius causa adeò sollicitus es, negotio. Collegij Rectorem, mei ut seis amantissimum, & olim non semel, & heri multò studiosius precatus sum, ut illius, & meis uotis, in re praesertim honesta, & facili obsequi uellet. Per mouisse uideor, & uerè ut spero, composites erimus. eius ad me latinas li-

teras eidē ostendi, quas perlegit, & laudauit, sed dubitare se dixit, v̄t s̄nt ab illa manu, ab illo ingenio. ego affirmavi, nullum esse dubitationi locū, qui iuuenem pernoui, & v̄ilus est credere. Occasio autem illius accersendi aderit propediem, si fallor. Quod igitur ad Rectorem attinet, cōfēta res est. & modò is velit,

*Quem petes arbitrium est, & ius, & cura vocandi,*  
 in v̄trāvis aurem dormire potest. intra hunc mēsem, quod nosse debes, istic aderit Vicarius generalis vester: si forte quæret, vnde ista, præsertim tam subita, de loci mutatione cogitatio, moue illum, vt veram aliquam, & solidam in promptu causam habeat: sed vereor, ne rem omnem inturbet is, sub cuius est acerbo seruitio. Omissio ioco: nisi tuus amicus Urbem reuifere, atque habitare tantopere aueret, non durum, credo, aut ad eò immitte istud videretur impetrium. & ego illos quidem opinione falsos esse puto, qui existimant, & palam loquuntur, hominē conuenire cum factis nomen: at, ne quid mētiar, istic cum essem (et si ad breue id rēpus fuit) longo aliter sum expertus. sed omnibus aut idem ingenium non est, aut omnibus non ille idem. Verum ista mittamus: mihi curę in primis erit, tuo vt satis amico fiat, in quo & mihi, vbi quod volumus, erimus assecuti, apprime satisfactum putabo. Vos bene valete, & me, quod facitis, vterque amate. Romę. Kal. Octobris.

---

 Fa.

dum id perficias, quod in primis cupio; cum alijs  
 ut modum adhibeas, moneo, & pro veteris amici-  
 tia iure interdico præconia illa immoderata, quibus  
 me, ut puto, operas verius quam ornas. Quod  
 ad Bononiam attrinet, iubes quod dixi.

*Verum ita mentire, & veris sic falsa remisce,  
 Primo ne medium, medio ne discrepet inum*

ut in arte præcipit Venulinus poeta. Nam nisi ca-  
 ueas, nisi tibi constes; ut ingenio acutissimus es  
 & usu rerum peritissimus; nostras deteget falla-  
 cias Bononius, & se deceptum clamabit. De mea  
 tamen in illum benevolentia, de sincero amore &  
 voto illi in omnibus obsequendi quibuscumque  
 possim rebus, quidquid pollicitus fueris, cumu-  
 late præstaturum me scito, & supra expectatio-  
 nem. Vale, & Io. Andream Philippum virum gra-  
 uissimum & ornatissimum, ceteros etiam quos  
 nosti communes amicos, meo nomine plurimum  
 saluta. Romæ X. Kal. Maij M. D.C. XVII.

CXXXVIII.

Iacobus Vestianus Io. Antonio Florentino  
 Consobriño S. P. D. Regium.

**Æ** Grè fers, ut video, tibi longè aliud ac di-  
 scedens eram pollicitus, nunc esse man-  
 datum; nempe ut sileas, aut raras admo-  
 dum hoc tempore ad me literas des. neque, ut ia-  
 celli-



colligo, eas admittis causas, quas cur frequen-  
 tibus amicorum epistolis interpellari nolim, sane  
 multas collegi. Si quid à me iurbanè factum pu-  
 ras, cum græcis Mosis ex postula, quæ ita mecum  
 pacta sunt, do volentem coegerunt, ut à latinis  
 procul abessem, preciosa suppellectile sua dirari si  
 vellem, in latinum postliminio rediturus. At per-  
 misero nunc satiam, ut illas inuiserem, sed ea con-  
 ditione, ut parua interiecta mora statim ad se re-  
 direm: Incessi, nam quidem repudiatus, quod ti-  
 mebam, sed contra, cathenæ admittis; & quas ad eò  
 faciles atque hilaritatis plenas obviam habere  
 solebam, nunc cerno vultuosas, & superciliosas;  
 & si quid opus est, vix impetro cum gratia excu-  
 sagitur, si quod iam suscepi munus latine ad te  
 scribendi, illis inuis aut certe non admodum  
 sapientibus, sat bellè exequi non possim. Si dabi-  
 cas (quod aliquando fore confido) ut ijs, quod fa-  
 cile est, inter se conciliatis apud utraq; liberè  
 versari liceat; onerabo te; & communes amicos  
 hiberarum fasciulis, & latinis, atque inter-  
 litem etiam græcis incubrationibus. Verum  
 quando perpessillum id est; quod mihi nunc  
 conceditur spatij, ad ea quæ scribis, breuiter sic  
 habero, famulos apud vos histriones esse, quod  
 inones, nò mentiar, si dixerim dolere me magis q̄  
 letari, vestra causa. Quamvis enim Iesaitis, aut  
 Somatichensibus PP. ut tu iocaris, nondum nomē  
 dederim, nec vespere (nā ad alia me vocat Deus)  
 daturus sim; has tamen in re eorum verisque sen-  
 tio,

tio, longè plus damna quam utilitatis. (si quis tibi  
 men veritas à sordido hominum genere proficiet  
 sci potest) civitatibus nisi sint quæ stultos istos de  
 publicos assentat ad res, morum, consuetudines, ad  
 perniciosiores, quæ vulgo magis adeptos. Vbi quæ  
 sim fallus veritas, sed eas seminare, hoc est in ista vie  
 deo. (& quis non videt, ait: sed non in iudicium?)  
 eas hinc inde apparet, et illam, et ab eubidiam  
 mas micare, et recrudescant, ne magis morum scilicet  
 gete malorum in die extinguisse, et per Italiam  
 incendia exurgant, quæ nulli impotentis tinguenda  
 dis; sed humido sanguine, qui si oldo impeto fusa  
 vires fumæque maiores, & late si mediffunda ceteri.  
 Id si fit, quod volit Deus (sic enim potius in has  
 barorum capita, & Christiani hominis hostes iuret  
 ear) tum quinquies locus, erit istis tam bellis, tam  
 venustis histrionibus? quàm fatius esset; quàm  
 laudabilius, dum veniã adhuc sperare possumus,  
 & deprecari infortunia; istos non Regio modò,  
 sed ab uniuersa Italia expelli, sine possibilibus  
 At hi non sunt in causa, inquis, ut bella exsuscitentur,  
 aut à Principibus foueantur. Verum & sed  
 in causa tamen sunt, ut ipsi mereamur, quos iuras  
 talibus fontibus peccata champare, & irritare  
 Dei bonitatem, qui ostendit, pondum incutit flag  
 geilla. sed mihi tempero, ne tecum digladiari vel  
 le videar; qui istorum apparatus acerimus propu  
 gnator. Discunt enim, ais, qui vultus, qui audiunt  
 malas ac molestas horas bene, atque hilariter iob  
 sumunt. Ego verò id pernego, & quidã utrumque,  
 Nam

nam dediscunt pudorem potius & bonos mores, aut omnes, aut plerique, aut certè adolentes. horas autem, hoc quidem anni tempore, & male & segniter traducunt, obscœnis amoribus audientis. Ut enim hoc detur, theatra & ludos scenicos frequentari à quibusdam aut ingenij iuvandi, aut animi ægrè se habentis exhilarandi gratia; e reliquo numero quotusquisque est, qui non ob aliam causam illuc accedat, & frequenter discedat grati aliquo & pestilenti vulnere sauciatus? Rides? at non ridebant Massilienses a vera fide, & istis temporibus longè remoti; quorum ea fuit omnium mens constantissima, ut mimis, atque histrionibus civitas nullo unquam tempore pateret. causam quæris? adfert Valerius Max. cuius hæc verba sunt: *ne, quia eorum argumenta maiore ex parte stuprorum actus continent, talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam præderet.* Eant nunc Christiani, & inde virtutem addiscere se prædicent, vnde periculum esse ut vitia solum hauriantur, palam gentiles profitebantur. sed mitto hoc argumentum, in quo vel si diutissime immoror, atque illud vberius tractem, & acerrimè insecter, tale hominum genus, nihil agam, & suadere possim nunquam persuadere.

At bene habet, quod interea temporis tu tamè cogitas de tua, & reliquorum salute; qui enixè rogas plenariam, ut vocant, ad septem annos indulgentiam, solemnè & sacro Cæcilie Virgini die isto die, pijs hominibus à Summo Pontifice con-

cedendam. Curabitur uti mones, & spero obstinebitur: praesertim si, quod puto, non ut ambitiosus ad vestros concentus audiendos concursus fiat, eam expetis: sed ut frequentiori cœtu & obsequio, quod tantæ Virgini Christi Sponsæ præstabitur, Deum venerentur magis, purgati peccatorum labe cinium animi. De carminibus missis gratias ago: eorum lectione valde sum delectatus, quod pietatem redolent, & suavi admodum, si meas aures consulis, numero concinnata sunt. At certius aliquid scribam, ubi illa Antonio Querengo, & Ioanni Ciampolo magnis etiam, ecclesiarum Mofarum, alumnis ostendero. Bosio, Angio, Panciolo Canonicis salutem meo nomine, plurimam dicas velim. Vale. Tibure Non. Maii. M. DC. XVI.

CLXXIX.

Eidem.

Regium.

Vestri, quod pollicitus sum, quantum quidem ad me attinet, cumulatè præstem; id est non rogatus publici tabellarii, inquam, auctoritate ne meis ad te literis discedat, absque tuis roboratis ea quæ tempore tuo accipio, eodem scilicet prope rante referibo; & illud in primis tibi significavi velim, me quæcumque magis lectione literarum, quæ in vestris, quibus tamen non capio, voluntate solus, delectatus sum, tui mihi vestris appositè,

tè, & eleganter, & omnino latinè respondisse. De græcis Musis noli esse sollicitus: latinis eas ita conciliare cœpi, ut ab illis ad istas, ab istis ad illas liber patere aditus incipiat. De Histrionibus quòd mecum te sentire dicis, enimverò si ijs de causis sentis, quas narras, longè dissentis. quotidianus ille sumptus, & si malè insumptus, perexiguus tamen aut nullius est pretij. temporis dispendium multò pretiosius, præsertim argumentis huius temporis comœdiarum audiendis, meris & obscœnis nugis infartis, ex quibus non moralem vitã addiscas, sed bonos mores, quod scicisti, plane dediscas. Serica illa tua vestis discissa aliquid est: sed hoc aliquid nihil est præ illa, quæ iouis est, quam non adeò facilè si forte discindatur, refareire possis. O quot Oedipi illum credo Oedipum spectauere. Oedipum tu certè, qui, ut ille parrem, ita ipse ignarus vestem dilacerasti, haud tuam existimans. Verùm ad alia transeamus, nec ultra profcindamus istos tuos tam pulchros, tam elegantes Comœdos.

De Indulgentia curabitur, ut tibi satisfiat, ubi tempus erit, & ego Romæ, quod erit sub autumni tempus. De Seminarie rōdæ foribus gratũ mihi audire: gratulor istis alumnis de moderatore, quem doctum ac probum, ac cui fuit sienam nostrum, hominem prorsus mei stomachi, patre quæ Episcopi nostri, certè esse debet: non si in quibusdam fortasse non inueniat eius similitudinem, sed in operatam fideli quam solerti, uti possit. De illis autem to-

percuſſiſti me eò grauius, quò credebam minus  
 rumori, vt putabam, incerto. Doleamus vicem  
 hominis noſtræ profeſſionis, noſtræ conditionis.  
 Si à libris hoc infortunium, procul abijciamus:  
 certe doleo, & illud nou minus, prædiolum tuum  
 etiam hoc anno ſcua tempeſtate percuffum. Iouè  
 iratum, & Iunonem infeſtam habeas oportet. Vi-  
 de quidam piaculi admiferis, & expia, ſi potes,  
 ſi noſti. Vetuſtatem ſapiunt hæc verba, & anti-  
 quorum ſuperſtitionem. Tu noſtris accommoda  
 temporibus ex præſcripto veræ religionis, &  
 Deum, quod facis, time ac reuerere in dies ma-  
 gis: æque id ſolum, ſed emenda, emenda leuia  
 quædam, ſi qua ſunt, & iuuenilia. ego quoque in  
 eo totus ſum, vt faciam. ſerò, inquires, vtrique ve-  
 rum; ſed aliquando tamen feciſſe nos iuua-bit.  
 Vale. Tiburæ. prid. Non. Iulij.

---

 CXXX.

Eidem.

Regium.

**Q**uaternas miſiſſe te literas, ſcribis; ego ter-  
 nas accepi, poſtremas hodie; heri à Pari-  
 ſeſo proximas, qui me cum Caſſolio inu-  
 ſit: primas autem illas (quibus reſponſum dedi  
 & accepiſſe iam debes) multis poſt, quàm ſcripſer-  
 fuerunt diebus. Tiburtinæ illæ perierunt, iam mo-  
 ni, tua culpa. Reſte igitur & prudenter egiſti,  
 qui

qui me negligētię nomine ne suspectum quidem habere volueris. Ego enim, quod nosse iā debes, cum in omnibus rebus, modò possim, tum in hoc scribēdi officio, officium desiderari meū ab amicis nūquam passus sum. Et quamvis hoc tempore eo in statu meę res sint, & ego ita occupatus ꝑ philosophię, quę recepi, studijs recolendis, vt frequentibus amicorum literis interpellari nōlim; tibi tamē pro fraterno amore nostro permissum velim, vt scribere liceat cum lubet, & quoties lubet, ea etiam lege, vt ipse statim rescribere debeam. quod si meas non acceperis aliquando, perijisse putato tuas potius, quā me promissis nō stetisse; neque enim polliceri facillē soleo, quę præstare aut nequeam, aut nolim. etsi tu de mea fide dubitare videris *ὀλιγόπιστος*, de Indulgētia, quā ecce mitto, toties inculcādo. Plenaria est ad septennium: illud verò quod optabas (In forma Iubilæi) obtineri non posse, an non prædixi? ne obolo quidem mihi constitit, sed aliquo labore tamē: hic & ille ducendus ac reducendus fuit, & precibus exorandus pro illa obtinēda. Quid igitur mihi repēssum vultis *ἄ γὰρ οὐ ἀοιδοῖ;* & vos, ὁ sacri mystæ? id vnum: cum rem sacram facitis eodie, mementote mei; tu in primis Antoni, qui debes ob propiuitatis vinculū, & recēs quod accepisse te profiteris beneficiū; etsi ego amicitię & cōsanguinitati iure debitū id appellare officium malim, vt debeo. Romę ipso Feralium die.

## CXXXI.

V. C. Augustino Mascardo Iacobus Vescian<sup>o</sup>  
S. P. D. Parmam.

**N**egligentia mea factum est, ut Placentiæ cum essem ante hos sexdecim menses literarum græcarum causa; sæpiusque audirem de Ricardo Hesio, optimo & doctissimo sene, quali tu esses humanitate, eruditione, & in omni genere scribendi præstantia: non aliquam tamen occasionem quæsierim, qua me tibi, quod erat puto facillimum, per literas fratre maximè internuncio, nouum amicum, talem vigum compararem. Memini tamen, cum ad eundem fratrem meum literas non infrequentes darem, aliquando illud in mandatis dedisse, ut te meis verbis salutaret; quod illum fecisse puto, & mihi videor abs te fuisse resalutatus. Fecere autem Ricardi literæ, ut in pristinum, & illud quidem ardentissimum tui cognoscendi, & amicitie inter nos conciliandæ desiderium venerim. Quid igitur abs te velim iam, credo, nosti: nempe ut ad tuam me admittas beneuolentiã, & in amicitiam recipias. nõ multis utar argumentis, quibus tali me gratia non indignum probare coner. Illud dicam, quod vulgò iactari solet; Amorem amoris præmium & mercedem esse. Me autem

non



non eo solum nomine diligere debes, quod te ob egregias animi dotes vehementer diligam: sed quod eum & amem & colam in primis, quæ tu amas & colis Ricardum nostrum: quæ etiam τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας ὡς περ προξενικήν esse cupio & volo. Eam enim ob causam has nunc ad te per eum literas mitto; tum quod id magis, quod vbi nã sis, haud certo scio. Quod si tamẽ Parmæ es, vt uideor iamdudum, fratri, quæ istic quoque esse opinor, salutem dico meo nomine. eius literas aliquot iam menses frustra expecto: totum sibi si vindicant grauiora studia, earum desiderium pati facile possum: si interdum vacuus est, & negligit tamen, officium requiro. Vale. Romæ. VI. Kalend. Iunij. M. D C. X VII.

---

Iacobo Vectiano V. E. Augustin<sup>o</sup> Mascard<sup>o</sup>  
S. P. D. Romam.

**E** Go verò, mi Vectiane, satis mecum honestè actum existimassem, si quam Ricardi mei sermonibus opinionem de mea virtutis vmbra conceperas, eam animo coluisses. Nunc autem quoniam & literis voluntatem tuam probare voluisti, egregiè impudens sim, aut planè plūbeus, si te de tam effusa benevolentia significatione non amem; cum præsertim vadem obtuleris amicissimum Virum, cuius vel solo nomine

com-

commoneri me plurimum difficeri si velim, mentiar. Habes ergo Mascardū ( vt expetere te per summam animi moderationem declarasti ) plane tuum, & ad omnia factum. Is enim ego sum, qui si nihil amicorum causa possum, plurimum tamē velim, idq; cādide, ac sine fuce semel dictum tibi omnibusque prorsus amicis, intelligas necesse est. Quod autē me quāliteratū, aut eruditū appellasti, agerrimē ferrem, nisi compertum etiā haberem, in amore quanta sit cæcitas: licuit fortasse ad quotidianas diuturnæ egritudinis molestias tēperandas in ipso ætatis ardore aurā hāc à Musarum umbraculis, fontibusq; captare; nunc autem prorsus alienū vitæ genus sectari cogor, cuius gelu prisca illa ingenij flamma subleat, aut etiam fortasse deserbuit. Quid multa? vix otistrā ad hæc temerē congerenda nansisei potui. At Vettianus meus non tam sermonis elegantiam opinor expectat, quam amoris argumēta deposcit. Hoc autem me satis diuitem, quādoque libuerit, inuenies.

Tu interim verē amicum ama, & eruditis tuis literis identidem recreare ne grauer. De fratre tuo quid dicam? verē tuus est, tuique persimilis: post diuturnas in discendo vigiliis, alios deinceps erudiet. iam parat arma, iam campum spirat. sed ipse te suis literis faciet certiores. Vale. Parmæ, XVI. Kalend. Iulias, M. DC. XVII.

Iacobus

CXXXII.

Iacobus Vectianus Bernardo Balionio  
S. P. D. Neapolim.

**V**icisti, Balioni, do manus: vicisti, inquam, humanitate, obsequendi studio, scribendi officio; qui pro vnis parum latinè, certè quidem ineleganter exaratis, binas iã dedisti literas, latinè & eleganter scriptas, benivolentiæ plenissimas, & eius amoris, qui rarus inter amicos esse solet. ne vereare igitur (quod facere videris in his postremis) vt illæ mihi suspectæ sint: extare mihi videtur in illis ipsum cor tuum. pro quo quid reponam? meum. A Carrara nostro mirum adhuc silentium: etenim nè rescripsit quidè ad eas literas, quibus illũ de meo presentĩ statu certiozem feci. nisi si periere illius quoque literæ, vt aliæ non vnæ, quæ Roma Tibur, vbi superiorem ætatem transegi, ad me misse, eorum perfidia aut negligentia, quibus commissæ, iam non semel amissæ. Atque id vnũ fuit in causa, cum Antonius Querègus, Vir vt nosti gratissimus & doctissimus, meũ ad Urbem reditum expectare maluerit: quanquam & valetudine etiam impeditus fuit, & multis alijs occupationibus, vt ante hanc diem rescribere ad te, cum sæpius cogitarit, nõ potuerit tamen. Tu ignosce viro septuagenario, parum firmis videnti viribus; Cardinalis autem Estensis Patroni sui multis, & graui-

ti.

bus vel hac ætate implicato negotijs. Nam, quod eius amorem requiris, & studiosè flagitas in tuis ad ipsum literis, quas mihi legendas obtulit; sum ipse testis; quantopere te amet, quantam tuam & eruditionem, & scribendi tum copiam tum elegantiam faciat. Alexandrum Boccolum Congregationis vestræ generalem Præfectum, Virum omni virtutum genere excultum, ea, qua talem ac tantum salutarè reuerentia decet, saluere cupio multum per te, aut per ipsum, qui illi à secretis est, Carraram nostrum; de quo scire peruelim quid agat, quid meditetur. Longissimam mihi quidem epistolam debet, vel quod officio rescribendi defuit; vel quod parum cautè, parum diligenter nescio quò literas inscripsit. Vale Roma. IX. Kal. Nouembris.

## CXXXIII.

Jacobus Vecianus Stephano Palmario  
S. P. D. Ameriam.

**S**cribo raptim. Quod per aliquot dies silueri, noli putare indormuisse me amici tui, cuius causa adeò sollicitus es, negotio. Collegij Rectorem, mei ut seis amantissimum, & olim non semel, & heri multò studiosius precatus sum, ut illius, & meis uotis, in re præsertim honesta, & facili obsequi velle. Permouisse videor, & voti, ut spero, composites erimus. eius ad me latinas li-

teras eidē offendī, quas perlegit, & laudauit, sed dubitare se dixit, v̄t. s̄nt ab illa manu, ab illo ingenio. ego affirmavi, nullum esse dubitationi locū, qui inueniētem pernoni, & visus est credere. Occasio autem illius accersendi adierit propediem, ni fallor. Quod igitur ad Rectorem attinet, cōfēta res est. & modò is velit,

*Quem penes arbitrium est, & ius, & cura vocandi,*  
in v̄trāuis aurem dormire potest. intra hunc mēsem, quod nosse debes, istic adierit Vicarius generalis vester: si forte quæret, vnde ista, præsertim tam subita, de loci mutatione cogitatio, moue illum, vt veram aliquam, & solidam in promptu causam habeat: sed vereor, ne rem omnem inturbet is, sub cuius est acerbo seruitio. Omissio ioco: nisi tuus amicus Urbem reuisere, atque habitare tantopere aueret, non durum, credo, aut ad eò immittē istud videretur imperium. & ego illos quidem opinione falsos esse puto, qui existimant, & palam loquūtur, hominis conuenire cum factis nomen: at, ne quid mētiar, istic cum essem (et si ad breue id tēpus fuit) longo aliter sum expertus. sed omnibus aut idē ingenium non est, aut omnibus non ille idē. Verū ista mittamus; mihi curę in primis erit, tuo vt satis amico fiat, in quo & mihi, vbi quod volumus, erimus assecuti, apprime satisfactum putabo. Vos bene valete, & me, quod facitis, vterque amate. Romę. Kal. Octobris.

## CXXXIV.

Famiano Stradae è Societate Iesu, Viro Doctifs. & Eruditifs. Iacobus Veſtianus

S. P. D. Romam.

**C**Redebam fore, doctiffime & difertiffime Famiane, vt in meo ad Vrbem reditu te coram inuiſere, noſtramque tanta voluntatum conſenſione inſtitutam, mox ob cauſas quas noſtri, nullis à me officiorum generibus multos meſes cultam, renouare amicitiam, aut confirmare poſſe magis. ſed ea quotidie domo nunciantur, vt mihi ſit in patriam redeundum, magnis Patronis, qui Romæ ſunt, prò quantum dolet? inſalutatis. Te tamen præterire nolui, hac præſertim tam opportuna, tam commoda occaſione oblata tui conueniendi per Io. Antonium Moram ciuem meum, qui nunc in veſtro eſt Romano Seminario; cui ob literas latinè ſcriptas ſatis emendatè & eleganter, & carmina ſanè bella, reſpòſum debeo. enimuero acutus, & ingenioſus iſte Adoleſcentulus eſt: talè ſemper cognoui, & magnam ſpè olim cœpi ex ijs, quos tunc emittebat, floribus; maiorè nunc cōcipio ex ijs, quos dare incipit, fructibus. Magnū certè aliquid expecto ab iſta planta, cuius bonitatem noui; ab iſtis veſtris cultoribus, quorū diligentia, & peritia mihi & omnibus nota: niſi ſi  
quos

quos timor & malevolentia infuseat. Philosophicæ operam dare cœpit hoc anno: manus tamen vix continere potest à scriptoribus, & scripturionibus amœnioris literaturæ. Moneo ego per literas, mentem procul habendam à Musarum hortis hoc tempore: paulo quidem asperiora esse, quæ præ manibus studia habet; ac maioris fructus, neque expertia suæ voluptatis tamen. Pollicetur ille se, quæ suadeo, facturum omnia: sed allicientibus illis, & blandè inuitantibus ad ingenium, ut video sæpe redit. nollem vim facerent, & velut insectis vinculis abducerent in reconditos illos specus, & inuios calles, apud se habituræ tanquam suam. Tu quoque (nam te opinor adibit, & meo nomine salutabit) mone, ut nunc mittat incundiora ista, mox recepturus, ubi animum solidioribus disciplinis munierit.

Quod si te, non frequentissimè quidem ob tuas occupationes, ut illi hortator sui, sed aliquando tamen inuiserit, aut tu forte in illum publicas vestras frequentantem scholas incideris; animum facito ad istam scientiarum nobilissimam strenuè capessendâ: nam deterritus est informi illo monstro, quod istos quasi Hesperidum hortos velut in limine prostratum seruat, Entes rationis. In eodè ego adolescentulo amando vni tantum cedo eius parenti, præterea nemini: causas habeo nõ vnas, ingenij præstantiam, modestiam, animum & mores pro ætate sæ bellè compositos. Adde, quòd eiusdem parentis ad eò multa in me & officia, & bene-

beneficia sunt, ut vel si illis, quas modo commemoravi, animi atque ingenij dotibus careret; non diligere tamen, & illi haud bene cupere non possem. Eum igitur, & si necesse non arbitror (nam ille mihi praedicat, quam secum humaniter, & benigne agant PP. Collegij omnes, qui norunt) ita tibi Vir humanissime commendo, ut cupiam pro singulari mea erga te observantia id abs te impetrare; ut enim quasi alterum me diligas, & quibuscumque rebus potes iuves, consilijs praesertim ac monitijs, quae illum, quanti te quanti tuam doctrinam, & eloquentiam facit (facit autem plurimi, ut docet) tamen facturum, & estimaturum scio.

At vide, mi Famiane, quò me haud malus absulit error: illius causam dum ago meam causam agere desisti. Illud enim fuit ab initio propositum, ut te, quem abiens non semel atque iterum, sed ter, & amplius diverso tempore salutavi per P. Crystallum, per P. Rufinum, meum, per istunc ipsum adolescentem; nunc meis ipse literis ante discessum, interpellarem, & schedulam obtinerem, tuae pietatis benevolentiae: licet enim si in Patriam revertere Parmam etiam, ut puto, excurrendum erit, & tuus mihi, quod certe cum conveniendus fuerit humanissimus & doctissimus vir P. Darius: quae illi ratione prohem non loco nos amicos esse, quod ille voluit, cum ad litteras commendaticias meae vobis causa dedit, nisi amicitia tua mihi per huiusmodi conciliata tollerari afferre possim, quam ille agnoscatur, utam saltem epistolam suam, & Absque hoc



hoc fuisset, crede vir humanissime, te nullo modo  
 interpellassem grauiſſimis districtum occupatio-  
 nibus. Et quoties putas, magno me correptum  
 fuisse ad te scribendi desiderio? sed cum cogi-  
 tabam, quid præ manibus haberes, Alexandri Bar-  
 neſij, magni nostri sæculi Herois hiftoriam; redar-  
 guebam ipse me, qui vel cogitare ausus essem.  
 Nunc excusa, & rescribe, si potes; aut saltẽm a-  
 ma, vt adhuc fecisti, quod potes. Vale. America,  
 Idibus Ianuarij.

## CX XXXIV.

Jacobus Vectianus Petro Scalabrino L. C.

S. P. D.

**D**uturnum hoc meum tibi fore silentium ad-  
 mirationis & ipse, nec sensu suspicatus  
 sum & cum scripsi ad Aconium, Quaren-  
 gum Viro, Clarissimum, ad te quoque literas  
 daturus fui, si pec. cum licuisset, qui Romam  
 properabat me, insciente, nisi cum equis et ad-  
 mocus. In illis igitur angustijs temporis hoc, qd  
 forte in mentem venit, arripui eosq. ium; vt per-  
 cundem. Quæ longum me apud te excusarem, illud  
 etiam, quod sperabam, facile confecturus, vt  
 onus rescribendi ab eo, qui valetudinarius, in te  
 qui valentissimus es, transierit, & vobis licetis  
 que fecit de his, quod aiunt, & vobis licetis

Atque en vt ex voto & mente processit: gau-  
 deo me diuinasse . quanquam si verum est , quod  
 ais ( nec ipse quidem dubitare debeo de animi tui  
 sinceritate ) scribendo iam multum processeras ,  
 cum ad te perlatæ sunt , quæ à Mascardo ad me ,  
 à me ad Quarengum missæ sunt licetæ . ex quo li-  
 cet perspicere , quanta tua sit in omnes humani-  
 tas , quæta in me beneuolentia , qui absentem pro-  
 uocare volueris , & meas anteuertere potius quàm  
 expectare literas . At mittamus officiosa , & Au-  
 lica .

De studijs græcis expectare te aliquid video :  
 igitur non tenebo suspensum . neque nihil ago , ne-  
 que vrgeo multum : multa me hoc tempore di-  
 strahunt , calores , aliarum occupationes rerum ,  
 inambulationes , & , quod valde mirere , frequen-  
 tes iulus . Quotidie tamen aliquid latinè & græcè  
 doceo hosce adolescentulos , & , quod aiunt fieri ,  
 vt re vera sit , docendo discō . Quæris de illorum  
 progressu ? non ille quidem exiguus , si tecum re-  
 pures , quos & quibus sint , qui in hac vitæ condi-  
 tionè sunt , districti occupationibus . at nec ma-  
 gnus pro eo , qui à talibus ingenijs sperari posset ,  
 vni modò huic rei vacare si liceret . Verùm nil  
 tanti est , vt pietatem relinquant , & verum negli-  
 gas , qui ad salutem est , progressum . Græca ego  
 frequentissimè lego , atque etiam exscribo , mor-  
 nitus per literas à meo Ricardo , & castigatus e-  
 tiam , quòd multa peccem , si forte cum ad eum  
 scribo , græcè aliquid admisceam , quod soleo ex-  
 periun-

periendi ingenij causa, Auiduam, quæ iucundissima sanè erât, Quærengi nostri consuetudinem, & tuam ni desiderarem in dies magis, Romæ quid esset, cuius me cura vel tantillum moueret? planè nihil. Illi mestulculè esse sperare libet? equidem ut sit, vehementer opto; & nostra per magni interest, Petre, in hoc rei totius literariæ, ut talis ac tantus diutissime uiuat. Flauium eius nepotem, virum ornatissimum theo nomine saluta; & illius me quoque obseruantissimum sic testare, ut cognoscat id fieri non Aulæ de more, sed hoc sibi officium ingenuè & ex animo præstari. Quid aliud? quid? nisi ut me diligas, me ames tuè verè amantem. Verùm id exiderat, quod in primis volebam, ut Reuerendissimo Præsuli Paulo Cocozpiano, quem colo & obseruo plurimum, plurimum à me, cum poteris, & officij plenissimam salutem nuncies. Audiam libenter, hunc per hæc tempora, Carpum ad suam Ecclesiam profecturus sit. Vale. Tibare, vrbe amantissimas etesiarum parente: hanc hic persunt etiam ante exortum Canenæ. Inuidete nobis Romanenses; & estuate probè eam aulico fumo, cum Vrbe bis calore.

Cc

Eidem.

Eidem .

Romam .

**S**cribis , nec scribis : me accusas , te excusas : retices quæ scire vellem , multa infercis , quæ parum ad rem , ut iustam expleas epistolam . Ad meas acceperis , dubitare etiam num . possum , qui ad eas ne verbum quidem video . sed quænam tandem est ista tua querelarum summarum inhumanum me appellas , & amicorum desertorem ; atque ut ipse scribis , ἀπιστον & καὶ ἀγνοῖον , καὶ ἀφιλαίτηρον , uno verbo μόνον , quid ita & quia ex quo Roma in hunc secessum veni , semel , & laesitatus scripsi . non inferior ; sed causam vide . Epistolis Cardinalis tui scribendis vix tibi sufficere tempus putavi : mihi non superesse , quotidie experior . Tu tamen aliunde id factum conijcis , & suspectum me habes aut negligentia , aut oblivionis ; aut amicitia debitis officiis parum cultæ . erras ; monitum illud ab Isocrate olim , nuperimè à Solone vno è septem didici ; τὸν εἰδὺς μὴ ταχὺ εἶπὲν , εἴτε δὲν εἴπῃ μὴ ταχὺ ἀποδοιμαζέ . Te igitur cum mihi inter ceteros amicum parauerim , virum eximijs animi dotibus , & ista , quam apud magnum Patronum tuum Cardinalem Benilaquam sustines , personæ dignitate conspicuum : quænam demencia esset , non omni officiorum genere profsequi ?

qui ? certè, ni veritus essem animum tuum subof-  
fendere, grauissimis Illustrissimi Heri tractandis  
negotijs nimis occupatum; iam ternis aut etiam  
quaternis onerasset te literis, & prouocasset  
non lacessitus. Hæc non mihi ficta; sed ex ani-  
mo; & verè prolata. Et testis mihi adest locu-  
pletissimus Franciscus Lanæus ciuis meus, Car-  
dinalis Estensis Vestiario præfectus, ad quem nu-  
dius quartus scripsi, teque illarum literarum ma-  
gnam partem feci. Mihi igitur iam videor satis  
purgatus esse: tuum verò illud piaculum, quo  
Deos amicitie præsidēs offendisti, quæ vnda a-  
bluat! quis ignis expiet! non modò ea, quæ in-  
primis volebam, haud nunciasti de Quæregio  
Patrulo ac Nepote; de Paulo Coccapano Comi-  
te, Carpi Antistite; sed ne illud quidem, an eos,  
quod fecisse te putò, meo nomine salutaueris.  
certum esset obstringere te per amicitia inta, &  
leges alteris literis ea nunciare, quæ omisisti, nec  
debebas vilo modo; nisi certò scirem, mihi præ-  
pediem, idest sub finem mensis, quod scire vis,  
eum religiosis hisce, quos instituo, adolefcen-  
tis ad urbem redeundum esse. Interim Vale, &  
quem amas tantopere, amare perge dimidium  
tui, Vestianum tuum. Tiburæ X. Kal. Qæbriæ.  
M. DC. XVII.

Ce 3 Eadem.

## CXXXVI.

Eidem . . . Romam

**S** Cinquies, ex quo ab urbe discessi, ad te scribere cogitavi iter, & amplius; nec scripsi tamen. quid ita volebam certi aliquid nunciare de me; & meis studiis: ac presenti meo statu, & ijs, quibus frequenter concutor, variisq; sum vna concurrentium immanibus cogitationum fluctibus. nunquam magis potui, sed neque nunc possum. Scribo tamen, ne me tui seu ingenium morem putes, seu officij parum cultorem. Tu tamen, & vir Clarissimus Antonius Queregens (ad quem scribo, cum ad te scribo) ut audire vos videor; noui aliquid velletis. Iterum dico, non possum, quae velletis maxime. Qui enim futura sciunt, queam, eum presentia adeo non consentent, ut de illis certi aliquid pronuntiare non audeam? Spero tamen adhuc multum est; at tunc parum metus. timeo, nec quid timeam fat scio. Anchora mihi videtur haud bene fundare hanc manem. Nullus equidem nunc vrget ventus; sed suspicor aliquam ad Bolum descensuram esse lunonem. Si tamen ad istam Italiam verus me vocat Iuppiter, eamus. vos iuuate monitis & consilij mi Helene, mi Aeste, Querege & Scabrine optimi Aruspices: non una Celeno dira canit. Contemnamus, si ita faciundum putatis. sed tamen

men Oceanum horreo, cum velut in portu ma-  
neam. Quid mirum, si interdum hic quoque a-  
liquod vidimus naufragium? Quid facias inui-  
to Neptuno? vel Palinurus obruere quiescente  
vnda. sed est, quod rursus mirere: quasi noue  
vrbis fundamenta iecerim, in delicijs vètor, &  
cum græcis Musis, quasi cum Didone, iucundissi-  
mè viuo. Vide quali me nuper honore affe-  
runt. admittere cœperunt in penetralia czei if-  
lius vasis, à quibus perpetuò exclusum iri me pu-  
tabam. Sed aliquis id mihi boni Iarbas inui-  
debit, & Iouem puto mouebit; ac Mercurium  
detrahet è cœlo vel inuitum, qui me ab hoc de-  
turbet otio, & in alterum illud Dionysij regnum  
protrudat. at mihi quidem non tanti est regnare,  
ut ab sinu illarum auelli me libenter passurus sim.  
At si Iuppiter imperet, quid facias? nollem tu  
diuinus fuisses, qui pramouuisti; nã præsenti ne-  
scio quid, quod minus placet. sed cogitabimus  
videlicet, & procuratore aliquo fortasse auer-  
tuncabimus hoc, quidquid est, quod imminere  
videtur mali ominis. Vale cum Clarissimo Que-  
rango, quem meo nomine plurimum, ut soles.

VII. Kal. Iulij.

*[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

capitulum

Cc 3

Eidem.

## GXXXVII.

Eidem.

Romam.

**Q**uæ rursus ad te scribendi causa, & huius  
 veluti recipiendæ ferræ? non magna,  
 sed aliqua tamen, quam libens arripio, si  
 forte ad te scribendum. Missæ ad Quæringum no-  
 strum superiore hebdomada, carmen-cumultua-  
 rium quoddam de Virgino in cælum abeunte;  
 rogavi, ut legeret, ut castigaret; aut saltem, si  
 si quid esset quod ferri vix posset, per suas vel  
 tuas moneret quam primùm literas. Credebam  
 fore, ut in Clementino publicè recitandum esset,  
 nam ob id efflagitarent; nunc audio, haud factū  
 iri. illo igitur labore ut superseceatis moneo;  
 nisi si, quod vix puto, vacui estis omnino, aut iam  
 scripistis. Aliàs & commodiùs examinabimus  
 cum hoc, cum alterum, quod fieri absolui de Fran-  
 cisci Cenini amplissimi viri (quem propediem  
 huc expectamus) in Hispaniam ad Regem Ca-  
 tholicum professione, amplissimo legationis mu-  
 nere perfuncturi. Gratulationem quoque ad eun-  
 dem oratione soluta sanè breuem pertexui, trium  
 nempe aut quatuor horarum spatio. Quid facias?  
 obtemperandum est, quando semel cœpimus, &  
 omnibus, & de omnibus. Experiri credo hi PP.  
 volũt huius mei vires ingeniosi; qui eo propemo-  
 dum scribere me iubent, quo recitare volunt die.  
 Itaque



Itaque mihi videor imitari circulatores illos, qui è re nata canunt in foro, & triuijs ad lyram, nihil præmeditati. Utinam saltem id consequar, quod multi, ut vulgi aures titillem: etenim quæ vestros planius sperem? quando

*Scitis inornatum lepido seponere dicto,  
Legitimumq; sonum digitis calletis, & aure.*

Piet puto quod optas, ut me prius videas, quam noui quid consilij capiam, aut vetus stabiliam. Noli tamen suspicari, intolerando aliquo, dico, atque acerbo torqueri me infortunio. Non admodum magna est, quæ mihi in hoc pistrino, ut tu appellas, trudenda est mola, per hos calores ne attingenda quidem. Mihi tantum id dolet, me maturè frustra, ut video, solutum fuisse, antequam illa ducerem. sed credo ad id sum natus, ut tu ad Adiam. reuoluimus tamen; at quid proficimus? ne hilum quidem. Deum igitur sequamur, & nostræ sorte contenti simus; maiora fortasse premia consecuturi, quam sperare audemus.

Vale. IV. Kalend. Septembris.

## CXXXVIII.

Eidem. Romam.

**E**T tuam epistolam accepi, & Quærensi elegantissimos ac venustissimos Phalæucios; quibus rauras & steriles meas exornare musas, & summo, quo dignæ non sunt, honore, afficere voluit. Gratias illi agam per literas; qui mihi in eo, quod summopere cupiebam (ut extaret nempe mea in illum obseruantia, eius in me amoris illustre aliquod testimonium) cumulatissime satisfecerit. Tu interea, dum à meo Apolline, & egenis Musis enitè peto, ut se exortians, & aliquid inspirent, quod tanto viro in eodem repouam genere; si nondum urbem reliquisti, meo nomine inuisce, & gratias age plusquam immortalibus. Literas tuas exopto illas equidem vehementer, & acceptas exoseculor amoris semper & benevolentis plenissimas: officium nunquam desidero, qui sciam, quam per exiguum sit illud quod habes temporis, quod arbitrato meo in formas meas igitur sic velim accipias, ut existimes nullo te prius, quam erit commodum, rescribendi, officio teneri.

~~Et tuam epistolam accepi, & Quærensi elegantissimos ac venustissimos Phalæucios; quibus rauras & steriles meas exornare musas, & summo, quo dignæ non sunt, honore, afficere voluit. Gratias illi agam per literas; qui mihi in eo, quod summopere cupiebam (ut extaret nempe mea in illum obseruantia, eius in me amoris illustre aliquod testimonium) cumulatissime satisfecerit. Tu interea, dum à meo Apolline, & egenis Musis enitè peto, ut se exortians, & aliquid inspirent, quod tanto viro in eodem repouam genere; si nondum urbem reliquisti, meo nomine inuisce, & gratias age plusquam immortalibus. Literas tuas exopto illas equidem vehementer, & acceptas exoseculor amoris semper & benevolentis plenissimas: officium nunquam desidero, qui sciam, quam per exiguum sit illud quod habes temporis, quod arbitrato meo in formas meas igitur sic velim accipias, ut existimes nullo te prius, quam erit commodum, rescribendi, officio teneri.~~

hæret mihi aqua: & multa circumstant, quæ deterrent in dies magis. De nepote lentum fanè negotium. Domo nunciat frater miserias & veras, quod

quod noui, calamitates, seque in saua tempesta-  
te iam naufragum putat, nisi ego succurram.  
Neque me perditum, neque illum desertum vel-  
lem; sed vereor, vtrumque praestare vt possim.  
Quid futurum sit, nouit Deus; qui spero dabit;  
vt sciam ego quoque, quid mihi, quid illi sit pro-  
futurum magis. Vale. Ameria Kal. Septembris.

ANTONIVS QUÆRENGVS  
A D  
IACOBVM VECTIANVM.

**R**es est, non nego, dura Vectiane,  
Vt qua maxime in arte se peritum  
Quis intelligit; illa in excelsa  
Ferat se alterius regi arbitratu,  
Eget verius ipse qui magistro,  
Quod nuper tibi contigisse dicunt,  
Virginis celebrare cum beate  
Diem carmina iussus es supremam,  
Ea conditione, vt obiceres  
Quae nulla ratione praeferri  
A probo poterant, et erudita,  
Res dura; hoc magis sed ille felix,  
Potest qui ingenio suo imperare;  
Et seu delingat ipse, quae legentum  
Argumenta oculos tenere possint;  
Seu quae subijcit alter illa tractet;

Difer-

Disertissimus aequè in omne vertit  
 Se cultæ genus elocutionis ;  
 Et nunc æquore liber in patenti  
 Fertur, inebrius auctus, ut feraces  
 Magnus cibus populatur annis agros,  
 Nunc Circi in spatio brevis pererrat  
 Angustam pede semitam volanti,  
 Cursusq; implicat arte tam venusta,  
 Ut cum sæpe iteranda, quam peregit  
 Tam semel Via sit, fauente semper  
 Plausum promereatur ab theatra.  
 Sic dulces digito micante nervos  
 Percarrit fidicen catus, rapitq;  
 Mentis ictibus incitas canoris,  
 Grato & ludificat dolo audientes,  
 Dum modis numeros nouis eosdem  
 Pulsam barbiton cadocet referre.  
 Tali dexteritate te benignum  
 Cælum, Pieridesq; Vestiane  
 Exornant, simul ut quos tueri  
 Illesæ pia iura discipline.  
 Simul suauitæ qui lepore cantus  
 In Vatium numero elegantioram,  
 Quos hæc sæcla tulere, quos vetusta  
 Aeternam tibi comparare famam.

IACOBVS VECTIANVS

A D

ANTONIUM QUÆRENGVM

Virum Clarissimum.

**L**audatum equipares licet Catonem  
 Sancta composito tenore vitæ ;  
 Varro licet eruditione  
 Sis par omnigena ; nec eleganti  
 Te stilo superes recentiorum  
 Vatum quisquis amat sacras Camœnas ;  
 Non tamen ( faciunt quod inuenisti )  
 Vel supercilium teuas superbum ;  
 Vel frontem caperas scueruare ;  
 Quæ fingit Curios grauesq; Scauros ;  
 Sed latis oculis bonoq; vultu ;  
 Sed mira excipere vsque comitate  
 Summos, & medios soles amicos ;  
 Et si quis venit ordinis minoris.  
 O me terq; quaterq; tunc beatum ;  
 Cui per se licuit frui benignis  
 Nuper alloquus, & à deserto  
 Ore percipere vtriusque lingua  
 Togatis documenta nota paucis ;  
 At nunc ; quod spatium negat locorum ;  
 Præsens ut valeam tibi salutem  
 Plurimamq; bonamq; nunciare ;  
 Et horas aliquot breues morari ;

Quam

Quam repis grauiter, Patronus magne,  
 Me desiderium pati perenne  
 Urbis atque tui recessus hic mi  
 In dies magis ac magis molestus,  
 Cui nil te sine dulce, nil amœnum.  
 Quod se forte tui vlla Vestiani  
 Pectus cura mouet; tuum libellum,  
 Venustis iterum typis recusam,  
 Dono mitte habens. sitim leuabo  
 Plusquam Tantaleam, nimis politos  
 Quæ me corripuit tuos legentem  
 Nempe versiculos, quibus poetam  
 Non bonum eximius Poeta laudas.  
 Et quanquam nimium decus tributum  
 Laudis est mihi, tale nil merenti  
 (Nam te fecit amor nimis videntem)  
 Sic tamèn cupio te amore falli,  
 Ut me nec proprio colore pingas,  
 Mirandaq; tui arte penicilli,  
 Vel quàm sim facias venustiore.  
 Pro quo quas agere, aut habere grates  
 Te dignas valeam, referre quando  
 Non dat curia mihi nimis supellex  
 Sed tu de veteri cape insidiosa  
 Addictum tibi me tua facies  
 Nexam perpetuam benignitate

Eidem

## CXLIX.

Eidem Scalabrino. Romam.

**Q**uas requiris facile possum ad te latinas  
 texarare literas, sed non eo candore, aut le-  
 pore, quibus te mirifice delectari scio,  
 cum eruditorum hominum epistolas aut accipis,  
 aut legis. In meis id frustra requiras, etsi valde  
 commendas, atque extollis. Indicat amorem tua  
 de me prædicatio: laus stimulos admouet, vt co-  
 ner is esse, quem me effingis penicillo affectus, at  
 non ex vera facie. Quod mihi gratularis de re-  
 bus ad votum, vsq; ais, fluentibus; & Serenissimi  
 Principis nostri egregia in hosce adolecentes,  
 me quo ipsum & voluntate & benevolentia; gra-  
 tias ago, habeo que, quæ viro debentur, mihi om-  
 nia honestissima, & commodissima opranti, & cu-  
 raturo, si sit opus. Ego quid cur causa possim ne-  
 scire; quid debeat scire. Si quid tamen erit ali-  
 quâ ratione, in quo pusilli hominis opera vti volueris;  
 habeo polliceri, me vt minimum posse, ita pluri-  
 mum cupere, & conaturum. Tuum erit videre,  
 quid imperes, & vires sufficere: tuis ceris autem  
 solo iussu, cum mihi pertuasero, abs te cum me  
 haberi, qui tua causa aliquid præstare possim.  
 Vale, & me vt solebas ama. Regij prid. Non-  
 Sextilis. M. DG. XXI.

Iacobus

C. L.

Jacobus Vectianus Tito Bosio equiti ornatissimo S.P.D,

**V**T segetes ubertate agrorum, & nimia feracitate luxuriare: ita laudes ex amoris abundantia in immensum excrescere plerumque solent. amor enim metam, aut modum nescit; &

*tacus pinguis ille puer.*

Tu ex quo animum meum in eas artes, quas semper amasti, valde propensum agnoscere visus es; eo amore prosequi coepisti, qui rarus inter homines esse solet; ac propterea nihil quod dictu, aut factu perhonorificum esset, dicere de me, aut pro me facere, nunquam destitisti. neque eo contentus, tuis etiam nunc eleganter scriptis literis in hoc veluti certamen honoris causa provocas; quod adeo non detrecto, ut vel sponte subiturus sim, atque in eam arenam descensusurus, unde victorem aut victum redire penè paris est laudis. Scitum igitur exercendi quam præbes occasionem, libens amplector: ac illud præconium respicio, quod ne agnoscere possim, mei me verat ingenij tenuitas, & ipsa quæ mihi pluris est, quam mille testes, conscientia. Non enim ego is sum Tite (probrè me noni) ex cuius dicendi, aut scribendi præstantia Vrbs nostra, ut tu vis, vllum accipere possit orna-



ornamentum; nec tam proiecte homo audaciae esse possim, ut ad Romanam veterem eloquentiam, quam assequi desperant omnes, aspirare vnus velle videar, fuerunt multi ex ciuibus nostris Corradi, Barileti, Arloti, Pancioli, Lancei, Rugerij, Bombasij, alij plerique nobiles, & insignes eleganti doctrina viri, haud inferior, qui ad illam propius accesserunt: at me cum illis comparato, an non, quae te, illud discrimen vides, quod inter culicem & elephantum? A primis equidem adolescentiae annis, ita me optimis artibus addixi, ut ceteras omnes voluptates, quibus illa aetas obnoxia est, praeter hac vna voluptate, quam est studijs capiebam, planè contempserim: sed quid, aut quantum profecerim aliorum potius, quam tuum esto iudicium; cui licet valde perspicaci tenebras offundit nimia benevolentia. parum certè profecisse eum necesse est, quem desiderij alis tantummodò sublato, humi depressit aegritatis, ob domestica infortunia, pondus grauissimum.

Aliquid voluisse me tamen, & conatum fuisse, nec irritos omnes conatus exitisse cum aliorum, qui me ad nescio quam, ut illa aetas ferebat, gloriolae metam sponte currentem impulere magis; cum recentes tuae, quae parcius congestas vellem, demonstrare possunt laudes. Has ut verè agnoscere saltem aliquas aliquando possim, proficiscar, noli dubitare, te praesertim hortatore ad eam urbem, vado ignam redire turpissimum sit.

Ibi

ibi cum alios gratissimarum professores artium,  
 cum meum in primis colam Benium V. Clariss.  
 de cuius benevolentia & humanitate quantum  
 mihi polliceri possim, ex eius ad me literis per-  
 spicere credo facile potuisti. Tu perge, ut facis,  
 & his quoque paulo amœnioribus studijs ani-  
 mum oblecta. Mihi crede, sordida Mula atque  
 humilia auersantur recta; vestras, nisi superbe  
 expellatis, angustas & magnificas sedes liberius  
 frequeneant, tum in primis Mulaum, in cuius  
 recessu, ubi illuc ingredior, illarum me naminè  
 afflatum sentio Vale. Nonis Maij. M. DC. XV.

C. L. I.

Eidem. Regium.

**N** Vneiauit tibi credo (certè in mandatis de-  
 deram) Paulus Ferretus leuir meus, acce-  
 pisse me literas tuas officij & amoris plo-  
 nissimas, ardentis etiàm cuiusdam voti indices,  
 quo teneris mihi in omnibus quibuscunquè pos-  
 sis rebus gratificandi. Gracias agerem, nisi esset  
 planè superus equum apud animum tam sincerum  
 tam amante me. excusabo me potius, qui respon-  
 sum distuli in hanc usque diem. sed vide: res inibi  
 fuit, ut crediderim fore, istic ut adessem, & præ-  
 sens præsentem alloquerer. Monuit me frater;  
 iam mensis est atque opinor amplius; de Alexan-  
 dri

dri Montecchij, arcta nobis propinquitate coniuncti, si non immaturo, certè hoc tempore (nam erat viribus firmissimis) inexpectato obitu. Comotus sum, ut par erat, tali nuncio, & eius visi iactura, a quo dum viveret, plurima accepisse me beneficia negare uô possum, & apertè profiteor. sed illud animum meû multò grauius saucianit, quòd familiam, ut audio, reliquit numerosissimã in tenui censu, septem filios; duas feminas, alteram nubilem, alteram nouennem, quinque maras & puerulos omnes, vno excepto, quartum iam supra decimum qui hoc anno ingressus est annum. & ne quid desit secundæ capitibus domui, uterq; fere vidua mater. Deceueram igitur statim equum inscendere, adesse miellæ feminæ & solatio & auxilio, si possem, & qua ratione possem, aliter sensere amici; manendum scilicet, donec vos aliqua me honesta conditione inuitaretis. parui, ut soleo, facillimè recta monentibus; & in eorum voluntate acquiescens, meum reditum in aliquot menses, idest in proximum ver distuli. Tu, & Patruus tuus, & Franciscus Zabolus D. Nicolai Præpositus vici ornatissimi, provestra in me benevolentia, mea in vos observantia videte, num aliquid efficere possitis interea temporis, & manete per literas. nam si quid perfici poterit, quod mihi sit honestum & commodum, animo veniam astrictiore: sin minus, veniam tamen (nam tempori feruire oportet) & cõsiliû, quod aiant, in arena capiamus. De istis D. Nicolai la-

cerdotijs, rem ego quoque ipsam video: si in  
 Præpositi manu esset eligere quos mallet, unum  
 aliquod me iam consecutum putarem: nam à viro  
 optimo, & mei amantissimo quid sperandum nõ  
 esset? sed nosti, quali, & quam accurata presen-  
 tatione fit opus. De cantu nihil moueor: aut habe  
 rem fortasse, quod satis esset; aut aliquid addisce-  
 rem; cetera si in procliu forent, sed hic planè de-  
 spero. Vale. Roma. VI. Kalend. Nouembris  
 M. DC. XVIII.

C. L. I.

Eidem. Regium

**N**on abieceram sanè consilium, & verus ad-  
 adeo scribendi institutum; quod vereremur  
 vobis, ne tibi frequenti literarum missio  
 ne molesto effem: sed distulenam, ddo certum  
 quid nunciare possem de tota illa re, quæ dicitur  
 agitur, & meum in præsentia redeundi præpositum  
 confirmari possit magis: sed in hac v'sq; die mi-  
 serè filene oracula, pau non consulto: & si sit  
 ego filior, & lentum istud negotium: pau bon  
 ni suspicij res est. Verum, vobis q; spei non mul-  
 tum, ac propemodum nihil: sic nullum habeo  
 molestæ sollicitudinis sensum, si quid secus acci-  
 derit, ac ralemus. Id solum cogitabo habere me  
 Parates, si non infelot, quocumque iudicio af-  
 fendi;

fendi; certe parum propitius, parum benevolos. Istis igitur inuitis ut domum reuertar? non tu recte consulis, non frater meus Iesuita, qui hortatur, inuitat, & multis iam literis frustra persuadere conatur. Nam interea dum ipse Regij est, & mihi dies honesta aliqua conditione maturat, aut dextra fors adfert, aut vos magni amici curatis; ego in annum saltem, meum differam aduentum. Tum Iuppiter, si prudens & volens fallo

*adigat me fulmine ad umbras,  
Pallentes umbras Erebi; noctemq; profundam.*

At, nonne dixi habere me spem minimum ex illa cunctatione? en modo a fratre literis, quibus nunciat, nihil transigi posse: nam neque ad N. spectare istas vices, & fidem precerea obstrinxisse homini, cui debet plurimum. Diuinaul ego tale responsum, & ni fallor, praedixi, ad te certe scripsi. Miratus essem, si res aliter decerneret: nam haec venantur sacerdotia multis multi. sed ipse mihi deesse videtur notui, quando vos putatis spem aliquam subesse. At crede, vir ornatissime, non est, cur ego quicquam vniquam tale expectem. Non sic Cantalum fugiunt aquae & poma, ut me faciunt istius omnis generis sacerdotia. At bene habet, quod neq; ego tam ardentem hinc ista summa, quae tam multos abripiunt. Ergo ad ludum, inquires. Ad ludum; sed finito me respirare. nam iste ludus, ad quem me vocas, ludus non est. Vale Americae Kal. Martij. M. DC. XVIII.

D d 2 Eidem,

Eidem.

Regium.

**A** Vespertinis redeuntē horis, & magna plenū voluptatis, quam ē snavissimis, quales Romani sunt, musices concentibus percipere soleo; exceperunt me literarū tuarū, quarū pleniore ac solidiore voluptate mētem, atque animum cumularunt. & qui possum non vehementer letari, cum ex te audiam, optimum & humanissimum virum, Franciscum Zobolum D. Nicolai Praepositum, ita de me ornando & iuvando cogitare assidue, ut vel in Aula Mutinensi, quō negotiorum causa accesserat, honestissime de me locutus sit, & virum apud nostros Principes magnae auctoritatis, ac multae gratiae in desiderium conlucerit meas legendi literas. Hae nisi mo moueāt & animum titillent, ferreus sim, aut plumbeus, aut saxeus: & mouent equidem, ac movent, quantum spectatissimo isti viro debeam. sed cum ad eam cogitationem animum cōuerto, meas (quas ad te nimis familiariter, ut nosti, & planē ex tempore, ut soleo, scripsi) meas inquam tales literas in eruditorum illius & vr̄bis & Aulae manus forcasse peruenisse; qui possum nō extimescere ipsorum, quae acutissima esse solent, Mutinensium ingeniorum censuram? Quod si tamen ille non de more & consuetudine multorum, sed ingenuē &

sincer-

sincere ( quod à tali viro expectari solum potest )  
 post reditum tibi affirmavit, ijs, quibus Cor sapit,  
 & aures ac nares purgatae sunt, eas non displicuisse;  
 ac propterea non desperare se, quin per Serenissimum  
 Principem nostrum Alonsum **Estensem**,  
 quo cum egit studiosissime, honestam aliquam  
 conditionem redeundi in Patriam consecuturus sim;  
 mihi valde placeam, & summo opere gaudeam  
 necesse est. Atque audi, quod indicare volo, sed tibi,  
 praeterea nemini, nisi si quis *estis duros est*. De  
 me, rebusque meis optimè ut cogitem oportet,  
 vel si ipsa auolet, qua nūquam homines deseruit,  
 in labro pyxidis spes reventa: quando eodem pro-  
 pmodum tempore à diuersis quidem conditionis  
 hominibus; sed genere, & eruditione, & probitate  
 simillimis, me non modò rogante, sed ne cogi-  
 tante quidem, actum est de meis commodis, & or-  
 namentis apud tres magni nominis Principes,  
 quos reuerentiae causa nominare haud volo. Et  
 scis, quid ab omnibus responsum? Illud; ubi sa-  
 occasio obtulerit, mei in primis rationem habi-  
 tum iri. Hic tu autem quid me facere putas? ita  
 spero, ut non ardentissime cupiam; ita cupio, ut  
 nec minimum sperem; sius videlicet non meis,  
 sed amicorum meritis & gratia. Deum in primis  
 quotidie, & enixè rogo, ut me id consequi solam  
 velit, quod sit ad eius maiorem gloriam, ad meam  
 & meorum, quorum id in primis causa agitur, &  
 salutem, & utilitatem, & praesens subsidium. Itaque  
 si quid locus acciderit ac volumus, aut si aliter

cuenerit, quàm expectamus; ita animum meum  
 iampridem induxi, ut meam id totum in rem fa-  
 ctum fuisse, facillè sim existimaturus. Vale. Romæ  
 VIII. Id. Ianuarij M. DC. XXI.

## CLIII.

Iacobus Vectianus Christophoro Munario  
 S. P. D. Regium.

**A**lbertinus noster romanas vix attigit ar-  
 ces, cum statim ad me veterem amicum,  
 nouus & inexpectatus saluator aduenit.  
 Ego me in eius amplexus effudi, quem diu mul-  
 tumque frustra desideratum, & literis lacessitum,  
 magis mutum quam piscem repereram. ò que au-  
 diui que narraui! sua, mea, à nobis longo inter-  
 nallo locorum disiectis cogitata, facta; omnia  
 non sine voluptate, & quadam animorum alacri-  
 tate mira. Dignitate, censu, ut auditi; prudentia,  
 modestia, grauitate, auctum esse, ut vidi, magno  
 perlectatus sum. De nostra vrbe, & ciuibus etiam  
 late nunciante, que nesciebam; & illud valde gra-  
 tum, quod sperabam; meum ex sorore nepotem  
 multam sui progressus, spem tibi quoque dare in  
 ista statula, que ad oues fortasse, ad libros nõ  
 ita belle se accommodat. pueri, pergat. *in d. d. d.*  
 vixi. spero, fore quæ tua, quæ mea, & aliorum  
 quique industria, ut in virum suadat nõ in deũ.

Eum



Eum non deberem fortasse, quod necesse non est, sed ramentum, quia tibi commendam, facere non possum; ob id in primis, ut libros graecos non minus, quam latinos promptè & expeditè legat. Quam serò ego didici linguam; quid didici? quam vix attigi, eam ille ut suo percipiat tempore, quantum in me & in alijs erit, faxo. Futuro anno, hoc ipso tempore, & maturius fortasse, si vita dabitur, Romanam accersere in animo est, & apud me habere, ut spero, sine incommodo sine sumptu. Tu interrim si me amas, vel potius quod me vehementer amas, diligentia & solertia in docendo tunc mihi probe nota, adde etiam aliquid, si quid modo potest, urge atque impelle, nunc laudibus, nunc castigari quibus intra verba, & aliud necesse non est, hoc est ingenio, ut moueri utriusque facile possit. Illius fabrica, quae dudum animo praesepi, & mente delineavi, minutam nunc veluti materiam fundamentis stabilendis iace. Pater eius, aut frater meus, quibus & hoc in mandatis dedi, pro laboribus aliquam, sed veram, & solidam, & tua probitate dignam reddet mercedem. Deus, nam stultè sapiunt, qui istam puritatem, atque adolescentie instigendam, & bonis moribus informandam, quod tu facis, operam ne cito cuius minuti eris, quisquilijs pensari posse existimant. Albertinus, qui me secundo adiit, & in tempore offendit, dum haec ad te exararem, plurimam tibi nunciari salutem iubet. Vale. Romae Idibus Iunij. M. DC. XVII.

Eidem.

Regium.

**A** Nonne caritas famem excitare solet; nam quò parcius, eò iucundius offeruntur palato cibi. In ista igitur literarum tuarum penuria, quarum me desiderio torqueri pateris in multos menses; quanta, si tandem aliquando scribis, affici me voluptate putas? equidem quas proximè accepi, refersui lætitiæ plenus, & magno animi affectu perreucurri. At quàm celeriter illa me voluptas destituit! magnum certè periculum admisisti, qui famelico homini, ut cruciases magis, unam aut alteram solùm quasi panis buccam porrexisti: & possum exclamare cum Hispano Poeta

*Intra delicias quid facit ista fames?*

Nimirum (sine me tecum paulisper iocari) ut pùlli corporis, & modici esbi; ita perpari admodum sermonis homo es. & sapias equidem; sed cū amicis interdum, præsertim post diuturnum silentium rugari licet, & verò etiam deest. sed noui te, & tuos mores. *Te* *subis* omnia expendis, nec facis, nisi quod fat est. Ego te Præceptorè, quod quidem ad hanc partem attinet, parùm admodum profeci, & doleo. Quid enim? non satis càm te illud, quod sape inuicasti (an Apollinis, an eius, qui ab Apolline sapientissimus iudicatus est

Socra-

Soeratis, an alterius nescio cuius e septem ? ) di-  
 ctum seruo, *μὴ δὲ ἀγῶν*. Nec tu puto negabis, qui  
 vides hos literarum lemaiscos, nihil ad rem fa-  
 cientes; ad eam inquam rem, quæ te ad scriben-  
 dum impulit, ut meam eliceret sententiam de ver-  
 bis Livi, quæ sunt apud Senecam Suasoriarum se-  
 ptima, & refert Corradus noster in *Quæstura*, de  
 morte Ciceronis: de quibus nec multa, nec nihil  
 habeo, quod dicam. *Vixit tres, inquit, & sexaginta  
 annos, ut, si vis abfuisset, ne immatura quidem mors vi-  
 deri possit: ingenium & operibus, & præmijs operarium  
 felix: ipse fortuna diu prospera, & in longo tenore felici-  
 tatis, magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina par-  
 tium, pro quibus steterat, filia morte, exitu tam tristi, æ-  
 que acerbo. omnium aduersorum nihil, ut viro dignum  
 erat, tulit præter mortem: quæ verè æstamanti nimis in-  
 digna videri potuit, quod à v. flore inimico crudelius pas-  
 sus erat, quàm quod eiusdem fortunæ composito fecisset.*  
 Pungit me caudæ aculeo hic Icorpius, nam chelæ  
 equidem non deterrēt: nisi forte dubitet aliquis,  
 num rectè, an perperā scriptum sit, præmijs ope-  
 rarum, ibi: *operibus, & præmijs operarium felix*. re-  
 quius enim fortasse videri possit; *operibus, & præ-  
 mijs operum felix*. igitur tu, & alij videritis, ego ni-  
 hil affirmo; & venio ad Gordium illum, ut tu ap-  
 pellas, nodum torquet me illud, quod te quoque  
 puto, & alios; *quàm quod eiusdem fortunæ composito fe-  
 cisset*. Composito, & ex composito vice adverbij  
 posita non semel legi, & hæret illud græcorum  
 callidissimi.

Com=

*Composito rumpit vocem, & me destinat ara.*

Eiusdem etiam Liviij historicorum principis verba illa sunt; *Tum ex composito orta vis signoque dato ad rapiendas virgines decurrit romana iuventus: graeci dicunt ex παρασκευής.* nec mihi dubium, quin ista, composito, & ex composito, quibus vicem adverbij explemus sint à nomine adiectivo per eclipsin; ut illa; *breui ad te veniam; & cur non recta introisti?* Locum igitur sic interpretor, & sententiam hunc elicio. Cicero aduersa omnia parum forti, & virili animo tulit, morte excepta: quae illi, & recte id quidem, minus indigna videri potuit, quoddà victore inimico passus est multo atrociorē & crudeliorem, quam ab ipsa potuisset, maxime in eum, & quasi ex composito saeviente fortuna. nescio an istum locum satis illustrarim; an potius offusis tenebris obscurarim magis. & hoc quidem suspicor; sed ubi paulo plus otij nactus ero; rem mecum, libro etiam inspecto, diligentius perpendam, & solertius examinabo: scripsi enim haec statim atque tuas accepi literas; & quae adscripsisti, quibus torqueris; semel atque iterum verba legi. Vale. Romae VIII. Kalend. Octobris.

Iacobus

## C L V I.

Iacobus Vestiantis Augustino Vbaldino  
Congregationis Somaſchæ C. R.

S. P. D. Romam.

**M**agnum videlicet peccatum, & magna dignum pœna, nedum ea, qua vteris excusatione, accurata sane & diligenti, abs te commissum est, Vbaldique mi suauiſſime, & probiſſime; qui, quod fueras pollicitus, non statim ad me literas, sed ultra biduum, aut triduum, hoc, vt tu appellas, debitum scribendi officium distuleris. ô sinceritas animi! ô niuet mores! ô amor in eum, qui te amat plane, ardentè & paternò. Ego verò quid afferam dignum excusatione, dignum venia; qui non prior, vt debebam, absens videlicet, scripserim, sed tuas expectarim literas! nil aliud quàm mœrorem, quo maxime concior: an putas, quòd Romam reliquerim? erras: quòd te, tuumque Orestem, quorum studia iuuare me posse credebam, & plurimum sperabam, deserere sim, coactus. Nam quòd ad cœtera attinet, ne viam, nisi hæc vrbs seminata, angusta, tortuosa, mihi quidem ipsi Romæ præferenda, videtur. Vnus hic tu ades, & desiet ille, alter tu; possem vel totum sæculum vrbe Roma carere: sed irrita vota. solatium mihi tamen aliquod à Margarito nostro, optimo & studioſo adolescente, quem

bis diuulsi ab inuitis inuitum, & me tamen libentissimè sequentem. Lambertus suis ille quoque me interdum delectat iocis, sed frequenter etiã nimia offendit garrulitate. nondum hic reperit, qui Pythagoram agat, & τόμα illud ἀχάλιον occludat. longa te ni fallor epistola, pro ea quam misisti salute, aut obtundet, aut etiam exhilarabit. Tuus Stephanus te salutat. qui te magis amet, si me vnum excipias, neminem hic esse puto. Nullas ille nunc ad te literas mittit, quia te & meis, & Lamberti, & Casotti legendis fatis superque occupatum fore credit. Priolum abs te saluere meo nomine cupio, quem ad bifidi Parnassi inga reptantem iuuare debes, magnam ab ipsis initurus gratiam Musis, quæ istum à Philosophiæ castris venientem, ad tua signa inuitant non inuitæ. De vulpecula illa gaudeo, quòd technæ non procedant. Quadrare & in istam reor id, quod Horatianæ illi Mustela obiecit.

*Macra canum repetes arctum, quem macra subisti.*  
 Resse cadere cetera mirificè lætor tùm tua, tùm Religionis tuæ causa: quam quãti facias, & ames, non vno nomine declarasti. Verùm, quid inieciisti de Còstantino Rubeo? Romam igitur venit? si apud vos est, saluta meo nomine, & Iacobum Grampium, quem certum facito, iocari eius propinquos, aut certè falli, qui cum *οδίων* laborare volunt. ò si Amerini huius cœli haustu frueretur; si viridantis hæc Theatra spectaret; si amœnissi-

mi

mī pradioli vestri delicijs frueretur, quas nos trequenter inuifimus; quā celeriter rediret vetus ille, & verus, & viuīdus color! vt succi plenus Romam sub autumnum rediret! suade suade, & si potes, persuade. atq; vt libentiū veniat, illi adde comitem, Iosephum eius fratrem, cui per te salutem dici volo, & reliquis tuis sodalibus, ac PP. vniuersis. Vrgere te tua studia tūm latina, tū græca ea moderatione, & ordine, quem præfens indicavi, & pluribus significavi sub meum discessum, valde laetor, Ameriz VII. Id, Maij.

---

## CLVII.

Eidem.

Romam.

**V**ide, quantam ex tuis literis voluptatem capio, quibus vix le& s continere me nō possum, quin arrepto calamo statim rescribā. Age, si vis; si moderato tui placet, si reliquis, e quorum nutu pendes; hanc scribendi rationem semel arreptam ne dimittamus. erit hoc, mihi crede, exercitationis genus ad latinam linguam magis addiscendam tibi perutile, & mihi valde gratum, qui tuis, sicubi opus erit, vel corrigendis, vel perpoliēdis videbor quodammodo habere te adhuc sub mea disciplina; & quantum potero cum viro pererudito Carrara nostro tuos progressus, quos mirificos expecto, vel absens innare. De

NN.

N ingenio in aliam cogor sententiam ire, nisi aliud video. Spero tamen aliquid, si mihi plus, quam sibi credere voluerit, sed nimium sibi fidit, nimis audet interdum,

*Et dum vitat humum, nubes & inania captat.*

Cadet iste Icarus, nisi reprimat volatum, & Daedalo auscultet. An tu eius epistolam probas, & veris laudibus extollis? Quid habet pulchri? quid venusti? quid ingeniosi? puto te scripsisse *epistolam*. An non vides, ut in ipso limine impingat, & turpi peccet errato? quo enim referas verbum illud, Omnis? pergit deinde non vno solæco contentus. Quæ nisi vidisti, supinæ negligentæ: si dissimulasti, assentationis nobis aut irrisionis nõ potes non esse suspectus. Quas cum meis accipies Margani literas erit cur probes magis: scriptæ sunt maiore prudentia, meliore stilo. nec sim ego tibi suspectus. vera dico, textura ab ipsorum verborum, & sententiarum quasi vestitus & ornatum, à libris optimorum auctorum, quos hic reperis non paucos, & assidua lectione terit; à me ipso pauca, & leuia monita. Huius mihi magis, quam N. placet ingenium, modestum, temperatum, quod moneri se sinit, & aures arrigit. Itaque illud doleo, eum futurum apud me tres adhuc solùm, aut summum quatuor menses: nam ve alia te nulla iuare possim, monendo certè; hortando, sæpe etiam subditis laudum & gloriæ calcariibus urgendo, ad eam magis impellam, quam sibi proposuit Virtutis & Honoris metam. sed ne

Vbal-



Vbalidnā prętereā multa laude dignum, eadem properantem, via maiore nilu, gaudioꝛe passu, nec tamen assentari videar; paucis habe, quid sentiam de te. Ingeniosē scribis epistolas, & valde prudenter; addo etiam, neque ineleganter; at nō semper emendatē, aut latinē. Balbutis enim interdum, interdum laboris pueri de more. ne dubita tamen; & istā ego, etsi absens, pro virili formabo linguam; & manu porrecta aut subleuabo iacentem, aut casurum sustentabo, quod vtrunque parantes solent, nec sine voluptate. Quapropter rogo te, vt quis ad me missurus es epistolas, nemini ostendas ob correctionem. nec vereare, vt sodales tui, qui hic sunt, te turpiter lapsum & videant, & rideant. Tuas ego epistolas lego, non ostendo: atque inter legendum emendo, si quid (quod & peritis interdum solet) inter exarandū excidit nescienti. Itaque ab ista quidem suspicione, aut metu quiescis: etio.

De loco Taciti, quem deseriptum misisti, video, nec video, sicut is qui micat digitis sub tenebras, sed scrupulum ex manū puto, vbi cum reliquis sarcinulis aderunt mei, qui in via sunt, vt audio, libri. De isto Harpocrate sodali tuo, quid dicam? venia se indignum facit, qui cuius causa veniam postulat, errorem emendare negligit. si nescit, si nequit (at quid dico nescit, aut nequit?) si non vult scribere iustam epistolam; in tuarum saltem clausula literarum illud sua manu, te volente adscribat; viuo, valeo, studeo, & saluere te iubeo.

iubeo . Id ſolum , & culpam redimat tantula verborum iactura . Ni faciat : ſed nolo , imò nec poſſim quidem , quem vehementer amo . ei mali quidpiam aut minari , aut ominari . De Veneto vate recens edito , noli quaſote ab eo , quod aggreſſus eſt , deterrere facinore tuiſ epigrammatiſ , nimio ſale & aceto conſperſiſ . Ego aliquid ſpero , etſi adhuc nihil , aut parum admodum video . Stephanus te ſalutat , qui hodie haud ſatis bellè ſe habet . neſcio , an pluſculum fortaſſe heri ſe inuiſarit in gena . æſtum vides , labores non vides , quoſ cum reliquiſ ſodalibuſ perferre cogitur . Vale , pridie Iduſ Maij .

## C L V I I I .

Iacobus Veſtianus Iolepho Grampio  
Congregationiſ Somaſchæ Clerico  
S. P. D. Romam.

**Q**uos Vbaldini literiſ adſcripſiſti tua manu ſex credo , aut ſeptem verſuſ , non minore voluptate legi , quàm longoſ ſermones illiſ , quibuſ tamen , vt poſſi , delector . At nondum plene ſunctuſ eſ officio tuo ; niſi forte ex iſ ſ vnus eſ , qui quod poſſiciti ſunt , id ne ſerò quidem præſtare curant , & pro aſſe ſextantem reddunt , aut ſummam trientem . Tu non facieſ ſpero , mecum præſettim , certè non debeſ . Nam quid te à ſcribendo

bando deterreret? an quidam subrusticus pudor,  
 qui multorum animos, ubi quid honesti cogitant,  
 occupare solet? at tibi cum isto nihil est, aut esse  
 debet; qui me vltus es vnus omnium familiarissi-  
 mē. At, quod magis suspicor, reprimit te illa ti-  
 moris plena cogitatio; non scripturū te aliquid,  
 quos meis auribus satisfaciat? apage sis cum isto  
 inani, & illiberali metu, qui te, quod scio, atque  
 animum tuum iam nimis diu tenet, immeritissi-  
 mō. Abijce, quantum potest longissimē, & rele-  
 ga.

*Ad penitus toto divisos orbe Britannos.*  
 an ad ignotum hominem scripturus es? aut ad se-  
 uerum censorem? aut ad facetum irrisorem? At  
 veros si scripseris hoc quo crepisti modo; & ex eo-  
 rum præscripto, quos assidue legis; tuos exprime-  
 re sculus conabere; irridere iure nemo poterit;  
 ego laudare debebo. Vbaldinum nostrum audio  
 fulgurare, tonare, fulminare ē suggestu; dum for-  
 ptas orationes recitat. imitare istum Iovem qua-  
 si nouus Salmoneus; nec time fabulosas pœnas.  
 omninō ingeniosus adolescens est Vbaldinus, & la-  
 boris assidui patiens nunc legendo, ahnc scriben-  
 do. Tu non hebetiore, ac delicatiore ingenio es;  
 si capite, si lateribus paulō firmiteribus esses, pat-  
 ri posses cum illo passu incedere. spem tamen ne  
 abijcias; in circo currentibus opus erat non tam  
 viribus, quā iudicio: ita hic, ne sis curiosus om-  
 nia videndi, omnia legendi. Da te totum vni, aut  
 summum alteri ex optimis; tibi infuso, ne te ab-  
 Et ripiat

ripta cupiditas. Quae frequenter cibos non est  
 stomachus, frequenter languet: scis, quos tibi lau-  
 dauerim ex vetustioribus, quos ex recentioribus,  
 eos lege, si potes, omnes; ac ordine, & quadam  
 quasi lege, non temere, & casu. Quid reperam qua-  
 toties inculcaui? Plautum quanti faciam non igno-  
 ras; velim tamen hoc tempore, imò semper, abs-  
 te illi preferri Terentium: non tibi nunc sales &  
 iocos; & alia, quae istam aetatem, istam vitae con-  
 ditionem dedeant, discere opus est; sed linguam  
 Latinam addiscere, quam a Terentio, a Plauto non  
 item, puram puram; id est mundam, & cultam  
 percipies. Scio te ex veteribus Ciceronem, et no-  
 stris Muræm eximios habere: haud inuria. Ip-  
 sos consulè, quanti Afrum illum Poetam fecerint;  
 alterum audies secum semper gestasse, alterum non  
 semel, aut iterum, sed saepius à calce, quod auit,  
 ad carceres revertendo lectitasse. An vestros istis  
 deum plures requiris? scribe autem frequentius  
 quam facis. Iosephe, scribe: in eo fita prope mot-  
 um esse omnia tibi persuade, quantum in ue-  
 rificiorem aliquem Apellis, aut Zeuxis, aut Poly-  
 gnosti tabulas attentissimis spectare oculis, admi-  
 rare, diligentissimo observare; si nunquam peccu-  
 lum arripiat? Quid tibi profit eos attentissime le-  
 gere, si calamum nonquam, aut raro admodum  
 accingas? An, quod illis, tibi quoque dictum puta:  
*facilina nullus abeat dies, exerce te, preferam in isto  
 scribendarum epistolarum stilo.* Mirum quantum  
 hic positum sit ad linguam Latinam addiscendam



Jacobus Vespasianus Augustino Vbaldino suo  
S. P. D. Romam.

**E**go verò, nihil facio libentius, quam cum ad te scribo; mihi enim videor quodammodo te presens alloqui, & meum illud desiderium lenire, quo non leniter tangor suavissima consuetudinis tue. Itaque monere me desine atque hortari, ut quoties scribis, rescribam. Qui possum aliter? certe si ipse scriberes, prouocare ego, & obcunderem pro breuissimis, quoque tuis & vnius pagellæ literis, facile possum, longissimas remittere, & ad vltimam vsque exaratas alterius pagine oram. Amari me à Carrara vestro sciebam; tantum, ut me cum doctissimo, & disertissimo Poeta atque Oratore comparare auderet; non sciebam. Sed vide Vbaldine; nimis exultare scribere, etiam Regum dederet; & si à vero discedere, ab eo tamen, quod veri simile est, abire non licet. Tu igitur cum illam, quam imperator elegiam texes; tuum, & illius ad eum filio veritatis sic tempera, ut mora mendacis loqui non videare. Alterum illum Taciti locum ut inspicerem, secundum librum pene totum percucurri; autquam reperi, aut numeri discordant (non deberent certè) aut aliud egisti, cum illos describeres; Tu, opinor, collimasti certius prima, quam

quàm altera, quod putabas, sagitta. Postquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil remissum sensere, id est, ubi frequentes ante munimenta adstant cohortes sensere; & nihil remissum, id est, segnum aut lentum; at omnia prompta & parata ad defensionem; & pugnam.

Grampus si in sententiâ manebit, atq; ad nos propediem, vè ais; amice & hilariter excipiemus. *τοῦτον δὲν ἔπειτα, ἀίωνα χυμένον ἰπποσίπυρα.* si mutabit consilium, quod suspicamur, amabimus tamen, etsi in amore lentum. sed ò factum matè! Hercules igitur noster Pygmaeos illos vitare non potuit? nil metuas tamen: bene ocreatus est, & illi nil supra genua possunt. Legi lepidum, & ingeniosum epigramma tuum laudo acumen, stilum poeticum, & ipsum argumentum; & videre videor ad cuius prototypum effuxeris. Quæ tamen moneo, & leni veluti brachio castigo, seiunctim habebis. Neotipi videar nimis severus, quamvis non solem cum reliquis istis adolescentulis sodalibus tuis ita me gerere, ut ad libellam omnia reuocem. Quod ipse non possum, abs te requiro, ut optimus euadas; & conari te velim, ut assequar; etsi plerique, ne omnes diem frustra id faciunt; & rari tanquam eam metam, *Quos æquus amat hic Iuppiter;* vel, veteſtius dicam ipse Phœbus. nesci illud Venusini vatis

— — — mediocribus esse poëtis

Non DI, non homines, non concessere columnæ.

audet

Es. 3

Quod

Quo scilicet te de terra et tamen ita, ut desinas, aut desperes: idem enim affirmat.

*Est quoddam prodireturus; si non datur ultra.*

Græca, quæ adscripti sunt, non corrigo temporis angustis pressus; sed tamen multa abs te peccata sunt. Conatum laudo, factum non probō. Res enim tibi multæ laboris, sic parva utilitatis, græcè scribere si velis: itaque sua deo, ut desinas, vilius collocandum est tempus, hoc quidem tempore, in eo videlicet, ut rectè intelligas, quæ Isoocrates et Demosthenes, & reliqui scripsere Antesignano. At tibi quid in mentem venit suspicari? commouisti me illis tuis verbis: Miscellus Vbaldinus amat te in dies argentius: tu vero non eum amplius, ut Romæ solebas, nec quantum solebas. Quid tibi Margarithæ in mentis serps. Rogo te, Vbaldine, ægrotosius facias: ea quæ ab Vbaldino discisti, gaudio tibi et alidi. Margaritha equidem non possit, quia vehementer, & quando res vasa, auctoritate etiam diligam, inuicem modestum, virtutis mirantem, sed obsequium mei, & quo vno deus est me quis potest, solida cupidissima eruditionis, si vero ipsam magis memi, quam Vbaldinum, vel si maxime velim, ne possit quidam. Minto igitur ista, et si per locum non se te potest ego tamen scribi scripsi. Vale. Americæ. V. Id. Iunij.

\_\_\_\_\_

400

801

Jacobus



Jacobus Vectianus Iosepho Grampio  
 Congregationis Somaſcha Clerico  
 S. P. D. Romano

**N**on aſum tibi ſuadere, nec debeam quidē  
 vs quem Præceptor tuus erum mirificè ex-  
 tollit oratorem ex recentioribus, & do-  
 ctiſſimo, ac diſertiffimo eiusdem paulò ſuper-  
 ioris ſæculi viro; Marco Antonio Marco tam  
 fidenter præponis, contempnas optimam, cup ne-  
 gem, & ſæuodum ſcriptorem; reducantem e-  
 tam, & plena ſemper fluentem ore. quia tibi au-  
 dior ſim; vt diligenter legas; & ſedulò imitere: vt  
 aſtem præ illis reliquos omnes ſeponas, & quæ  
 in opus ſeris; Munerum tunc; in arca tamquam  
 in carcere ineluſum habeas; tantum abeſt, vt a-  
 ſentiar, vt omnino diſſentiam. Si cum eo tibi ve-  
 litari liceat, hoc vob vellem argumeto conten-  
 tus eſſis, & medicorum ſchola deſumptor. Quod ſa-  
 pit, nutrit, non enim puto, ſi non optimam eſſe  
 aut ſi in cen optimas meliores, non eſſe cõſentit  
 Marci lectidone; eandem etiam neque bonam  
 eſſe, neque vſalem affirmare audeat. Tibi autem  
 ſatis eſt iſe vt tibi, bonis vti que, qui ſapiunt  
 ad palatum; quæm vel omnium optimis (vt hoc  
 illi demas) parum libenter veſor. Nec miſere re-  
 men. Ne alloquitur in deſiſſimum, eruditum, &

exacti iudicij virum ita sentire, sic sumus omnes  
 quos cepimus à primâ illa ætate scriptores ama-  
 re; cum nare sine cortice, quod aiunt, incipimus,  
 eos omnium amore dignissimos, ceteros præ il-  
 lis, quotquot sunt, aut contemnendos aut multo,  
 minoris faciendos existimamus. est & illud haud  
 paulò leuioris momenti: ad quorum sumus imi-  
 tationem natura impellente propensiores, & quos  
 melius nostro penicillo expressum iri paramus:  
 esse eos omnium præstantissimos eunecere volu-  
 mus.

Tibi quid agendum? si me audis, utriusque (quan-  
 tum quidem per valerudinem licet, cuius in pri-  
 mis habenda ratio est) omni studio vacandum;  
 Perpiniano, ut Præceptori satisfacias, Mureto, ut  
 tibi ab utroque enim parem poteris utilitatem  
 expectare, ad eloquentiam capessendam. Certè  
 quidem si ita scribere perges, ut edixisti, cū Per-  
 piniano legendo vix ullam operam dederis, Mu-  
 reto prærimam; facile conuincas, nõ enim tibi au-  
 ctorem rei jaciendum esse, à quo post Ciceronem  
 linguam latinam, & scribendi elegantiam nõ me-  
 diocriter percepisse videris: nam valde latina  
 est epistola tua, elegans, pura, & omnino talis,  
 qualem vix scribant, qui ætatis multum in vno  
 Cicerone permutando triverunt, nec miratus  
 sum, qui sciam id esse moris tui, ut aut omnino  
 cesses, aut agas quod agis. Quapropter nõ urgeo  
 te, ut frequentissime scribas, cum ne valerudini  
 tua, quam infirmissima uteris, videar qualem consu-

lere;

tere; tūm vt tales literas accipere abs te possim, idest eō meliores, quō tardiores. Si huiuscemodi epistolam aliquam ad Bonfadium dares, eruditissimum illum virum, qui te olim puerulum ob ingenij acumen tantopere amavit; quantis illum quoque cumulatum gaudijs redderes! ac deest argumentum: qui potest? diuturni silentij excusatio, vetus benevolentia, præsens observantia, vtriusque linguæ studium, nec prænitiendi progressus, omnia modestè, vt soles: Iacobus frater tuus superbas ferret, si sit opus. Prioli literas expecto, & verus, cum erit commodum videlicet, at præter quotidie & illius, & vestras. Vbalinum, & reliquos salutare inbeo, vt velle me nosti, idest: amantissime ac diligentissime. Ameriz. VI. Kalend. Iulij.

C L X I.

Jacobus Vectianus Ioan. Francisco Priolo  
Congregationis Somaſcha Clerico  
S. P. D. Romani,

**L**Egi epistolam tuam, legi vtrumque carmen & elegiacum & iambicum, hoc & illud magna cum voluptate. vicisti spem meam celeritate progressus, stilli bonitate. Si perges, vt coepisti, tam grandi passu, à quibus proci

procul aberas, eos citò consequere, nisi forte iam consecutus es, reliquos sodales tuos. In epistola mihi valde fatistecisti: in versu supra expectationem: si omnino abs te scriptiones istæ (quanquam quid dubito de tua fide?) Musas habuisti admodum fauenter, quas quomodo tam citò delinire potuisti? An illis propinasti amatorium aliquod peculum? Ingratus sis, si colas, & observes studiosè & diligenter, tam propitias Diuas. Alicubi tamen lapsus es, nec illæ manus porrexerunt: quid mirum? ita illis in more est, faciunt, quod matres solent, quæ interdum paruos ætos iacere sinunt, ut surgere, discant sua sponte, & offendicula vitene cautius in posterum. At ego earum supplebo vicem, & indicabo, quod imperis, seiuncta scheda: nec resecabo tamen ad viuum omnia. Hoc habeo (quod certè plurimi facio) dicere; scribere te versus numerosè, & perspicuè. Iambicum purum miratus sum: ego certe tantum non ausim. Iterum dico, nimis te amant Musæ. Tu colas, & observa quantum potes. Vale. Americæ.

Iacobus

CLXII.

Jacobus Vectianus Augustino Ybaldino suo

S. P. D. Romæ.

**G**ratulationem tibi parabam de philosophica velitatione, & palma quam retulisti & rudes, qua donatus es, in speciosissimo Collegij Clementini veluti arena adstantibus Romanæ aula primoribus, & purpuratorum flore Patrum ad quindecim, vs. auctoris cum ceteris litteræ, & quas publicè disputandas proposuisti, Physicæ & Metaphysicæ thesauri tabellariis redantur, sed adeo malè habitæ, & adhuc à pluuia aut flumine aliquo, in quem fortasse deciderint, madentes, ut vix referari, vix legi poterint. Gaudeo sum seruari apud te memoriam meam, & amorem, quo me prosequeris, amicum amplexatus sum arctissime. De mea in te iuuentus plurimè & maximè conspicuum dotibus natalium, doctrinæ, ingenij, benevolentia non dubitas, credens, utinam dubitabis, qui seras, inter amicos ex tuis sodalibus, quos dilexi omnes, & in bonas artes institui, crederem habuisse, & iuuenos, Terentium, & Marcianum, quos saluabis meo nomine plurimum, sed quidnam illud est, in epistola ista tula? tu mihi multum debes? imò tu quidquam debes? quo nomine? si ego ex tua aliquot tantum consuetudine plus accepi, quàm dedi, nam

quæ

quid ego poteram, et si volebam plurimum? si quod in graeca profecisti lingua; si quid in latina, quod plurimum fuit; ingenij tui praestantia imputare debes, non mihi adscribere, aut solertiae meae & eruditioni, quae aut nulla est, aut certe perexigua. Quantum enim valeas memoriae tenacitate, ingenij acumine, iudicij praestantia ante iustos prope modum annos, qui nesciunt, docere eos potest viderimus iste tuus quasi fabulae actus; in quo te adeo praecclare gessisti, ut Choragus nihil suggererit, aut suppeditarit. Macte animo Vbaldate, & quando philosophiae stadium, quantumcunque est, percursisti; eodem impetu animi, isdem, & maioribus conatibus illud, quod multo est pateatius, multo gloriosius, ingredi diuinæ curriculum Theologiae. Olim vidi, ac praevidi, & nunc perspicio magis, qualis vir, & quantus futurus sis in spiritualibus Castris, qui saecularia, in quibus & honestissimum locum tenebas, tam promptè maioris Ducis sequendi gratia reliqueris. sed facio tibi iniuriam, qui hortor ad id, ad quod spontè incitatissimus es. Itaque epistolam finio, & tibi gratias ago de munere, de honore, quem mihi habere voluisti. rogo, ut serues memoriam meam cum animo, tam precibus: salutes etiam meo nomine primores istos P. B. Boecolum, Froscorum, & ceteros nostrum, et si diverso tempore, in philosophia magistrum, Franciscum Pocopannum, viros praestantissimos. Vale. Regij. IV. Id. Sepe. M. DC. XXI.

Eidem.

## CLXIII.

Eidem. Mediolanum.

**M** Vltis me tibi rursus, Vbaldine, obstringe nominibus . qui possim paria facere, aut tanto amori responderet & Theologicæ theses accepi; & de Excellentissimo Sacco intellexi; quæ narras; & volebam maximè. Quòd meas literas serò admodum acceperis, in alium potius quemuis, quàm in Antonium Bononium hominem pereruditum; culpam rejiciat velim; qui & vir officiosissimus est; & earum, quæ ad me aliqua ratione pertinent; rerum diligentissimus. Is igitur certo homini ex aula Galatæsi, qui istuc per eos dies, ad se missas statim dedit: at illæ commissas; vt erat pollicitus, non statim reddidit; & causam noui, quam quia aut tua scire, aut Excellentissimi Sacci nihil iam interest, missam facio. Quòd me is talis acceperis in literis; amet amore vt narras singulari; gaudeo equidè, ac pene triumpho, què huiusmodi capitibus non displicere vehementer opto: quòd vero etiam meas literas dilaudet, & recentiorum nullis post habeat, vt scribis, hoc certe quidem, vt ingenuè dicam, placere mihi nullo modo potest, qui vegeor, ne acerbam vterque subeamus consuram; si forte eruditorum solertia excutiat, quæ illius suo in omnes humanitas, siue in me benivolentia ac-

curatius examinare haud passa est, sed velut per  
 transennam, & superficiei tenus inspicere. Verum  
 ipse viderit de suo iudicio; ego id vnum cauebo  
 digne: ne ambitiosus videri cuiquam possim,  
 ea si agnoscam ab alijs, quae a mea conscientia  
 exquiruntur, nullomodo possunt. In illud si forte  
 aliquando, ut fit, incidoris, aut adiretis aliqua  
 de causa; testare meam in ipsum singularem ob-  
 servantiam, quae tali, quae praedictus est, virtuti, atq;  
 ti, & personae quam sustinet, dignitati debetur.  
 Vbi aliqua se obtulerit occasio ad eum scribendi,  
 literas publicis tabellarijs committam; cum eis  
 meis ad te, ex tuis ad me, cito atque in tempore  
 redditis, dubitare non liceat de cuiusquam aut  
 fide, aut negligentia, aut improbitate. Tibi gra-  
 tulator de publicis Theologicis disputationibus, &  
 mirifice laetor (aliunde ego invidui: nam tu mi-  
 nis parce, nonis modestè de re ipse loqueris) quod  
 in ista vocatione a deo te praeclare gesseris, ut non  
 Tyrannem, aut paucorum stipendiorum militem;  
 sed veteris sumptus, & quidem strenuissimum  
 Ducem praestiteris. Nonne id cum multis qui ad-  
 inere, ut audio, doctrina praestantibus viris exis-  
 mus vir, & Praesubintogerrimus Federicus Car-  
 dinalis Borromeus; qui te velut de tuis triumphan-  
 tem Antagonistis, nescio an publico & solenni  
 sortè lauro & splendido, at religioso simul epubo  
 excipere voluit. Eum tu invenissis, Augustinus;  
 omni observantia totius Occidentalis huius  
 stre, imò voveris **Boekha** vove laudissimū Can-  
 dela-



delabrum. O si tales haberemus non paucos, quam eximie, quam insigniter res Christiana floretet! quos ederet ubique veræ pietatis fructus! sed rarus fuit per omnes ætates talium prouentus, & omne admodum sterile solum. Nos optemus, vt diuissime uinat; & religiosissimi Antistitis ipsi quoque homines religiosi, quantum licet, sanctitatis & miræ integritatis ubique impressa vestigia colligere studeamus. Pompeium Ripam, quem Regio transeuntem vix adspicere, vix alloqui potui, istic apud vos, vt puto, de gentem, veterem & suauissimum amicum meo nomine plurimum saluta. Regij VI. Kalend. Iulias. M. DC. XXIII.

## CLXIV.

Jacobus Vestianus Ferranti Cattaneo I. C.  
S. P. D. Romam,

**S**erius omnino, quam volebam, & eram pollicus, nunc denique scribo vir humanissime. excusa, nam re vera exculatione dignus sum. Putaui me Tibure otiosum fore, &, quod inquit Horatius,

*nunc viridi membra sub arbute  
Stratum, nunc ad aquæ icne caput sacra  
ætatem iucundissime traqueium. Verum se-  
cus multo euenisse tibi periuacuas velim, quan-*

do me multæ circumstantiæ & studiorum occupatio-  
 nes, & aliarum rerum quæ ad animam iuvandam  
 spectant, Deumq; mihi propitiandum, susceptæ  
 cogitationes. Guastallenses, & Mantuanos tuos  
 mei prorsus oblitos reor; nihil ad me Perbus no-  
 ster, nihil Soraneus; Casotus, & Bononius nihil,  
 quos nosti salutasse me omnes, & literis scriptis  
 provocasse etiam, cum Guastallam redijt Excel-  
 lentissimus Princeps vester Cæsar Gonzaga. Tu  
 si forte ad Carracium, itera quæ præsens præsentî  
 exposui, mirari me istud silentium, qui grandem  
 literarum fasciculum miserim, nec quid illi factû  
 sit, adhuc scire potuerim, Barono me succensere,  
 qui non reddiderit; aut ipsis, ad quos sunt missæ,  
 quod nemo vnus rescripserit. Interroga, ecquid  
 à me adeo grauiter peccatum sit aut in ipsos, aut  
 in amicitiam nostram, vt sic mecum agatur: effe-  
 cturum me posthac, vt meas ipsi quoque, quas fla-  
 gitare solent, & diu, & frustra literas expectent.  
 Hæc & alia cõplura, quæ egregiè simulare aman-  
 tes solent, tuis ad eum literis committe, vt suspi-  
 cetur, me iam totum, quod Plautus ait, in sermen-  
 to esse. Nam epistola fortasse longissima (ita spe-  
 ro certè) se mihi purgare dum volet, meq; ad ani-  
 mi æquitatem traducere; ego interea inanem o-  
 peram ridens, id cõsequar, quod summoperè cu-  
 pid, mutuum per literas colloquium. Vale. Tiburæ  
 X. Kal. Sextilis. M. DC. XVII.

Iacobus

## CLXV.

Jacobus Vestianus Persio Carratio I. C.  
S. P. D. Guastallam.

**L**ibet nunc ad te latinas exarare literas, & post longam cessationem experiri, numquid mihi relictum sit illius, si non elegantia, certè in scribendo facilitatis, quam frequentè & loquendi, & lucubrandi vsu consecutus videbar. Ea tamen lege scribo, & scribam in posterum, ut mihi liberè liceat aut græcissare, aut laconizare; aut, quod nunc facere meditor, Asiatico te more alloqui. Literæ tuæ paulò leniores in itinere fuerunt; at mihi eo nomine incundiores, quò diutius expectata. In græca (nam id in primis quæris) lingua non prænitendos progressus facere mihi videor, tum meo assiduo labore, tum Antonij Quarengi V. Cl. cum opus est, ope adiutus: nec iam piget, coactum fuisse me Romæ Patavio, hunc Benio anteferre: etsi valde ægrè est, quòd ab eo elicere literas vllas hand quæ, irato fortasse, quod datam sapius fidem neque seruarim, neque quas offerebat condiciones acceperim. sed testis mihi Deus, testis tu quoque es, quàm vehementer illam urbem inuisere, & talem virum præsens salutare exoptauerim. At secus tulere ignotarum nobis causarum nexus, & facultatem abstulere, non votum, aut spem. So-

Ff ranco

rauo nostro doleo sanè vehemèter neque libro-  
rum auxilium, neque Doctoris subsidium adesse,  
res maximè necessarias ad græcam literaturam.  
in qua etiam disciplina quid efficere, quantū pro-  
ficere posset, nisi ab illis commodis destitueretur,  
Placentiæ intra paucos dies mihi egregiè patefec-  
cit. At Pegaseo volatu si non potest, quod velles  
maximè; testudineo, quod potest, incedat gradus  
nec desperet fore, quin & Doctoris opera & li-  
brorum copia aliquando affutura sit.

Illud interea ætuantem animum soletur, quòd  
in latinis, te siue duce siue comite, ea cōficit spa-  
tia, quæ Bellerophon vix posset alato equo. Plau-  
tum enim totum, vt ais, quo tempore ceteri insa-  
niunt Lupercalibus addicti, adeò celeriter per-  
curristis, vt ipsam vicisse vos Atalantam videri  
possitis, & mala tamen aurea, idest aureas senten-  
tias, aurea dicta non sparsisse; sed multò maiore  
quàm ipsa fecerit, & celeritate & felicitate col-  
ligisse. certè id maximo vobis stetit cum fructu,  
testis est illa, quam tu concinnasti Comædia, cu-  
ius videndæ & legendæ desiderium iniecisti vel  
sola mentione. Quæ hic fiant in dies, quæ aliun-  
de adferantur res nouæ, vt à me scribantur nolli  
expectare. qui eas ne ausculto quidem, cum nar-  
rantur; quomodo possim alijs nunciare? Ne me  
tamen adeò tetricum puta, aut superciliosum, vt  
quasi alter Cato Floralia siue deuitem, siue statim  
deferam. Nam proximè præteritos Hilaritati di-  
catos dies sic transegi, vt interdiu,

Et

*Et pugilem victorem, & equum certamine primum;*

noctu verò modò humiles soccos, modò grandes; cotharnos spectarim. De exercitu Regio malè iam sæpius mulcato tristes huc afferuntur nuncij, nescio quàm veri. Itaq; de carissimo capite Francisco Rinaldo valdè sollicitus sum. Tu, si quid comperti habes de illo, quod lætum sit, aut minus triste, vt nunciare velis quàm celerrimè potest, etiam atque etiam te rogo. Vale. Romæ XII. Kal. Martij. M. DC. XVII.

## CLXVI.

Eidem. Guastallam.

**E** Nimuerò præstanti ingenio tuo nihil præstantius reperiri posse mihi persuadeo, Carati: quandoquidem etiam literis græcis mihi derepente valde instructus appares, quas neque sciebam, an esses aggressus. *μανήριος & γράφειν οὕτω, μάλλον δὲ φρονεῖν οὕτω δυναμεις*: nam te vera & appositè scribis, & rectè sentis. Hocratis lectio multum habet vtilitatis, Luciani plurimùm etiam iucunditatis: neque hie aut illic admodum frequentes salebras inuenies, vbi hæreas; præsertim si, quod suadeo, latis orum opè interpretum non fueris destitutus, absente Soraneo; cuius solerti opera, & tua in primis industria, quæ per

Ff 2 Gram.

Grammaticam iaci fundamenta solent, abs te egregiè posita censeo, imò video. Perge igitur & hac, mi Persi, *οὐρ Ὀδῆς ἀ γὰ Ὀδῆς*, vt cœpisti; atq; ad solidum eloquentiæ culmen etiam per eam semitam, quæ à paucissimis frequêtatur hoc tēpore, ascende. Persæpè autem τὰ ῥωμαϊκὰ ἐκμάθη, καὶ τὰ ἑλληνικὰ ῥωμαϊστὶ μετασπάζε. nec meum id puta, sed Ricardi viri doctissimi, & ipsius Ciceronis consilium. Vnum est, quod moneram de orthographia, vt accentuum & spirituum rationem habeas inter scribendum; & ipsa paulò quàm facis elegantius elementa formes. De accentibus longa res est, neque adè in promptu, sed obseruatione indiget, & multo vsu; in quo ipse quoque interdum pecco, & solebam frequentius. De illis communia præcepta Soraneus indicabit, & omnes Grammatici: de literis rectius formandis vsu quoq; iam, & lusu opus est. optimis impressas libris calamo ipse ducito ad eam formam, & effingere conator. Puerile quiddã suadeo, sed faciendum tamen, nisi in scribèdo gallinas manis, quàm pueros imitari.

Nunc ad me, de quo te iam pridem nihil audisse puto. In religioso quodam secessu vivo, non religiosus. Romani cœli puriore illa parte fruor, sub qua iacet humilissimus collis tibi, qui ditissime incoluisti, probè notus, quem montem Citorium vocant. Hic mihi vivo, & Musis tum græcis, tum latinis, ab vrbis strepitu & hominum frequentia longè remotus, æstatem superiorem Tibure.

bure transegi aut umbras, aut frigora captans, & scruentis tota Vrbe Syrii cunis latratum, atq; affluantes iras deuotans. Dies non amplius sunt quam decem, cum Romam redij: statim q; a Ferrante Cattaneo nostro de tuis literis monitus, eas a publicis tabellarijs exegi, solito vetui q; non modo persoluto pretio, sed more illius quoque, vt puto, quam apud eos traduxerunt, per duos, & amplius menses. Id plenius & planius intelliges de Soraneo, in cuius literis hanc mihi rem iocosum argumentum sumpsi, seria videlicet scribendi materia destitutus: statim autem rescribo, id est hoc ipso, quo accipio die, ne quod vestra factum est culpa, qui aliò, quò ego non indicavi, dirigere eas voluistis; Vestriani socordie, aut negligencie imputetur. Verùm quid frontem contrahis, & me quasi alterum Virbium in Hippolytum mutatum obstupescis? *ὁ ὡ μὲν Ἄρτεμις, ἀλλ' Ἐρμῆς μὲν ἄλλοι ὄντι;* Querengus inquam meus, quem velut alterum Mercurium a doctrina, atque eloquentis colo & obseruo. Ille igitur me ex Vezzano in Veſtianum mutauit, cum duplices illas literas in latina lingua vix ferri posse, & ad aures politorum hominum bene purgatas duriter accedere assue rarit. Hoc igitur ne ambitioni tribuas, aut incōstantie, aut leuitati quidam mee, quasi ille alter sum, qui *ἀπὸ τοῦ χυρσοῦ καὶ ἄνθου; μάλιστα ὕβρις ἐνομαζέται.* Vale Romæ IX. Kal. Nouembris.

Eidem. Guastallam.

**V**ivo, Perfi, vivo; ne dubita, an diuturnum te corripit hoc meum silentium? sic opinor; si tamen is es, quem esse te profiteris, mei non minus amans, quam ego tui sum. Quæris igitur quid acciderit, ut hoc tam præter morem? Pythagoricam scholam ingressus sum, in quam puto & Soraneus nosse, Patavium tribus ab hinc & amplius mensibus ad eum literas misi, & ad Bonium, quas flagitavit commendatitias. Ab utroque mirum silentium: quid dicam? opinor illud; Italia non amplius Italia est: nam locuturi habemus omnes, qui in hac Europæ parte, sed potius verè audire? omnino & loqui & scribere dedidici: en modò periculum facio, & planè noui; diu enim cogito post longâ cessationem, nec verba sequuntur, ut solebant. Vellem aliquid de me, de meis studijs, de quadam spe, quæ animum fouet ac lætum reddit; nec possum tamen. An quia nihil adhuc certi video? an quia timeo incerta multa, quæ interuenire solent? Sustine igitur pælisper, & habebis omnia mea facta & cogitata, æquè ac mihi sunt, cognita & explorata. Tu nescio quid, iudicasti potius quam significasti de tuis legum studijs, de solo vertendo, de iure in vrbe Mantua respondendo, moue si quid noui; nam & fortasse iam



iam commigrasti. Maiorem quidem, in quo ipatietur, campum habebit tua doctrina; & ista aula magis ad tuum, ni fallor, quam domestica ingenium est. In angusto freto scopuli frequentiores sunt, & vnda magis æstuantes, quam in lato mari: nec tu es opinor ex illis, qui illud & sentiunt & loquuntur, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Verum de aureo illo flore in hastam Martis mutato ecquid noui est? ecquid rari? peperere ne vnquã in montes? Audio illi cum fortuna benè conuenire, & Victoriã iam abs se stare. *εἰ οὕτως ἔχει* tu cede iam de via, prior saluta. blandè hominem appella: quantum per eum, quem geris Magistrum licet, deducito æ reducito: si negligis, acũ est de te. At de Soraneo quid nuncias? viuit ne? Patavij, an domi? quas postremas dedit, literas accepi verbosissimas: ob id credo, ve longo sermone satiatum multorum mensium incediam sustinere facilius possim, & animo requiere. Tu vel absentem, vel præsentem meo nomine saluta: eruditissimum quoque Bononium, & loquentissimum dicam, an eloquentissimum Casottum? Vale. Americæ, quò concessi ob vitandos, qui Urbem iã vexare incipiunt, æstiuos calores. Is certè ad meum genium eximie factus locus est, quod non putavi, cum mihi est ab hisce PP. ad secessum, & animi hilaritatem propositus; nam Tiburtinum calum malebam. Si forte aliquando scripseris, aut etiam ad istas rescripseris; ad Cattaneum literas inscribe, Romam. is enim, quæ est præter

reliquas animi dotes egregias insigni praeclitus  
 humanitate, curaturum se ut ad me quamprimū  
 deferantur, sponte, nec ut plerique solent, officij  
 gratia, at sincerè & ex animo pollicitus est. Iterū  
 Vale. Kal. Iulij.

## CLXVII.

Eidem. Mantuan.

**E**Go verò putabam, & quis significavit? Eer-  
 dinandum & ferre naru maiorem esse; &  
 posse iam ferrum si non tractare, saltem ag-  
 noscere, & illo exornari. sed balbutit adhuc? &  
 quod narras, penè vagit: nutricis in sinu? Musae  
 non excipiant adeò tenellum: itaque alia cogita-  
 mus, sed vide Fortunae lusam: quae vellem & cur-  
 pio maximè, longissimè abscedunt: quae nollem,  
 & deuito, illa me circumstant, atque urgent obli-  
 vissimè. Quid faciam? quod belli homines so-  
 lent, & qui sapiunt, quos sequi possum, assequi si  
 non possum. Ridebo mea & meorum vota; atque  
 utar praesenti rerum statu, quo debeo sanè esse  
 contentus, si me sinant, qui hinc auulsum cupiunt  
 affines, & propinqui omnes. Audiui de Soraneo  
 nostro quae narras, & certè laetatus sum vehemen-  
 ter. nam literati viri plurimū interesse puto, cui  
 denique fetuiat, & qua conditione. De tuis pro-  
 gressibus tibi gratuler; & video, quod olim per-  
 iocum

locum dixi, re vera dominari te in isto Foro. Quid mirum? per pauci sunt, qui feracissimos legalium studiorum campos politiciore excolant literatura. Tu facis egregie: certè facere potes, quantum ex candidissimo conijcere possum & eleganti tuarum epistolarum stilo. Itaque te hortor, ut ad leuandam grauissimorum illam studiorum molestiam, si non quotidie, saltem frequenter venustum aliquem Poetam, aut disertum Oratorem, aut grauem Historicum in manus sumas. Tua tibi aurum, atq; argentum responsa; mitiora hæc animi hilaritatem dabunt studia; & docebunt, quo pacto pretiosis quidem, sed periculosis metallis uti debeas: ne forte is fias Martialis Schola, aut Scholæ similis, qui quò dicitur, eò sordidior euasit. Et mihi quidè, quod ioci causa scribis, optio si detur; malim esse Promethei fragmentum, quàm Midæ fortunam assequi. Lucum enim illud cælesti tandem igne animatum fuit: hic, dum fit aurum, homo esse desijt. sed ludicra, & fabulosa poetis relinquamus; seria attingamus. Tibi, & Cattaneo, quod mea causa nescio quid moliti estis, & si id parum processit, gratias & ago, & habeo immortales. si quid perfici non potuit hoc tempore, non ego id fortunæ, quod faciunt multi; at diuiciæ ascribo voluntati. Ferrando viro humanissimo, & probissimo non literas solùm, sed amorem & obseruantiam debeo. Doctissimum Posseuium, cuius hodie literas accepi beneuolentiæ, & eruditionis notis maxime iniques, per vos saluari cupio meo nomine.

quid ego poteram, et si volebam plurimum? si quod in græca profecisti lingua; si quid in latina, quod plurimum fuit; ingenij tui præstantia imputare debes, nõ mihi adscribere, aut tolerantia mea & eruditioni, quæ aut nulla est, aut certè perexigua. Quantum enim valeas memoria tenacitate, ingenij acuminè, iudicij præstantia ante iustos prope modum annos, qui nesciunt, docere eos potest vultimus iste tuus quasi fabulæ actus; in quo te adeo præclare gessisti, ut Choragus nihil suggererit, aut suppeditarit. Matte animo Vbaldine, & quando philosophiæ stadium, quantumcunque est, percurristi; eodem impetu animi, iisdem, & maioribus conatibus illud, quod multò est patetius, multò gloriosius, ingredi diuinæ curriculum Theologiæ. Olim vidi, ac prævidi, & nunc perspicio magis, qualis vir, & quantus futurus sis in spiritualibus Castris, qui sæcularia, in quibus & honestissimum locum tenebas, tam promptè maioris Ducis sequendi gratia reliqueris. sed facio tibi iniuriam, qui hortor ad id, ad quod spontè incitatissimus es. Itaque epistolam finio, & tibi gratias ago de munere, de honore, quem mihi habere voluisti. rogo, ut serues memoriam mei cum animo; cum precibus: salutes etiam meo nomine primores istos P. B. Boccolum, Froscolum, & cõem nostrum, et si diuerso tempore, in philosophia magistrum, Franciscum Pocopannum, viros præstantissimos. Vale. Regij. IV. Id. Sept. M. DC. XXI.

Eidem.

## CLXIII.

Eidem. Mediolanum.

**M** Vltis me tibi rursus, Vbaldine, obstringis  
 nominibus . qui possim paria facere, aut  
 tanto amori responderet & Theologicas  
 theses accepi; & de Excellentissimo Sacco intel-  
 lexi, quæ narras; & volebam maximè. Quòd me-  
 as literas serò admodum acceperis, in alium po-  
 tius quemuis, quàm in Antonium Bononium ho-  
 minem pereruditum; culpam reijciar velim; qui  
 & vir officiosissimus est; & earum, quæ ad me ali-  
 quaratione pertinent; rerum diligentissimus. Is  
 igitur certo homini ex aula Galatiani, qui istuc  
 per eos dies, ad se missas statim protulit: at ille,  
 commissas; vt erat pollicens; non statim red-  
 didit; & causam noui, quam quia aut tua scire,  
 aut Excellentissimi Sacci nihil iam interest, mis-  
 sam facio. Quòd me is talis ac tantus in literis;  
 amet amore vt narras singulari; gaudeo equidè,  
 ac pene triumpho, qui huiusmodi capitibus non  
 displicere vehementer opto: quòd vero etiam  
 meas literas dilaudet, & recentiorum nullis post  
 habeat, vt scribis, hoc certe quidem, vt ingenuè  
 dicam, placere mihi nullo modo potest, qui ve-  
 reor, ne acerbam vterque subeamus consurrag; si  
 forte eruditorum solertia excutiat, quæ illius siue  
 in omnes humanitas, siue in me benivolentia ac-

cura.

curatius examinare haud passa est, sed velut per  
 transennam, & superficiei tenus inspicere. Verum  
 ipse viderit de suo iudicio; ego id vnum cauebo  
 diligenter, ne ambitiosus videri cuiquam possim,  
 ea si agnoscam ab alijs, quae à mea conscientia  
 exiguntur, multis modo possunt. In illis si forte  
 aliquando, ut sit, incidaris, aut adieris aliqua  
 de causa; testare meam in ipsum singularem ob-  
 servantiam, quae tali, quae praeditus est, virtuti, et  
 ti, & personae quam sustinet, dignitati debetur.  
 Vbi aliqua se obtulerit occasio ad eum scribendi,  
 literas publicis tabellarijs committam; cum eis  
 meis ad te, et tuis ad me, cito atque in tempore  
 redditis, dubitare non liceat de cuiusquam aut  
 fide, aut negligentia, aut improbitate. Tibi gra-  
 tulator de publicis Theologicis disputationibus, &  
 mirifice laetor (aliunde ego invidui: nam tu ni-  
 mis parce, nimis modestè de te ipse loqueris) quod  
 in ista vocatione a deo te praeclare gesseris, ut non  
 Tyrannem, aut paucorum stipendiorum militem;  
 sed veteranum potius, & quidem strenuissimum  
 Ducem praestiteris. Nonne id cum multis qui ad-  
 here, ut audio, doctrina praestantibus viris exis-  
 mus vir, & Praesubintogerrimus Federicus Cardi-  
 nalis Borromeus; qui te velut de tuis triumphan-  
 tem Antagonistis, nescio an publico & solemniter  
 certe lauro & splendido, at religioso simul epulo  
 excipere voluit. Eum tu merita tua, Augustino;  
 omni observantia cordis Occidentalis huius au-  
 stre, imò vniuersae Ecclesiae, vnde latidissimū Can-  
 dela-

delabrum. O si tales haberemus non paucos, quam eximie, quam insigniter res Christiana floretet! quos ederet ubique verae pietatis fructus! sed rarus fuit per omnes aetates talium prouentus, & omne admodum sterile solum. Nos optemus, ut ditissime uinat; & religiosissimi Antifitis ipsi quoque homines religiosi, quantum licet; sanctitatis & mirae integritatis ubique impressa vestigia colligere studeamus. Pompeium Ripam, quem Regio transeuntem vix adspicere, vix alloqui potui, istic apud vos, ut puto, degentem, veterem & suauissimum amicum meo nomine plurimum saluta. Regij VI. Kalend. Iulias. M. DC. XXIII.

## CLXIV.

Jacobus Vestianus Ferranti Carrante I. C.  
S. P. D. Romam,

**S**erius omnino, quam volebam, & eram pollicitus, nunc denique scribo vir humanissime. excusa, nam re vera excusatione dignus sum. Putaui me Tibure otiosum fore, &, quod inquit Horatius,

*nunc viridi membra sub arbore  
stratum, nunc ad acies ire caput sacrae  
aetatem iucundissime traucium.* Verum se-  
cus multo euenisse tibi pertuaetas velim, quan-

do me multæ circumstant & studiorum occupatio-  
 nes, & aliarum rerum quæ ad animam iuvandam  
 spectant, Deumq; mihi propitiandum, susceptæ  
 cogitationes. Guastallentes, & Mantuanos tuos  
 mei prorsus oblitos reor; nihil a I me Perbus no-  
 ster, nihil Soraneus; Casotus, & Bononius nihil,  
 quos nosti salutasse me omnes, & literis scriptis  
 prouocasse etiam, cum Guastallam redijt Excel-  
 lentissimus Princeps vester Cæsar Gonzaga. Tu  
 si forte ad Carracium, itera quæ præsens præsentem  
 exposui, mirari me istud silentium, qui grandem  
 literarum fasciculum miserim, nec quid illi factum  
 sit, adhuc scire potuerim, Barono me succensere,  
 qui non reddiderit; aut ipsis, ad quos sunt missæ,  
 quod nemo vnus rescripserit. Interroga, ecquid  
 à me adeo grauiter peccatum sit aut in ipsos, aut  
 in amicitiam nostram, vt sic mecum agatur: effe-  
 cturum me posthac, vt meas ipsi quoque, quas fla-  
 gitare solent, & diu, & frustra literas expectent,  
 Hæc & alia cõplura, quæ egregiè simulare aman-  
 tes solent, tuis ad eum literis committe, vt suspi-  
 cetur, me iam totum, quod Plautus ait, in fermen-  
 to esse. Nam epistola fortasse longissima (ita spe-  
 ro certè) se mihi purgare dum volët, meq; ad ami-  
 mi æquitatem traducere; ego interea inanem o-  
 peram ridens, id cõsequar, quod summoperè cu-  
 pid, mutuum per literas colloquium. Vale. Tibui e  
 X. Kal. Sextilis. M. DC. XVII.

Iacobus



## CLXV.

Jacobus Veſtianus Perſio Carratio I. C.  
S. P. D. Guafſtallam.

**L**ibet nunc ad te latinæ exarare literas, & poſt longam ceſſationem experiri, numquid mihi relictum ſit illius, ſi non elegantia, certè in ſcribendo facilitatis, quam frequenter & loquendi, & lucubrandi uſu conſecutus videbar. Ea tamen lege ſcribo, & ſcribam in poſterum, ut mihi liberè liceat aut græciſſare, aut laconizare; aut, quod nunc facere meditor, Aſiatico te more alloqui. Literæ tuæ paulò ſegnioreſ in itinere fuerunt; at mihi eo nomine incundiores, quò diutius expectatæ. In græca (nam id in primis quæris) lingua non præmitendos progreſſus facere mihi videor, tum meo aſſiduo labore, tum Antoni Quærenſis V. Cl. cum opus eſt, ope adiutus: nec iam piget, coactum fuiſſe me Romæ Patavio, hunc Benio anteferre: eſt valde ægrè eſt, quòd ab eo elicere literas ullas haud quæſ, irato fortalle, quòd datam ſæpius fidem neque ſervarim, neque quas offerebat conditiones acceperim. ſed teſtis mihi Deus, teſtis tu quoque es, quàm vehementer illam urbem inuiſere, & talem virum præſens ſalutare exoptauerim. At ſecus tulere ignotarum nobis cauſarum nexus, & facultatem abſtulere, non votum, aut ſpem. So-

Ff ranco

raneo nostro doceo sanè vehemèter neque libro-  
rum auxilium, neque Doctoris subsidium adesse,  
res maximè necessarias ad græcam literaturam.  
in qua etiam disciplina quid efficere, quantū pro-  
ficere posset, nisi ab illis commodis destitueretur,  
Placeant intra paucos dies mihi egregiè patefe-  
cit. At Pegaseo volatu si non potest, quod velles  
maximè; testudineo, quod potest, incedat gradu:  
nec desperet fore, quin & Doctoris opera & li-  
brorum copia aliquando affutura sit.

Illud interea ætuantem animum soletur, quòd  
in latinis, te siue duce siue comite, ea cōficit spa-  
tia, quæ Bellerophon vix posset alato equo. Plau-  
tum enim totum, vt ais, quo tempore ceteri infam-  
niunt Lupercalibus additi, adeò celeriter per-  
curritis, vt ipsam vicisse vos Atalantam videri  
possitis, & mala tamen aurea, idest aureas senten-  
tias, aurea dicta non sparsisse; sed multò maiore  
quàm ipsa fecerit, & celeritate & felicitate col-  
ligisse. certè id maximo vobis stetit cum fructu,  
testis est illa, quam tu concinnasti Comædia, cu-  
ius videndæ & legendæ desiderium iniecasti vel  
sola mentione. Quæ hic fiant in dies, quæ aliun-  
de adferantur res nouæ, vt à me scribantur noli  
expectare. qui eas ne ausculto quidem, cum nar-  
rantur, quomodo possim alijs nunciare? Ne me  
tamen adeò tetricum puta, aut superciliosum, vt  
quasi alter Cato Floralia siue deuitem, siue statim  
deseram. Nam proximè præteritos Hilaritati di-  
catos dies sic transegi, vt interdium,

Et

*Et pugilem victorem, & equum certamine primum*

noctu verò modò humiles foccos, modò grandes:  
cothurnos spectarim. De exercitu Regio malè  
iam sæpius mulctato tristes huc afferuntur nunciij,  
nescio quàm veri. Itaq; de carissimo capite Fran-  
cisco Rinaldo valdè sollicitus sum. Tu, si quid  
comperi habes de illo, quod lærum sit, aut minus:  
triste, vt nunciare velis quàm celerrimè potest,  
etiam atque etiam te rogo. Vale. Romæ XII. Kal.  
Martij. M. DC. XVII.

## C L X V I.

Eidem. Guastallam.

**E** Nimuerò præstanti ingenio tuo nihil præ-  
stantius reperiri posse mihi persuadeo, Car-  
rati: quandoquidem etiam literis græcis  
mihi derepente valde instructus appares, quas  
neque sciebam, an esses aggressus. *μὰ πάντας ἔγραψα  
φειν οὐτω, μὰλλον δὲ φρονεῖν οὐτω δυνάμενος*: nam te  
vera & appositè scribis, & rectè sentis. Isocratis  
lectio multum habet utilitatis, Luciani plurimū  
etiam iucunditatis: neque hiè aut illie admodum  
frequentes salebras inuenies, vbi hæreas; præser-  
tim si, quod suadeo, latis orum ope interpretum  
non fueris destitutus, absente Soraneo; cuius so-  
lerti opera, & tua in primis industria, quæ per-

Ff 2 Gram-

Grammaticam iaci fundamenta solent, abs te egregiè posita censeo, imò video. Perge igitur & hac, mi Perfi, οὐδ' ὄπισ' ἀγαθὸς, vt cœpisti; atq; ad solidum eloquentiæ culmen etiam per eam semitam, quæ à paucissimis frequètur hoc tēpore, ascende. Peraspè autem τὰ ῥωμαϊκὰ ἔκλυσις, καὶ τὰ ἑλληνικὰ ῥωμαϊστὶ μετὰδράζει. nec meum id puta, sed Ricardi viri doctissimi, & ipsius Ciceronis consilium. Vnum est, quod moncam de orthographia, vt accentuum & spirituum rationem habeas inter scribendum; & ipsa paulò quàm facis elegantius elementa formes. De accentibus longa res est, neque adèò in promptu, sed obseruatione indiget, & multo vsu, in quo ipse quoque interdum pecco, & solebam frequentius. De illis communia præcepta Soranens indicabit, & omnes Grammatici: de literis rectius formandis vsu quoq; iam, & lusu opus est. optimis impressas libris calamo ipse ducito ad eam formam, & effingere conator. Puerile quiddà suadeo, sed faciendum tamen, nisi in scribèdo gallinas manus, quàm pueros imitari.

Nunc ad me, de quo te iam pridem nihil audisse puto. In religioso quodam secessu viuo, non religiosus. Romani cœli puriore illa parte fruor, sub qua iacet humilissimus collis tibi, qui ditissime incoluisti, probè notus, quem montem Cæterium vocant. Hic mihi viuo, & Musis tum græcis, tum latinis, ab vrbe strepitu & hominum frequentia longè remotus, æstatem superiorem Ti-

bure

bure transegi aut umbras, aut frigora captans, & fruentis tota Vrbe Syrij canis latratum, atq; affluantes iras deuitans. Dies non amplius sunt quam decem, cum Romam redij: statim q; a Ferrante Cattaneo nostro de tuis literis monitus, eas a publicis tabellarijs exegi, solito vetui, & non modo persoluto pretio, sed more illius quoque, ut puto, quam apud eos traduxerunt, per duos, & amplius menses. Id plenius & planius intelliges de Soraneo, in cuius literis hanc mihi rem iocosum argumentum sumpsi, seria videlicet scribendi materia destitutus; statim autem rescribo, id est hoc ipso, quo accipio die; ne, quod vestra factum est culpa, qui aliò, quò ego non indicavi, dirigere eas voluistis; Vestiani socordie, aut negligentie imputetur. Verùm quid frontem contrahis, & me quasi alterum Virbium in Hippolytum mutatum obstupescis? *ὁ γὰρ μὲν Ἄρτεμις, ἀλλ' Ἐρμῆς μὲν ἄλλοθεν ἔστι;* Querengus inquam meus, quem velut alterum Mercurium a doctrina, atque eloquentis colo & obseruo. Ille igitur me ex Vezzano in Vestianum mutauit, cum duplices illas literas in latina lingua vix ferri posse, & ad aures politorum hominum bene purgatas duriter accedere assenerat. Hoc igitur ne ambitioni tribuas, aut incōstantie, aut leuitati epidam mee, quasi ille alter sum, qui *ἀπὸ τοῦ χυρσοῦ καὶ ἄνθου, μάλιστα ὕθελαι ἐνομαζέσθαι.* Vale Romæ IX. Kal. Nouembris.

## CLXVII.

Eidem. Guastallam.

**V**iuo, Persi, viuo; ne dubita, an diuturnum te torset hoc meum silentium? sic opinor; si tamen is es, quem esse te profiteris, mel non minus amans, quam ego tui sum. Quæris igitur quid acciderit, ut hoc tam præter morem? Pythagoricam scholam ingressus sum, in quam puto & Soraneus noster. Parauim tribus ab hinc & amplius mensibus ad eum literas misi, & ad Bonium, quas flagitantur commendaticias. Ab utroque mirum silentium: quid dicam? opinor illud; Italia non amplius Italia est: nam locutusei habemus omnes, qui in hac Europæ parte, sed potius verè audire? omnino & loqui & scribere dedidici: en modò periculum facio, & planè noui; diu enim cogito post longâ cessationem, nec verba sequuntur, ut solebant. Vellem aliquid de me, de meis studijs, de quadam spe, quæ animum sonet ac lætum reddit; nec possum tamen. An quia nihil adhuc certi video? an quia timeo incerta multa, quæ interuenire solent? Sustine igitur paalisper; & habebis omnia mea facta & cogitata, æquæ ac mihi sunt, cognita & explorata. Tu nescio quid; iudicasti potius quam significasti de tuis legum studijs, de solo vertendo, de iure in vrbe Mantua respondendo, mox si quid noui; nam & fortasse iam

iam commigrasti. Maiorem quidem, in quo ipa-  
 tietur, campum habebit tua doctrina; & ista au-  
 la magis ad tuum, ni fallor, quam domestica  
 ingenium est. In angusto freto scopuli fre-  
 quentiores sunt, & vnda magis astuantes, quam  
 in lato mari: nec tu es opinor ex illis, qui illud &  
 sentiunt & loquuntur, οἶκος φίλος, οἶκος ἀριστος. Ve-  
 rum de aureo illo flore in hastam Martis mutato  
 ecquid noui est? ecquid rari? peperere ne vnquã  
 isti montes? Audio illi cum fortuna benè conue-  
 nire, & Victoriã iam abs se stare. εἰ οὕτως ἔχει  
 tu cede iam de via, prior saluta. blandè hominem  
 appella: quantum per eum, quem geris Magistra  
 cum licet, deducito æ reducito: si negligis, acũ  
 est de te. At de Soraneo quid nescias? viuit nec  
 Patavij, an domi? quas postremas dedit, literas  
 accepi verbosissimas: ob id credo, ve longo ser-  
 mone satiatum multorum mensium incediam susti-  
 nere faciliùs possim, & animo requiere. Tu vel ab-  
 sentem, vel præsentem meo nomine saluta: erudi-  
 tissimum quoque Bononiam, & loquentissimum  
 dicam, an eloquentissimum Casertum? Vale.  
 America, quò concessi ob vitandos, qui Urbem iã  
 vexare incipiunt, æstiuos calores. Is certè ad me-  
 um genium eximiè factus locus est, quod non pu-  
 tau, cum mihi est ab hisce PP. ad secessum, & ani-  
 mi hilaritatem propositus; nam Tiburtinum  
 celum malebam. Si forte aliquando scripseris,  
 aut etiam ad istas rescripseris; ad Cattaneum  
 literas inscribe, Romam. is enim, qua est præter

reliquas animi dotes egregias insigni praeclara  
 humanitate, curaturum se ut ad me quamprimum  
 deferantur, sponte, nec ut plerique solent, officij  
 gratis, at sincere & ex animo pollicitus est. Iterum  
 Vale. Kal. Iulij.

## CLXVIII.

Eidem.

Mantuanum.

**E**GO vero putabam, & quis significavit? Fer-  
 dinandum & ferre naru maiorem esse; &  
 posse iam ferrum si non tractare, saltem ag-  
 noscere, & illo exornari. sed balbutit adhuc? &  
 quod narras, penè vagit nutricis in sinu? Musci  
 non excipiant adeò tenellum: itaque alia cogites-  
 mus. sed vide Fortunae lusam: quae vellem & cur-  
 pio maximè, longissimè abscedunt: quae nollem,  
 & deuito, illa me circumstant, atque urgent obsti-  
 natissimè. Quid faciam? quod belli homines so-  
 lent, & qui sapiunt, quos sequi possum, assequi si  
 non possum. Ridebo mea & meorum vota; atque  
 utar praesenti rerum statu, quo debeo sanè esse  
 contentus, si me finant, qui hinc auulsum cupiunt  
 affines, & propinqui omnes. Audiui de Soraneo  
 nostro quae narras, & certè laetatus sum vehemen-  
 ter. nam literati viri plurimum interesse puto, cui  
 denique fetuiat, & qua conditione. De tuis pro-  
 gressibus tibi gratuletur; & video, quod olim per-  
 iocum



locum dixi, re vera dominari te in isto Foro. Quid mirum? per pauci sunt, qui feracissimos legalium studiorum campos politiciori excolant literatura. Tu facis egregie: certè facere potes, quantum ex candidissimo conijcere possum & eleganti tuarum epistolarum stilo. Itaque te hortor, ut ad levandam grauiſſimorum illam studiorum molestiam, si non quotidie, saltem frequenter venustum aliquem Poetam, aut disertum Oratorem, aut grauem Historicum in manus sumas. Tua tibi aurum, atq; argentum responsa; mitiora hæc animi hilaritatem dabunt studia; & docebunt, quo pacto pretiosis quidem, sed periculosis metallis uti debeas: ne forte is fias Martialis Sczuela, aut Sczuela similis, qui quò ditior, eò sordidior euasit. Et mihi quidè, quod ioci causa scribis, optio si detur, malim esse Promethei figmentum, quàm Midæ fortunam assequi. Lucum enim illud cælesti tandem igne aniquatum fuit: hic, dum fit aurum, homo esse desijt. sed ludicra, & fabulosa poetis relinquamus; seria attingamus. Tibi, & Cattaneo, quod mea causa nescio quid moliti estis, & si id parum processit, gratias & ago, & habeo immortales. si quid perfici non potuit hoc tempore, non ego id fortunæ, quod faciunt multi; ac diuinæ ascribo voluntati. Ferrando viro humanissimo, & probissimo non literas solùm, sed amorem & obseruantiam debeo. Doctissimum Posseninum, cuius hodie literas accepi beneuolentiæ, & eruditionis notis maximè insignes, per vos salutari cupio meo nomine.

mine plurimum. Ad eum rescribere per hos tabellarios neque vacat, neque est necesse: viro autem occupatissimo incommodare inanium crebritate literarum, aut insipientis aut parum prudentis hominis sit. Vos valetate, & me amate quod facitis, ardentem & continenter. Romæ XIX. Kal. Decembris.

## CLXIX.

Iacobus Vectianus Iacobo Soraneo  
S. P. D. Guastallam

**F**Rustra me Tibure, vbi totam æstatem traduxi, ad Urbem redeuntem expectassent tuæ & Carratij literæ, vno colligatæ fasciculo, & apud Mediolanenses tabellarios iam duos mortæ menses: nisi me post reditum de illis Catranus admonuisset. Mihi equidem, si rectè memini, ita vobiscum conuenerat, vt eas Regium mitteretis à Pontificijs tabellarijs reddendas. <sup>ad</sup> <sup>7</sup> <sup>ab</sup> <sup>oi</sup>, an putatis opulentum aliquod mihi obtigisse sacerdotium, ex cuius largo censu mihi sit, vnde in vestris fasciculis exigendis improbos sumptus facere possim? nam si forte ignoratis, vestra nugæ romano mihi nunc denario consistere. At notu calidula vestra consilia: inuiti scribitis, nec nisi oburgati, secus ac polliciti tueratis. Vestras igitur ve clamitando, quod solco, interdum, efflagitem  
litte-

litteras, & inhumanos vos ac parum beneuoles meritissimo appellem: id agitis scilicet, quantum perspicio, vt magnis sumptibus deterritis clamare desinam, & vestri vos officij admonere. At detecti estis: alia vobis sunt technæ excogitanda. Sed omisso ioco, illud vos serio monitos velim; si Regium mittatis, fore vt citius perferantur, & certius reddantur. Tibi gratulor de summa rerum prudentiæ tuæ commissa, & gaudeo, quod in tantis curarum & fluctibus & molestijs, amicorum tamen obliuisci non potes; mei in primis, de quo, vt narras, frequentes serijs cum eruditissimo viro Antonio Bononio, & iucundissimos sermones: nimirum hoc illud est, quod aures mihi aliquando adeo continenter tinnunt. At cur ad meas ipse Bononius litteras ne verbum quidem scribit, aut aliquam per te salutem remittit?

Quod Parauim cogitas, vehementer gaudeo tua causa. Ad urbem accesseris, in qua optimarum omnium est officina artium: vnde, modo velis (& voles scio) pretiosam vtriusque linguæ, & solidæ supellectilem tum eloquentiæ tum doctrinæ reportare domum poteris. Lætor etiam mea causa; nam Pauli Benij, viri quod scis doctissimi, & mei olim, atque etiã nunc vt puto amicissimi, beneuolentiam & amorem, si forte refrinxit, excitabis tuæ quasi foliibus facundie, & meæ in illum veteris obseruantis testimonijs. Binas ad eum Roma iam litteras dedi, neque an accepert, scire adhuc potui. Tuas igitur antequam con-

fca-

scendas; aut, si non potes, statim atque illuc peruenieris, literas expecto. Vale Romæ XIII. Kal. No-  
uembris.

C L X .

Eidem, Patavium.

**V**enit ad me frater tuus statim atque Romam  
peruenit. præ admiratione & gaudio vix  
apud me fui; itaque me subito ad eius dex-  
teram conieci, & amplexatus sum arctissime. Vbi  
causam intellexi longioris etiam itineris, Princi-  
pum vestrorum causa; ecquid agit, inquam, Iaco-  
bus noster? equid inditatur? ut viuit, cum grecis  
Musis? quamdudum eum Romam expecto? Te o-  
prime valere respondit; multa animo complecti,  
grecas musas colere, non minus quam latinas:  
Romani autem æli desiderio ardentissime fla-  
grare, & breui fore, ut voti compos fias sine sum-  
ptu, sine dispendio. Ut videre te cupio vehemen-  
tissime; ita velim, si potes, quod ipse inuuit, ut  
venias magni alicuius viri patrocinio & opibus  
subnixus; quò Fortunam otiose spectare possis  
huc illuc alatis te humeris ac manibus ferentem.  
nam si ad te deflexerit, lætus excipies; si auer-  
sa fuerit (soleo interdum, imò frequenter, quos  
Virtus ducit) securus contemnes, aut ridebis.  
Quò olim scripsi de conditionum ~~de~~ est id

nunc

nunc affirmo confidentius, quod Iosephus frater tuus Romam se, quod ad frequentiam spectat, non agnoscere amplius fatetur. Nolim tamen animū despondeas, sed periculum facias tuæ & fortunæ, & virtutis. Hanc ducem, illam fortasse comitem habebis: nec desperandum, etsi plurimi iactantur in hoc Oceano, nanem frangunt non pauci, portum ingrediuntur rari, Quos equus amavit Iupiter. Etiam in fortibus pauca exponuntur præmia, pauciores consequuntur, & tamen concurrunt multi. Quod ad me attinet, ubi veneris, omne meum studium, omnem meam, & amicorum operam; Patronorum etiam gratiam ad tua comoda & ornamenta, quantum licebit, adhibebo: etsi mihi visus sum minus abs te amari, quam solebam, qui pati potueris, fratrem tuum sine tuis ad me literis venire. an adhuc mihi subiratus es quod in patriam redire noluerim, eum tu, ut fratris meo obsequere in primis volebas? erit, cum tibi, & illi quoque, ac breui, ut puto, satisfaciam. Interea sinamus hominem illum, magnum olim sperdam, experiri paulisper quid conari, quid efficere possit: nam fidenter nimis, ut nosti, suas vires iactare solebat, meq; præ se & sua prudentia nihili hominem, & fungum putare. nosti illud

— — — πάλιν δεῖτε νικητὸς εἶναι.

Vbi tamen erit opus, erimus ad auxilium prompti ac parati: interim discat suo se metiri modulo. Petrus Paulus apud me est: studia græca recipite,

recepit, quæ me absente omiserat, nec minimùm proficit pro ætate. Restiti ego in medio cursu, atque abs te tantæ proceritatis, tantæ celeritatis homine relictus sum, ut puto, longissimè. Attamè ubi veneris, hoc rursum stadium ingrediar, non amore certandi, aut vincendi spe; sed exercendi ingenij causa, atque in re, ut ego quidem opinor, non modò utilissima, sed etiam nostris studijs maximè necessaria, aliquid proficiendi.

Vale. Romæ.

## C L X X I.

Iacobus Vegetianus Ferranti Cattaneo I. C.  
S. P. D. Romam.

**P**ersij nostri literas; non perijisse illas quidem ut puto; sed à suspicioso aliquo interceptas fuisse, aut ab eo, cui commisisti, retentas eò vehementius doleo, quò ardentius optasse me illas nosti. sed feramus hæc & alia, quæ nisi deuoremus, frustra queramur. Monere te volui tamen ut scires, spem quam tibi ille iniecit, omninò falsam esse, omninò cassam, irritam, & inanem. cum eo tamen ne amplius exoptules hoc nomine: nam habet quò confugiat, & se perbellè excuset; & ceterè, ut nullius culpæ affinis sit, esse potest: antequàm enim ad meas, in multorum prius manus perueniant necesse est. Velim tamen rem totam uti gesta

sta

ita est, enarres N. N. ut sciat, quoniam pacto mecum & hic, & istic agatur. tu tuas publicis tabularijs committe, ut citius & certius afferantur. Risi magis illius, quam nuper amisimus, Matronę solertem curam, quò diutius viveret, & ab ea quam timebat, animi sollicitudine remotius. sed istius generis adeò in multis multa sunt, ut si ridere velimus omnes, Democritum planè imitemur. Si magna ista capita expectatio fallit, & sua spes frustratur; quid homunculi indignamur res nobis ad vota non fluere; sed euenire in dies multa secus ac vellemus? Hoc ideò fit, quoniam vel cupimus, vel auersamur ea, quæ contemni aut declinare in nostra potestate non est, bis stulti, & quòd negligimus quæ in nobis sunt, & quòd sequimur, quæ procul a nobis. Decipimur specie recti penè omnes, alij aliter: quid refert, dum decipimur tamen? De me quid significem, certi nihil habeo, nisi hoc vnum, quòd multis curis æstuo, nec mederi adhuc morbo meo possum, cuius ignota causa: si adesses, & colloqui possemus, detegeretur fortasse solerti inuestigatione, & curaretur. At consultatio per literas longa res esset; neque vno folio, crede, comprehendi possent, quæ tuis auribus (chartę non possum, nec debeo) committenda forent. sed me, ut spero, propediem Roma videbit, ego te; quem mentis oculis usurpo, & animi affectu arctissime cõplector. Vale. III. Id. Sextilis.

---

Eidem.

Eidem.

Romam.

**L**iteras tuas ; quibus me de Possuini literis admonebas, serò admodum accepi, & statim rescripsi, nempe ad XV. Kalendas Ianuarias . rogavi vt mitteres vnà cum tuis , aut sine tuis , vt placeret, sed per publicos tabellarios ; credere me , citius & certius allatum iri eas. Vtrumque falsum, nisi fortè aut meas nondum accepisti, aut eas nondum misisti . Quæso te, mi Cattaneæ, mone quamprimum , & magna me sollicitudine libera ; aut affice molestia multò maiore. Iderit, si nunciaveris, amissas esse tuas cum meis à Possuino literis ; aut etiam Possuini iam meas sine tuis, sed nolo spem omnem abijcere , donec certi aliquid ab te cognoscam . Vale , & breuitatem excusa : equum enim inscensurus est , qui istuc negotiorum causa venit huius Collegij Rector, cui hanc potius schedulam , quàm epistolam commisi tibi reddendam , Ameriæ XII. Kal. Februarij .

Eidem.



## CLXXIII.

Eidem.

Romam.

**H**oc quid sit, nescio. en iam tertium scribo, & Possuini literas opto, flagito, expecto, aut saltem abs te responsum; omnino frustra. De primis illis dubitare aliquid fortasse possum, an publicis tabellarijs bona cum fide commissa sint: de alteris suspicari non possum aliquid, cum Marganus acceperit, & per fratrem (sic certe rescriptum) tibi tradendas curarit. & tu fortasse has & illas legisti, ac totidem reddidisti, sed ego nullas accepi. Quæso te, vir humanissime, exime hunc scrupulum, si potes, quo crueior supra quædici possit, mirabiliter & miserabiliter. Ac, ne illa subeat dubitatio: Quid si iam tertias mittam, nec tu accipias tamen? vide quid agendum: eas inseram Antiocho Archilegio nobili adolescentulo, meæ alumno disciplina; nihil aliud, optima fide, & citissime reddetur. sed totam istam, obsecro te, mihi narra historiam literarum vel amissarum, vel interceptarum: certe cum illarum Possuini recorder, adigor ad insaniam præ dolore & iracundia. Aliquid tamē adhuc spei subest, dū tuas accipio, quæ me de tota re diligenter admonerent. De Persio etiam nostro si quid audisti, mone: ad eum statim scripturus sum, ubi tuas accepero. Vale. Ameriæ V. Id. Februarij. M. DC. XIX.

Gg

Eidem.

Eidem.

Romam.

**L**iteras & Possenini, & tuas ab Archilegio officiosissimo adulescente, mihi que in paucis carissimo, accepi statim, atque ille accepit. Verasque sane libenter, & magna cum voluptate legi diu & frustra optatas, ac propemodum deploratas. Bene sit lepidissimis istis capitulis, quibus cordi est aliorum voluptates rusticano prorsus more interturbare. Nam quis non suspicetur meas, quas tam sero tibi redditas significasti, ab uno aliquo istorum diutius, quam par erat, fuisse retentas? sed credamus esse culpam tabelliariorum, qui nobis non currant. Possenini ad me sane longas vellem percurrisses, quando id tui feceram arbitrij, & mihi et fore gratum significaram: probasses, opinor, solidam hominis eruditionem, quae est valde quidem pressa, sed cordato elucet stilo. Mihi tantum tribuit, quantum si agnoscam, sim nimis audax, & me ipse decipiam: laetor tamen probari me, aut saltem non improbari a talibus, qui inter doctos magni. recte autem, an properam id faciant, ipsi viderint: mea nihil refert, qui ut laudem ambiciosè venari non solent, ita neque stultè, praesertim si moderata sit, contemnere velim hoc in genere literarum, in quibus ut multum non profecerim, certè quidem, ut profi-

profiterē aliquid, plurimum laboravi, Quas ad  
 Persium nostrum, ea ad te prius literas mitto, ut  
 Mantuam dirigas compendiarie magis, & ma-  
 gis certa via. An abutor humanitate tua, qui sum-  
 ptus importem minimè necessarios, & nihil ad te  
 pertinentes? ita puto: sed in Codicem expensæ  
 refer: hocum me nomen inuenies, ubi experiri  
 libuerit, & exigere debitum. Non ego adulteri-  
 na pecunia, non circumcisa; sed optima, & inte-  
 gra persoluum ad assens., quidquid debebo, scia-  
 quali? sincero amore, singulari obseruantia, om-  
 ni genere officij, mea si voquam uti operæ voluer-  
 ris, ad tuos usus parata, Vale & ama tuum Ve-  
 ctianum: verè tuum animo, affectu, se toto.

## C L X X V.

Eidem.

Romam.

**T**ribus de causis tibi plurimum debeo, ter  
 & amplius humanissime Ferrates, de tuis,  
 de Possuini, de Carracij literis, quas vno  
 colligatas fasciulo ab Archilegio hodie, ille à pu-  
 blicis tabellarijs accepit. Pro sumptu, etsi non exi-  
 guo, non tibi videor multum esse obstructus, viro  
 scilicet liberali, & copioso: pro humanitate, &  
 amore in me tuo adeò singulari, plurimum: De  
 aulica illa conditione apud vestras nullum am-  
 plius ab amicis verbum, quod sane lator: non  
 enim mihi videor factus ad illud seruitium. De-

Gg

pro-

profeſſione Peruſina differo conſilium: expecto à  
Comitijs generalibus Amerini huiuſce Collegij  
Præpoſitum; qui ſi ad me, quod pollicitus eſt, meū  
ex ſore nepotem adduxerit, hic ſum moraturus  
tota ætate, quæ iucundiſſimè his in locis tra-  
ducitur, leniter à montibus, neque ab vna parte;  
ſpirantibus ventis. ſin ſecus, Roma me habebit,  
quò etiam inuitor, & tu me hortaris, ante cani-  
culæ exortum. Tunc vnà erimus frequenter, tunc  
ad horas colloquemur, & remotis arbitris con-  
fabulabimur. ad Poſſeuinum etiam, ad Carracium,  
ad quidquid vbique amicorum eſt, literas  
dabimus. Interim Vale, & me ama, & ſalue ab  
Archilegio.

---

C L X X V I.

Eidem.

Romam.

**E**N meas ad Poſſeuinum, ad Carracium, atq;  
etiam ad N. N. literas. præmitto vt legas  
poſt horam ſubſecuturus, teque in diſceſſu  
poſtremum allocuturus, & dimiſſurus nõ ſine dõ-  
lore. ſed illa me ſpes ſuſtentat fore, vt breui, ſi nõ  
vnà, quod ſummopere vellem; certè non proceſ-  
ſuri ſimus. Interim Deum precabimur, vt nõ-  
ſtra conſilia fortunare velit, ſi eius ſanctiſſimæ vo-  
luntati ſunt conſentanea. Nam ego quidem ita ab  
illa pendere volo, vt quidquid denique euenturũ  
eſt, id æqui bonique facturus ſim. Tu qua cautio-

ne agendum sit nosti, ne quis aliquid suspicetur, quod nollemus. rectos velim nostros sensus, ut tua Lucretia volebat suos; cuius amores legi Henrico Chifellio summa cum utriusque hilaritate, & animi voluptate. & quem non afficeret ille affectus! Adventum Sigismundi in Italiam conuenire cum temporibus Aeneas Siluij, qui historiam illam scripsit, affirmat etiam hic cæcus. qui penè omnia videt, certè in historia plurimum. librum remitto, & gratias ago; scis quales, & quantas? quales & quantas, ubi me totum excussi, agere possum, quasque etiam non possum, ingeates, semper piternas, & immortales. omninò me recreauit illa lectio ad multos dies. Vale, ex Collegio Clementino. XV. Kal. Augusti. M. DC. XX.

## G L X X V I I I.

Eidem. Manuam.

**A**bs te nunc me amari uideo, Cataneæ, cum aliquid imperas vel tua, vel aliorum causa. Illud doleo non potuisse me, ut volebam, id efficere, quod flagitasti. Musæ me & oliuæ parum amarunt, & nunc puto oderunt pessimè diu ab illis longè spatiantem hortis, & amœna illa quidem, sed infecunda & sterilia negligentem viridaria. sentio enim cum acutissimo Poetarum  
*Præter aquas Helicon, & ferta, lyrasq; Deorum  
 Nil habet; & magnum semper inane sophos.*

G B 3 . 84

sed tamen credas iniurato velim; illes quæ blan-  
 dicijs, quæ precibus in mea vota, vt tibi obseque-  
 rer, delinire conatus essem: nisi toto hoc tempo-  
 re, ex quo tuas accepi literas, ita occupatus fuif-  
 sem amicissimi atque eruditissimi viri to. Bapti-  
 ste Laeri latinarum epistolarum altera, quam ty-  
 pis commissurus est, Centuria eo sic iubente in-  
 spicienda; vt ab eo, quo distineor, docendi mu-  
 nere, ne respirare quidem his multis diebus li-  
 cuerit. At meam tibi inseruendi vel ex eo cogno-  
 scas licet promptissimam voluntatem; quod, cū  
 ipse tuo desiderio satisfacere nullo modo possem  
 hoc tempore, alteri amico, viro pererudito, Petro  
 Moto Congregationis Somatchæ Sacerdoti, vt  
 voti compos fieres, incommutare veritus non sum.  
 Et sane est, cur mihi aliquid debeas, quando ab  
 artifice longè, quàm ego sum, præstantiore &  
 Musarum alumno perueterere, id quod volebas,  
 egregie, vt opinor, consecutus es. Me igitur excu-  
 sa, & illi gratiam habe; nec propterea desine a-  
 morem mihi cum frequentibus indicare iussis;  
 præsertim si quid erit, quod ad Musas, & versus  
 scriptitandos non pertineat, cum ab illis, vt di-  
 xi, iam pridem alienissimus sim. Quod si voles ta-  
 men & in hoc genere aliquid, conabimur tua cau-  
 sa, & sollicitabimus sacrum illum Chorum.

At Possuinum nostrum, carissimum mihi & do-  
 cilissimum caput, erit ne re vera, vt quod scribis,  
 cito videre possim? o iucundum mihi diem illum!  
 sed vereor, vt hoc solidum gaudium gaudere pos-  
 sim, in quod si me falso conticisti, ea ne tibi à me

Nem-

Nemesi. Si Romam cogitat, quæso properet, & iam induat penulam: ni facit, ego ad vos, aut certè ad meos citius, quàm putatis reuenio. Et vide causam: res illorù vsque ad eò accisæ sunt, fortuna in dies satiente magis, vt accurrere debeam properè ad opem ferendam, si possim. Cives mei redire volentem, & apud se manere contactum, etiam in eohonestatum volunt, & omni opè subleuatum. tot capitum, quot Musarum est chorus cum Gratijs, & Apolline, scholam institueris volunt sub nomine Academiæ: cui me præfectum cupiunt. Ab ipso Serenissimo Principe Alfonso Estense, literarum Mæcenate, literas habeo humanitatis plenissimas, quibus non imperat ille quidem; sed, quod mihi imperij loco est, amanter ac planè paternè suadet, vt conditionem acciperet velim, illud prolixè pollicitus, vt ab se honoris atque vtilitatis plurimum, vbi se occasio obtulerit, expectare possim, & debeam. Alia quædam sunt huic ad iuncta muneri, haud sane contemenda, in primis spes Sacerdotij ad ætæm futurus. Honestior præcul dubio fuisset, & paulò locupletior Pisana illa conditio, quæ proposita fuerat: sed nosti; qui præsit hoc tempore, non ditto sihe suo & fallacijs, sed sine magno aliquo Patrono, rarus obtinet Magistratum. Ego etiam illud de me sum verissimè expertus;

*Haud facile emergunt, quorum conatibus obitas.*

*Res angusta domi.*

Sed quid ego ista queror? seridè dicam, & ex arino. In patria, Quæstale, Placentia, & nunc vo-

cum actum est honestissime, & supra merita. nunc  
autem manus tollo, quod domi nascantur, quæ  
foris, & frustra fortasse, quæsiſſe. Itaque diuinæ bo-  
nitati immortales gratias ago, vt debeo: & illud  
etiam gaudeo, quod propius erimus, & erit opi-  
nor occasio, vt alter ad alterum excurrere, certè  
frequentiores literas mittere possimus. Vale.  
Romæ VII. Kal. Aprilis. M. DC. XXI.

Epistolam complicanti in Collegium nuncius  
allatus est, fato cessisse, & ad superos abiisse, Car-  
dinalem Iustinianum. Hoc quid erit? videtur Mons  
ambitiosa triûphandi hoc anno de magnis capi-  
tibus, & quam non habet purpuram, alijs abri-  
piendi; vt curru sublimis incedat, & trabeam  
ostentet, plausum an gemitus exceptura? Tu di-  
tina; ego vtrumque puto.

---

C L X X I X.

Antonio Posseuino V. C. Iacobus Vectianus,  
S. P. D. Mantuanæ.

**V**le Clarissime, & in literis magne. In reditu  
Cattanei nostri, si te in salutatum præterijſ-  
sem, magni res puto piaculi fuisset, & mor-  
bosi hominis deliquium. Quod per tuas, per meas  
occupationes frequenter non licet, aliquando ra-  
men faciamus oportet; vt nostræ refrigeris me-  
meriam coniunctionis, & amoris ob locorum in-  
terualla aut languentes, aut sopitos ignes his li-  
tera-



rerarum quasi follibus subinde excitemus. Ego  
 occasiones omnes arripiam, ubi se illæ obtulerint;  
 sed ea lege scribam tamen, ut tibi integrum sit,  
 non equidem filere, & ea me voluptate priuare,  
 quam ex tuis legendis capio & summam, & dese-  
 catissimam: sed vel in menses differre, si otium nõ  
 adsit, aut voluntas, aut commodum. Historiam  
 scribere, quod facis, & Principum virorum gesta  
 in publicum proferre posteritati tradenda, rem  
 ego quidem & multi laboris, & magni periculi  
 plenam esse tecum sentio, ac planè censeo. Quæ  
 præclare gesta sunt paulò narras vberius, ut exci-  
 tes ad exemplum? assentationis notam vix estu-  
 gias, parùm cautè tentata, parùm prudenter an-  
 imo agitata, interdum etiã iniuste & iniuriose  
 facta leui, quod aiunt, brachio tangis, & expo-  
 nis vel per transfennam inspicienda, ut deterreas  
 odij, aut malevolentia suspicionem apud quos-  
 dam non vites. nec satis est præfari: harum pro-  
 cul haberi causas rerum. Tibi autem magis in an-  
 gusto res sunt, de tuis scripturo Principibus; nam  
 hic reuera:

*Dextrum Scylla latus, lænum implacata Carybdis  
 Obsidet.*

Sed tu Heleno monente, idest prudentia tua,  
 utrumque vitabis Scopulum, ne tibi illud, quod  
 olim Poggio, occinatur

*Nec malus est ciuis, nec bonus historicus.*

Interim molestias omnes deuora & tibi famam

au-

aucturas, & immortalitatem tūm tibi, tūm alijs comparaturas. Calamum autem tuum, maiore in pretio, quā Cleanthis lucernā habendum, cauē abijcias cum iniuria, aut mentē illidas amplius. Mercurij, & Palladis numina offensum iri prae dico, quibus quantum debeas, nosti: vt interim de Apolline taceam, qui duplrei te munere exornauit Medicinæ, & Cantus. Certē cum non ita pridem Patruī tui, magni viri, magnam Bibliothecam peruolutarem, & diuersarū ex ceterem professores artium; te inter medicos reperi morbos omnes, & morborum causas, quasi Phœbo monitore, carminibus complectentem. Cattaneo nostro viro humanissimo, & amœniorū etiā studiorum eximio cultori, reditum in Patriam inuideo; nam tua ille & assidua, & iucundissima consuetudine fruiturus est: ego vtriusque, &, quod valde suspicor, diutissimē sum caricurus. Romæ XV. Kal. Augusti. M. DC. XX.

Iacobo Vectiano. V. C. Antonius Possenuus.  
S. P. D. Romam.

**V**irtus ac probitas tua, doctissime Vectiane, nullum in me aduersum te caritatis modum admittit. effusē colendus es: & is sum (absit dicto iactantia) qui egrē vici me officij humanitatis patiar. Cattaneus noster alterum iā mentem literas tuas sicut fuit, quāquam multo ante  
opri-

optimè formatas, tradiditque non minori pudore suo, quam meo. Dipturnum quidem, ac vetus pietatis tuæ documentum continent, sed (quamquam fatenda mihi statim gratitudo fuerat) duraturæ amicitiae recentissima vestigia, & solidissima vincula dilectionis præ se ferunt. Annitæ pro virili, ut merito tuo parem gratiam referā; & (quod in virtuosa æmulatione requiritur) officijs gratitudo ad amissim componatur. Quod de mea Historia scribis, ne tu punctum tulisti; adeo ut ab Horatio præceptum mutuatus videri possis, idem in causa simili amico refricanti.

*Periculosa plenum opus alea*

*Tractas, & incedis per ignes*

*Suppositos cineri doloso.*

Duplici receptu & famæ, & rebus meis consulturus videor; & quod (ut idem Horatius monet) *Non sum premetur in animum*, & quod abstinerebo iudicio dictorum, factorumque. *Permittam Divis cætera*. Neque enim adeo excors sum, ut ignorento me vento navigare, de quo olim Philoctetes apud Æschinem, *ὄνθ' οὐτε πῆμ' ἔσθ' ἄνεμος, οὐτε πᾶσιν ἴα*. Theoricum Poema meum vicessimum ante annum mihi invito à Patruo expressum, & typis mādātum iustioribus pretijs fixistimasses, te in super ex candore commendare: nam licet pronum illud tuum erga me animum exosculet; nec tamen affinem ei me gloriæ puto, nec eruditionem recipio. Luseram illud tyro Medicus, ut propriam tantum memoriam iuarem, ne igitur intrare, si quod domi proderat, publico non responderet tuis

sc.

ferè nonnulla priuatim decora sunt, quæ in com-  
mune fordescunt. De tuo isto morbo, quo non  
frequenter quidem, sed aliquando tentaris tamè,  
in seiuncta habebis schedula quid sentiam, &  
quibus remedijs arceri facillimè possit. Tu vt  
istî curæ animum intendas, non tuo magis  
bono, aut meo desiderio, quàm publicæ vti-  
litati, obnixè precor. Vale mi Vestiane

---

C L X X X.

Antonio Possuino V. C. Iacobus Vestianus.  
S. P. D. Mantuam.

**Q**uod præsens non possum, vt vellem; absens  
per literas, his primis ineuntis anni ve-  
lut auspicijs, tibi Viro doctissimo, & ami-  
cissimo fausta omnia & felicia, atque illud etiam  
more maiorum precabor, vt annare & perenna-  
re liceat. Hoc primùm in primo epistolæ quali li-  
mine: tum illud, vt me excuses, si ad postremas  
tuas, quas accepi, & legi sane libenter, quippe diu  
expectatas non tua culpa; tertio denique post  
mense respondeo. Primò necesse non fuit; tum ha-  
beri rationem par fuit studiorum, atque assiduae  
& perpetuæ occupationis tuæ, in qua te detinet  
Aula, Historia, Commentationes. Nam, quòd ad  
me quidem attinet, possem ego, ita vacuus sum  
& grauioribus curis, scribere frequentissime: sed  
non sum adeò mentis inops, adeò perfrixtæ fron-  
tis, vt velim, dum mihi obsequar, amicis incom-  
mo

modare. Quod monuisti, quæ cauere debeam, quibus uti remedijs, ad procul arcendum hostem callidissimum, qui iacentem inuadere solebat, & semino sepultum, summam gratiam habeo; eò certè maiorem, quod is latrunculus, qui de nocte surgebat, ut me credo iugularet, non expectatis quæ tu missurus eras subsidijs, abiit, ut puto, non reuersurus. Nam ex quo te consului, & opem flagitavi, ne semel quidem vexatus sum, aut tentatus à vaferrimo illo. non tamen securum me faciunt huiusmodi induciæ: itaque in eo totus sum, à me, procul ut amoueam, quæ illius conatus fouere videntur vniuersa, ex tuo præscripto. Tacitum tuum & audire attentissimè, sororis filio prælegente, & obseruare constitui diligentissimè. Nam legi equidem alias, at quasi per saltus, & verum ut fatear, supinè ac negligenter; etsi non ignorabam ex historicis aut hunc, aut neminem instillare prudentiam, imò infundere non sine voluptate: adeò acutè, verè, ac subtiliter dicta expendit & facta; & quod in præcordijs latuit, rimiratur, detegit, atque in lucem profert. Quàm vellem tandem eaderes, quæ in eundem scripsisti commentaria: commendarent illa mihi magis, & alijs opinor multis, hunc scriptorem. sed vide; si quid reperero, vnde me expedire non adeò facillè possim aut mea coniectura, aut ijs, quæ ad eum sunt, plurimorum notis; ad te quasi ad meum Herculem confugiam. Vale Romæ Non. Februarij  
M DC XXI.

Iacobo Vestriano V. C. Antonius Posseuinus.  
S. P. D. Romam.

**H**umanitas & modestia tua, mi Vestriane, satis docent virum te esse eruditum: neq; enim frustra dixit Ovidius: Doctrinam non sinere ingenium esse serum. Porro quæ multa in me cumulas, bono iure non recipio: nec ea modestia est, sed iustitia, & rerum suo pondere æstimatio. Plurimum tamen debeo, quod me istis laudibus adornes, quæ externæ sunt, & quod plus debeantur donanti, quam debitum exolventi. vis etiam mihi aliqua in parte obsequar? videor aliquid esse, cum literarum tuarum elegantiam cōsidero; ad eò decorè effingis, & contextis, quibus nuditas mea contegatur. Scias tamen præiudicium te facere veritati, nec posse, nisi pietate excusari, quæ prudentem rarò excusat, rarius imponit. Iam quòd occupationes meas assiduas, & intentas credis, ex re & officio facis. Nulla mihi dies elabitur, quæ pensum non exigat: & si festiuitates, Comediæ, Larum, Baccanalia otium permittunt; Historia, Philosophia, Commentarij negant, imò auriculam vellunt, & muneris primum, mox instituti à vulgo abhorrentis admonent. neque tamen, quod Vestriani amori impeditur tempus extra sortem est: pridem excepi virum doctissimum, & volui illum pares cum otio,

&

& cura mea habere rationes. Proinde si frequenter scripseris, operatum semper, & feriatum amicum deprehendes. Cōmentarij mei in Tacitum mole ipsa mihi onerosi sunt, & metuo, ne partim sollicitent: f. rre diutius nequeo quæ vicissimum iam annum conoquo. conceptio ipsa tot amicorum ictibus quassata, vix diutius stimulos ferret. Transalpini iam nullo meo dispendio operā locarunt, Lugdunenses vtriq; Galli, & Batani; & Parisienses. nec alia me mora detinet, quàm delectus; neq; enim leue momentum Operi typi lenocinium conferret. De Tacito benè (meo periculo) iudicas, tanquam in hoc vno prudentia & maiestas eluceant: dignus scriptor, qui fato & seculo meliore nasceretur. Vale Mantuæ XVII. Kal. Februarij,

## CLXXXI.

Antonio Posseuino V. C. Iacobus Vectianus  
S. P. D. Mantuam.

**Q** Vindecim iam menses sunt, ex quo habet me patria; tu verò nihil à me, ego nihil abs te literarum. peccatum grauius ab ytroque, à me grauius; qui monere te de meo reditu ipse, non per alium debebam. Tu extra noxam, qui, vt à Carapeo nostro intellexi, literas ad me latinas dedisti, quas ego non accepi, & doleo vehementissime. Quod si fortè, vt interdum

ne.

fit, earum apud te remanet exemplum, legere illas erit mihi certè gratum, etsi non suo tempore. Sed redeo ad me, qui insignem iniuriam amicitiae nostrae feci, nec habeo, qua me ratione excusem, qui ad alios istuc, ut ingenue fatear, multos; ad Carracium in primis, ad Cataneum, ad Ioannem Abbatium; civem meum non vnas, ad te nullas dedi. Hoc nisi me piaculo tua exoluat humanitas, pœnam commerui, & dare sum paratus, si te placare non possim aut precibus, aut muneribus: atque en vtrunq̄ue adfero in hac pagella. Neque dicas esse me liberalem de alieno; qui non haberes, ut puto, nisi ego mitterem, hunc præstantissimi & doctissimi hominis partum Fracisci Remondi e Societate Iesu. Mitto autem non temerè, aut inconsultè, sed astute, & callidè, qui sciam Attico hoc melle lenitum iri, si quid forte est, quod in me veliseuomere aut indignationis, aut iracundiæ. Ad Cataneum non ita pridem scripsi, & gratulatus sum felices nuptias, de quibus ipse, ut humanissimus est, cui talis vxor obligit, quam, ut audio, nobilitas, diuitiæ, Principum favor & gratia egregiè commendat. nō possum, quin illi per te rursus gratuler, Quod reliquum est, ama me Possuine; ut soles; & vrge tuum illud laboriosum, & multorum annorum Opus, quod nobis, & posteritati debet. Vale.

Regij. 17. Kal. Octobris M DC XXII.



## CLXXXII.

Francisco Zobolo I. C. Collegiatæ D. Nicolai  
Præposito S. P. D. Iacobus Vectianus  
Regium.

**E**git mecum nuperrimè ingeniosus æque ac nobilis adolescens Vicinus Vrsinus Collegij alumnus, & meus in Rhetoricæ Gymnasio auditor; ut, quando communi omnium, qui has publicas scholas frequentant, iuuenum cōsensu Princeps, ut quotannis fieri assolet, in honorè S. Nicolai studiosorum tutelaris Diui, nominatus esset; ad triginta aut summum quadraginta versus exararet, quos ipse mox recitaret festo & solempni tantum Præsulis die. Feci non grauatè, ut illi morè gererè multis de causis; ipse primùm merito adolescentis, cui ob egregias animi dotes nihil, quod honestum ac laudabile sit, negare possim; tum mea in sanctissimum Antistitè & veteri pietate, & præsentis sperata ope: nam, ut ingenuè fatear, etiam habiturum me illum propitium, magis confido ad id, quod vterque cupimus obtinendum. Rem igitur aggressus, vno veluti impetu, scertè vno propemodum die, ad sexaginta exaravi; quos ad te nunc mitto, non quod valde bonos putem, præsertim tam festinanter cufos: sed quod pios cum videam, tibi Viro pietatis omnis ac probitatis amantissimo non omnino displicituros sperem. omitto dice-

Hh

re

re (quanquam & hoc aliquid est) quòd de Di-  
 uo scripti sunt, Ecclesiæ tuæ quoq; ac nobilissi-  
 mæ Zobolorum familiæ tutelari. Accipe igitur  
 ea humanitate, quæ me olim ad te offi-  
 cij gratia venientem excipere solebas; & si faue-  
 ant superi nostris votis, crede etiam venturum  
 aliquando in obsequium, & tuam potestatem.  
 Illud te moneo, etsi necesse non est, esse hoc  
 non veluti breue quoddam Poëmation, suis  
 distinctum partibus, aptè compositum, aut con-  
 cinatum: at subitam potius, & extemporaneam  
 & tumultuariam scriptionem, quæ ad artis præ-  
 scriptum examinari non potest, imò verò nec  
 debet. qualiscunque tamen est, abs te saltem  
 hoc nomine probanda videtur, quòd sacram  
 materiam amplectitur, nullis huc admissis aut  
 Poëtarum nugis, aut inanum fabularum com-  
 mentis. Literas abs te non expecto, Viro & iam  
 multis rebus occupato, & valetudine etiam, hoc  
 præsertim anni tempore, non satis firma. Mihi  
 plenè satisfactum fuerit, si ornatissimus eques  
 Titus Bosius consobrinus tuus, cum ad me scri-  
 bet (quod solet interdum) aut rescribet, id vnum  
 significauerit; accepisse te illos, libenter legis-  
 se, meq; de tali munusculo paullò etiam, quàm  
 solebas, vehementius diligere. Vale. IIII Kal.  
 Decembris.

---

 Hen.

## CLXXXIII.

Henrico Chifellio V. Cl. Iacobus Vectianus  
S. P. D. Romam.

**M**I Chifelli salve à tuo Vectiano. Quid-  
ni enim me tuum profitear, quando  
eundem me in obsequium verum, & sin-  
cerum, ab eo quod Aula ostentat longè dissi-  
mile, totum dedi? certè superioribus mensi-  
bus Romæ cum essem, ita me tibi deuinxisti præ-  
stantissimis animi tui dotibus, præsertim verò  
singulari humanitate, comitate, atque erudi-  
tione tua, ut si vnum aut alterum excipiam, cui  
primas à te in amicitia deferam, prorsus habeã  
neminem. Illud autè specimè egregij operis, quod  
poëticè ad tractandum aggressus es, Laçippia-  
dos inquam primus liber, quem edidisti, &  
cuius vno me exemplari donasti; quem non  
traheret in tui non solum amorem & beneuo-  
lentiam, sed in multam etiam earum, quas tra-  
ctas, rerum admirationem? eam dico admira-  
tionem, quam ex eruditissimorum hominum  
sententia excitare debet cum Poeta omnis,  
tùm Epicus in primis, qui sibi sublimia tan-  
tùm, atque excelsa proponit. Tua certè  
tuba adeò altè insonat, ut eam nihil magis  
deceat, quàm Granatense bellum; hoc nulla  
magis, quàm ista tuba. Ego autem in tuis le-  
gendis carminibus sic afficior numerofo illo

Hh 2

&amp;

& sublimi sono, ut mihi penè ad arma incalescat animus, quæ nunquam tractavi tamen, homo pacis amantissimus, belli osor acerrimus: atq; equidem, quod ad hanc partem attinet, te pauci assequuntur, nemo præit. Quapropter vrge Henrice, vrge istud opus, multis tam iucundum, Reipub. literariæ tam honorificum futurum, quam tibi utile & gloriosum. Mihi crede, præripies nostrati cuidam, eiusdem qua tu es (quod ad cæcitatem, & eorundem studiorum culturam attinet) omnino conditionis, præconium illud, quod à Lipsio viro in literis magno reportauit; erisq; noster, & verus Italiæ Homerus: nam tuis te abreptum Antuerpiensibus Italiæ nostræ addico in perpetuum, Romæ si essem, & mei arbitrij, meam tibi assiduè operã dicarè ijs excipiendis, quæ dictare potes, ob cæcitatem scribere non potes. miseram cæcitatem, atq; in omnibus equidem hominibus, sed in tui præsertim similibus nunquam deplorandam satis! Ista in eas te coniecit & angustias & erumnas, ut aliorum opera semper egeas, neq; illa uti possis tamen, quoties est opus. sed quod adhuc fecisti, & facis, animo firmo ac constanti, & quantum licet æquo, istam perfer humanarum miseriarum verè calamitosissimam. nosti illud Venusini nostri:

*Durum; sed leuius fit patientia,*

*Quidquid corrigere est nefas.*

Spera fore aliquando, ut aliena saltem manu,  
alie-

Epistolarum Select. Pars. I. 489  
alienis oculis uti possis ad arbitrium tuum.  
Vale. Ameria.

---

CLXXXIII.

Jacobus Vectianus Petro Moro Congrega-  
tionis Somaſchæ Sacerdoti  
S. P. D. Romæ

**M**ihi visus fuiſſem grâviter peccare, & amicitiz, quam cum Chiſellio tuo nuperrimè contraxi, inſignem facere iniuriam; niſi eum poſt duos propemodum meſes, ex quo ab Vrbe diſceſſi, per literas quod erâ pollicitus, ſalutaſſem. Eius Lacippiada iterum legi attentius, & magis per otium: mirum quâ- tum rursus placuerit Statiana illa rotunditas, & numerus uſquequaque plenus. Laudare volui; quid dico laudare? indicare volui, de ea quid ſentirem; nec tamen exprimere id quod eſt potui, eſſi animo videor probè admodum tenere. Tu qui potes, eloquentiz profeſſor eximie, iuua infantiam meam; & præſens præſenti, vel ſi nolit ob ſingularem modeſtiam, quæ ſumma dici poſſunt de abſolutiſſimo Poëmate, dicito vniuerſa. exprome illos tuos *ληκιδουε* & pinge mihi ſuis coloribus iſtum Cupidinem, qui me ignitis verborum iaculis acriter fauciauit: niſi malis appellare cæcum Martem, qui eundè me iure belli captum perpetuum habebit

Hh 3

man.

mancipium. Re vera, quod monet Horatius, sumpsit materiam suis æquam viribus: nam si paulò inferiorem nacta esset illa carminis maiestas, meritò aliquis reprehendere potuisset granditatem nimiam.

Tu, & Tascæ nosster, qui lateri adhæretis, quos patitur hortatores, atq; interdum etiam suarum lucubrationum Aristarchos: vrgete sæpe eum, vt pergat ad reliquæ, neq; inchoatam solùm nobis relinquat istam Venerem. Vtrò vestram illi operam offerte, & re vera præstate in excipiendis, scribendis, ac describendis, quos Musæ suo dicant Homero, versibus tam cultis. De eius consuetudinè vobis tantum inuideo, quantum ijs inuideri solet; qui re aliqua suauissima & iucundissima sine rivali perfruuntur. Itaq; conabor per literas irrepere interdum in eruditissimos sermones vestros, vt meum vestri desiderium hæc leniam saltem ratione, si, quod opto & spero, non ingratus accessero ad istam paucorum quidem, sed lectorum capitum, quasi Academiam. Vestræ id literæ indicabunt, quæ si me exceptum humaniter ad vestros admissum iri congressus nunciauerint, expectate hebdomadarias nugas, atq; interpellatorè molestissimum. Sed redeo in memoriam mearum occupationum, quæ me non sinent illud efficere, quod maximè vellem. Verum de Carrara nostro quid iam suspicari debeo? suis me literis & frequētibus, & longissimis lacessere vo-

le-

lebat : nunc autem ne rescribit quidem, bis iam  
 prouocatus . Tu hominem pungico , & meo no-  
 mine ignauiam , uilitatem , & si quid acer-  
 bius est, exprobrato : nisi si, quod se propediē  
 facturum esse dixit ; literas græcas te Doctore  
 sic amplexatus est, ut latinis vacare non possit.  
 Vale. Ameriz. IX. kal. Ianuarij.

---

Petrus Morus Congregationis Somaſchæ  
 Sacerdos Iacobo Veſtiano  
 S. P. D. Ameriam.

**A**D longiſſimas tuas æque, atq; elegantif-  
 ſimas literas, quas ad me ante natalem  
 Xpi Σοτηριος diem, nempe ad IV kal.  
 Ianuarias ipſe dederas, ego nūc & ſerius, quā  
 debeam, & breuius. quā uelim, & inelegan-  
 tius quā tecum, ideſt cum Viro eruditifſimo  
 agi oporteat, reſpondeo, Tarditatem tibi me-  
 am excuſabunt occupationes, quæ diebus me-  
 ſtis plures ac maiores, quā profectis tenent,  
 ac premunt. Breuitatem patit ieiunitas, mihi  
 penē in dicendo ac ſcribendo naturalis. Ine-  
 legantem me tua feret humanitas, quōd elegan-  
 tiæ tuæ par nil poſſit inueniri. Et quamquam to-  
 tæ ferè literę tuæ in Chiſellij noſtri Læcipiade la-  
 udāda occupatæ erant, quōd ſanè iure facis: ta-  
 mē, quod nonnihil mihi aſſingis laudis, dicerem

te à Cupidine isto tuo ita Chifellium reddi-  
tum, vt excrucatus id quod verè in me est, non  
videas; nisi perspecta mihi esset animi tui  
integritas ac sinceritas, quæ dum id, quod  
in me non est, laudat; hortatur ad id, quod  
laudabile est. Quàm multa Henrico Chifellio  
debeatur laus, sentio & ego tecum: qui Chi-  
fellium laudet, nisi Vectianus sit; alter, aut  
idem ipse Chifellius esto. Quod igitur tuis lite-  
ris adumbrasti, perfice, & illius laudes iusto  
opere describè. Et quoniam in huius frequen-  
tem mentionem incidi; dole Vectiane, & ve-  
hementer dole. Decumbit ille in lecto æger,  
& æger oculis, vt hoc etiam ad excitationem ne  
desit. tuæ ipsæ literæ eum in lecto iacentem  
offenderunt: ad quas ille statim, vt est omni-  
bus in rebus diligentissimus, rescripisset, si tu-  
mor ille oculorum, qui eum multos dies vix  
quiescere fuit, permisisset. Nunc tandè surgit è  
lecto, & desiderere paullatim incipit tumor. Quæso  
hominem excusa, & si in rescribendo negli-  
gentiam accusas meam, at illius ægritudinem  
dole, De Carrara nostro nihil addam: ipse per  
literas se tibi purgabit, aut purgauit potius.  
Vale. Roma. Non. Ianuarij. M. DC. XIX.

Iaco-



## CLXXXIV.

Jacobus Vectianus Petro Moro

S. P. D.

Romam.

**B**enè habet; nam quæ mihi vulnus imposuerunt literæ tuæ, eadem & sanarunt quâciticissimè. Angebar, nequid dissimulem; earum desiderio sanè vehementer, & à meo Moro omnis mihi mora longa videbatur. Sed tanti fuit tacuisse te: nam si Chifellij ægritudinem nunciasses, atq; oculorum morbum, ne quâ ullam interea attulisses leuationis spem; quali me doloris plaga fauciaffes! Percussere certè illicò animum verba illa tua; Dole Vectiane, dole. at respirari, vbi illuc perueni penè exanimatus; Nunc tandem surgit è lecto, & desiderere paullatim incipit tumor. Hominem quæso moue, vt suæ in primis salutis rationem habeat, cetera sibi commodè agenda putet. Tu interea eius vices subi; & desiderium vestri meum, quo maceror, tuarum elegantiâ literarum, suauitate, lepore leni paulisper interdum, imò frequenter. nam quid obtendis tot occupationes diebus festis, ac profestis? an mihi illè ignoræ? sed quantulum tamen id erit, quod facies dispendij, aliquot versus exarare si velis, & mecum etiam ex pagina confabulari? ac in elegantius id facio, inquis, quàm cum etiam tristissimo oporteat. siccine mecum agis Petre?

volo ego animi candorem, non eam cognomi-  
nis tui ἀσκόλην.

*Et nos, crede, manum ferula subduximus; ergo*

*In veterē, niueumq̄, redi mihi, More, colorem:*

Neq̄; te nimia ista tua vitiet modestia. Quid enī?  
tu inelegans! tu indisertus! imò verò & elegans  
& disertus, quā qui maximè, nedū ego, qui horri-  
dus fluo, & lutulētus, & intercisus. nō credis? po-  
stula Carrarā, cui vsque adeò displiceo, vt me  
hactenus neque vna appellare Shedula volu-  
erit, meis & schedulis, & plenis literis iam nō se-  
mel prouocatus. Ne credas homini perfido quid  
quid blateret. neq̄; se purgauit, neq̄; se purgabit  
opinor: nā me, vt cēleo, cane peius & angue odisse  
cœpit. at ego hominem egregiè vlciscar: ama-  
bo vel nolentem, prouocabo etiam vsque & vs-  
que vel præ iracundia insanientem. Sed vin-  
scire, quis à me & istum abalienarit? Vulpi-  
nulus ille vester, qui me semper, ex quo tempore  
nouit, prò superi quantum odisse professus est! tu  
tamen vtrumq̄; meo nomine saluta: nam  
sacris monitis auscultare volo, & mihi malè  
cupientibus (horum vtinam similes euadant,  
qui mihi malè volunt omnes) benè velle sem-  
per. Vale. Amerix. Idibus Ianuarij.

---

Fráncisco Suueertio V. Cl. Iacobus Veſtianus  
S. P. D. Antuerpíam

**C**hriftiani delicias Orbis tuas Romæ cum superioribus annis vidifsem apud Bibliopolas, cum mihi paravi librum ad utilitatem & voluptatem, delectatus plurimum ingenio tuo, qui talia velut Cupedia ex toto Europæ tractu diligenter conquifita, nobis quasi in ſecunda menſa magnificentiffimè appoſueris. Amare igitur cœpi te vel ab eo tempore, & ignotum de facie, & aded remotum; tibi benè cupere benè velle, vt omnibus ſoleo, qui Reipublicæ literariæ benè volunt & cupiunt. Hoc tantum, donec aliquo interiecto tempore obſervare etiam coactus ſum; vbi videlicet à Gaucone Gaukema Canonico Aquifgranatenti; ab Henrico Chifellio ciue tuo; à Io. Baptiſta Luro Protonotario Apoſtolico ac Theologo, viris, vt noſti, doctiffimis, & in vtroq; ſcribendi ſtilo ſoluto ac vineto politiſſimis, intellexi de præſtantiffimis moribus, de ſingulari doctrina, & humanitate planè mira; cum nec ſemel, nec frigide, ſed frequenter, & feruenter in tuas laudes effuſos libentiſſimè audirem. Et vin' dicam? accidit mihi, quod mulieribus interdum ſolet; quæ ſi eximiam aliquam formam ſupra ceteras longè extolli nouerunt, depereunt abſentem, nec fortaiſſe villo vnquam tempo.

pore vidēdam. Expectare igitur occasionē statui, qua me tibi patefacerem, & affectum meum. & ecce Chifellius monuit presentē, ad te scripturus, & meo te quoque nomine salutaturus. Sed ego non putavi satis mihi factum iri, si te tantū, & per alios salutarem, aut etiam tibi me per hunc vestrum Cupidinem insinuarē; nisi etiam exararem aliquid rudi hac manu, & ignaro atque ignauo calamo.

Existimaui etiam non ingratum fore hoc, quod ad te mitto, epigramma. Epitaphium est, quod Regij, quæ mihi Vrbs patria est, inuisitur Annæ Virgini sanctissimæ & castissimæ inscriptum. Impotentiam, improbitatem, immanitatem, mirabere scio Patruī in Neptem celo dignam, quo fruitur. nam fama est ( ego sæpius audiui ) in ipso integerrimæ puellæ medio pectore lilia enata, & multorum contrēctata manibus. Hoc vellem additum fuisset illis, quæ in Regione sunt, ut tu vocas, Lepidana: eruditorum credo palato non displicuisset ob rei euentum, & poëtæ; quisquis ille fuit, quem nescimus, qui ad eò graphicè & honestè descripsit; ingenium. Aliæ permultæ sunt in eadem Vrbe sepulcrales Inscriptiones, Cenotaphia, Epitaphia, quæ abs, te, saltem aliquot, præterita nollem; si tamen, quod audio, futurum est, ut cum additamento recudantur sapidissimæ istæ deliciae tuæ. Si se occasio obtulerit, & mihi in eo gratificari volueris, colligam eorum fascicu-

culum, & mittam. Debebo tibi plurimum; nec ipsa minus debebit Patria mea, earum quæ in Cisalpina Gallia sunt Urbium vrbs certè non postrema. Sed hoc aliàs; nunc illud peto, vt me tui, tuorum etiam, qui Romæ sunt, quos honoris causa nominavi, amicorum amanti, & arctissimo cum ipsis necessitudinis vinculo coniunctum redamare velis. Non reor te hominem tetricum esse: verumtamen si paulo cunctatior es hoc quidem in genere, neq; te omnibus obtrudis, neque qui se obtrudunt, omnes sine delectu admittis, Ilocratæi consilij probè memor; *εραδίως φίλος γίνου*: velim exquiras *πῶς κέρριμαι τοῖς σοῦ παρῶνσιν φίλοις*. non me indignum credo reputabis amore & beneuolentiæ tua. Romæ. IV. Non. Iunij. M. DC. XX.

---

Eidem. Antuerpiam.

**E**pitaphia quæris, vt audio, Ioco-feria in vnum congerenda Volumen, atque in publicum emittenda; vt rursus ingenioso opere; non sine vtilitate delectes, deq; eruditorum hominum genere benè mereri nunquã desinas. scilicet appositurus es alteram mensam, deliciatioribus cibis refertam, quos diuersorũ condiderit ingeniorum sagacitas; & epulum nobis, seu opiparum potius Conuiuium præ-  
bi-

biturus: venio ego, vt inuocatus, ita non aſym-  
 bolus. Atticam adfero Luſciniam, quæ can-  
 tu oblectare; ſuem Indicam, quæ palatum ex-  
 citare; Caballam, quæ riſum mouere poſſit;  
 nempe illa illius Ferrarienſis ſcurræ noſtri &  
 ſtrigioſiorem, & deformiorem, quæ nobilium &  
 generoſorum equorum gregem, Principis Viri  
 deliçium, & Aulæ grande decus, ita ad cas-  
 chinus incitauit, vt nunquam labra ad dentes  
 redierint. Hanc ducet (vt munus quoque inter-  
 nuntio aliquo commendetur) ruſticanus Vir,  
 ſed Vrbi aſſuetus, & Orbi per te noſcendus,

*His ego ſi lenibus poſſim te inſteclere donis,*  
 tuamq; demereri gratiam logis, quis me felici-  
 or? Vale V. Cl. & quam ſuperioribus lite-  
 ris flagitauit, tuam caue deneges aut gratiã,  
 aut beneuolentiam, Romæ, IV. Idus Iulij.

CLXXXV,

Iacobo Veſtiano V. Cl. Frãciſcus Suaeertius  
 S. P. D. Romam.

**N**oli, humaniſſime Veſtiane, hanc meã  
 in ſcribendo tarditatem durius accipe-  
 re; amplius enim ſunt IV. hebdomadae  
 cum ciuitate noſtra abſum Mercurio addiçtus;  
 atque hinc, vt puçò, euenit, vt vnus & alter  
 menſis interceſſerit à die, quo tu ſcripſeras, cum  
 ego tuas literas accepi. Non vereor igitur,  
 quin

quin hoc à te, quæ tua est humanitas, sim facile impetraturus; ut huic tarditati ignoscas, meque extra omnem culpam ponas. Qui enim cum omne officij genus, tum hoc potissimum semper habuerim antiquissimum; nunquam committam, ut à quoquam meum possit accusari officium, aut requiri. Verum ad tuas literas venio, in quibus nescio, utrum plus amorem erga me tuum, an latinè scribendi, quam tenes, rationem suspiciam. De amore, tamen tibi gratias ago, ut debeo, immortales, habeoque: video enim te in literis tuis multò plus mihi, quam veritas concedat, tribuisse. neque enim is ego sum, qui etsi laudem non fugio, tantum mihi in literis arrogem, quantum impartis. Utinam, mi Vetricane, quod mihi tribuis, sustinere possem: sanè vberimos fructus me ex laboribus meis percepisse existimarem. Perplacuit, & valde arrisit epitaphium Regij positum Annæ virgini. Delitiæ nostræ breui spero recudentur multò auctiores: quæro Patronum, cui inscribam: Michael Bootius abiit ad superos. Ad dam libetissimè Patriæ tuæ inscriptiones, & Epitaphia. salutem amicam DD. Io. Baptistæ Lauro, Chifellio, & Gaukemæ; quos omnes singulari benevolentia prosequor, & studium operâque meam omnibus in rebus, quæ ad virtutem vestrâ ornandam ac celebrandam pertineant, vobis polliceor, atque defero. Epitaphia IOCO-SERIA  
bre-

breui lucem videbunt, & Bibliotheca Belgica  
iam finem imposui: laus Deo Optimo Maximo.  
Valetudinem tuam cura diligenter, & quamquã  
absentes sumus, nos literis tamen posse coniugi  
existimes. Vale. Antuerpiæ in gemmula Euro-  
pæ. M. DC. XX. IV. Septembris.

## CLXXXVI.

Cæsari Guerrerio Comiti Iacobus Vestianus  
S. P. D.

**Q**uod ad me militares Choros misisti, &  
Vrsinorum elogia Principum viroũ, quę  
scripsit disertissimus P. Famianus Stra-  
da è societate Iesu; eò tibi debeo magis, quod  
misisti nec rogatus, & celeriter; vbi scilicet  
audisti, eius me lucubrationis legendæ aliquo  
esse desiderio tactum. Duplici igitur sum volup-  
tate perfusus & muneris, & lectionis. nam quę  
non delectet adeò luculentum eximij opus in-  
genij, quo magis, quàm saxo aut ære insignio-  
rum ex illa familia Heroũ simulacra sunt expres-  
sæ me autem qui non mirificè capiat tuum  
munus, etsi non primum animi tui erga me op-  
us è affecti signum. Dicam id quod est: te obser-  
uabam antea ista nobilitate insignem, istis mo-  
ribus decoratum, ista, qua excellis, probitate  
complectum; nunc verò adeò in me propensũ,  
ut tuis votis statim volueris plenè satisfactum  
esse.



esse, non possum non ardentissimè amare. Vale  
 ex Collegio Clementino. XVI. Kal. Ianuarij.

## CLXXXVII.

Io. Baptista Lauro V. Cl. Iacobus Vestianus  
 S. P. D.

**M**I Laure suavissime ac doctissime. Quã ad te misi suffarminatam, sordidam, impexam veluti Ancillam, vt te de te quãpiam moneret, quã nostra amborum interesset; remitte quẽso, & quã citissimè potest. Habe apud te, si vis, hanc eius sororem paulò fortasse venustiorẽ, sed vsque adeò, quod ad reliqua attinet, similem tamen, vt vero Sosiz falsus Sosias Metcarius similior non apparuerit. Audio illam aut sibi, aut tibi nimium placuisse, ac propterea nec vitasse Aulas, & oculos nobiliorum. ò improbam, & audacem!

*An nescit, nescit domina fastidia Roma?*

Quã illi satius fuisset Culinam ingredi, *ut* *ta* *μαγειρική* *οὐκίον* curare diligenter, & iugere hominum conspectum. Sed tu in causa, qui animum fecisti supra vires; & ridere putò voluisti rusticanam illam cum vrbantissimis colloquentem. At iam satis traducta est, satis irrisa: remitte igitur, vt quando te non possum, illã saltem, nec leui brachio castigem vtinam. se nouisset, aut speculum consulisset! quas, nõ dico rugas, sed sugillationes & vibices in ipsa

sua facie vidisset! sed ego fungus, qui permiffus  
 ut talis pedem è domo; nec ignoravi tamen  
 mulierum & morem, & morbum, quæ quò venustæ  
 minus, eò se cupiunt spectari magis. Valè ex  
 Collegio Clementino. M. DC. XX.

## CLXXXVIII.

Eidem.

Romam.

**R** Espiro tandem à meis negotiis  
*A tricis, apimisq; ue, & si quid vilius istis:*  
 & quod mihi erat multò ante faciendum,  
 en facio denique, & te saluto amicorum præci-  
 puum, eruditorum nulli secundum, inter arbo-  
 res Laurum, mi suavissime Ioannes. Excusabis  
 seram hanc scriptionem, qui causam postì de Fer-  
 rarino: de humanissimo inquam Ferrarino, quæ  
 abs te in primis salutatum volo, tibi ut amore,  
 ita domicilio proximum. en par amicorum!  
 vobis inuideo istam animorum coniunctionem,  
 istud commune seruitium, & ipsam Romam,  
 non Romæ causa, sed vestra causa, quorum con-  
 suetudine frui quàm suaue sit, quàm dulce, nunc  
 denique sentio, qui sum diutissimè, & fortasse  
 perpetuò cariturus. Sed ferre possim tamen hæc  
 animi egritudinem, si vestris me interdum ex-  
 hilarare epistolis velitis, & monere non de  
 ijs, quæ in amplissima ista scena quotidie ap-  
 parent, maximè miris, & mirè maximis re-  
 bus: sed vestris de rebus, & studijs, & studio-  
 rum

rum progressibus. Nam & Ferrarinus, & si castè dissimulat, Musas habet in angulo delitescentes, & Mercurij virgam. Quæris, qui detexerim? ex ijs literis, quas ad me interdum, quas ad Aldrubalem Bombasium virum eruditissimum, & in scribendo cultissimum frequenter mittit. At de altera tua epistolarum Centuria, mi Laure, quid nuncias? num adhuc in hibernis est

— *Canis cùm Syrius ardet?*

Callipides ille num adhuc in vestigio est, & in vestibulo? nondum percucurrit, quas multò ante debebat? ò virum cunctatorem, Maximo illo etiam, ut video, multò segnior. Verùm si suas, quod velim, iam partes peregit, & recensuit Censorum maximus; quò tū in aciem dirigis, & cedenti iam ac propè terga vertenti, in subsidium mittis agmini literario? ni properas, ordines iam inclinatos video, & rem spectare ad Triarios.

*Rumpe moras omnes, turbataq; sustine Castra.*

Tam selectam manum ad me quoque trāsmittere debes, ut iterum videam istos veteranos, atq; eorum opera utar, si quid erit opus. primæ Centuriæ alteram adiungam, & expectabo tertiam, & alias ex ordine, ut integram Cohortem conficere mihi possim. Tunc audebo quasi Primipilus te Imperatore itrumpere in hostem, & per dēfos voltare Barbarorū hominum cuneos. Tu interea Vale, & Illustris. Barberinum, qui cognominis quasi ingeniosissimo stratagemate

li 2

hostes



Epistolarum Select. Pars I. 301

ipſus commemoratione; quam perhonorificè apud quosdam recentiores quidem, ſed magnè nominis ſcriptores legere me non ita pridem memini. Iſtum per te nobis tantò arctius conciliatum virum cupio, quantò viſa eſt iactura gravior, & Reipublicæ literariæ admodum exitioſa, quam nudiſ tertius fecimus in Ioanne Barclaiò vtriuſque noſtrum amantiſſimo, incredibili cum dolore ſapientioris Aulæ, ne quem hic tibi Cardinalem nominè, qui poſſem præter ceteros Bellarminum, Barberinum, Cobellutium, ipſumque adeò Gregorium XV. Pontif. qui nuper inter Cubicularios intimos adlegerat, & ad alia Pauli. V. veſtigialia annua, trecentorum aureorum nummum penſione locupletarat. Heu mi Veſtiane, quàm celeriter, quàm nulla ætatis, aut doctrinarum ducta ratione hinc tranſmittimur ad plures? ego autem, qui ſic omnes meorum extuli, vt ſuperſim vnus à non meis efferendus; quiſque quotidianos caſus moderate forte iam pridem videbar didiciſſe: nunc vſque adeò inopinata doctiſſimi Barclai morte affligor, vt mœrorem nullis auocamentis ab animo queam excutere.

Non multi ſunt dies, cum profeſſus in Vaticanum à Bzonio ad eum diuerti, & folia quædam epistoliarum mearum è calchographia tabernæ allata homini oſtendi, quæ magno gaudio atque alacritate perlegit, & ad maturandam editionem verbis grauiſſimis hortatus eſt. Qui etiam

præter Volumen Carminum, cultissimi sacri Vatis Cardinalis Barberini Parisijs impressum, partem Operis legendam dedit à se ingeniosè confecti; Argenti appellabat. Iniecta est & timentio perhonorifica, Vectiane; quippe in eadem Aula congregiebamur, in quam tu à me deductus, tuis ipse aurei pectoris dotibus Virum in literis magnum tibi, ut ipse non semel testatus est, valde deuixisti. paucis post diebus vix dum quadragenarius è viuis abiens nos mœstissimos reliquit. Sed iam propero ad Illustrissimū Barberinum, ut amicissimi capitis obitū eius in sinu fleam; cui ex te precabor longauitatem, quam eandem tibi & Bombasio ego, & Ferrarino. Bene Vale. Romæ, postridie Idus Augusti.

## CLXXXIX.

Jo. Baptiste Lauro V. Cl. Iacobus Vectianus  
S. P. D. Romam.

**E**Xanimasti me de Barclaio nobis erepto, qui Italiam nostram, ad quam se receperat, scriptis; Romam præsentia cohonestabat. Heu fati improuisam, & penè dixi iniustam vim! Heu debile Musarum præsidium aduersus Parcarum audaciam! Heu nostras inanes spes, & irrita consilia! Humanis rebus quam sit fidendum, Laure, ex libris iam pridem didicimus, & experimur in dies magis. Lamen-

tari igitur, & dolere quæ quotidie eueniunt, quæ frequenter euentura sunt præter nostram voluntatem, & spem, & vota; cum magna fortunarum, siue amicorum, siue etiam consanguineorum iactura; ut perpetui, ita etiam inanis laboris sit, & eorum, parum qui sapiunt, hominum. Non doleamus igitur, inquit, publica ista damna? non doleamus; aut tacite doleamus, atque intra præcordia, id est tibi acerbius, quò rectius, nosti enim:

*Ille dolet, verè, qui sine teste dolet.*

Et multa sunt tamen, quæ solari nos possunt de ista iactura: viuet Barclaius, & feretur per ora virum. Id erit à doctissimis & cultissimis eius scriptis iam editis, & mox edendis, quæ tu non modò inchoata vidisti, sed iam ad vmbilicum perducta, & absoluta legisti. De illo autem felicitatis portu quis dubitet, quin illuc traicerit, aut breui traicturus sit: quum in maximis olim constitutus periculis, & animæ naufragium timens, quod seruari vnum poterat & debebat, reliquorum omnium iactura redemerit? Sed mitamur doctissimum hunc, nobis qui fuit, amicū: & quem amore, vel omni pietate potius prosecuti sumus viuentem, precibus & sacrificijs fato functum iuuenus, cognoscat nos verè amicos, si & absentis recordemur.

De tuo iam perfecto tibi gratulor epistolarum libro, & vnum atq; alterum expecto cum Bonciarianis libellis exemplum, quod pollicitus es. Bombasius hoc te nomine plurimum amabit, &

ram amat de ista voluntate: se tamen eum esse negat, quem Ferrarius depinxit. sed narro tibi: aut ipsissimus est, aut paulò fortasse ventosior, quàm iste Apelles exprimere nouit. uti credo, ut præsens præsentem agnoscere possis: quàmquam enim etate iam affecta est, & valetudine propemodum confecta; tamen Romam cogitat, vltimum isthe victurus, vbi & pater morretur. obiit Gabriel Bombasius, Aulæ & V. bi notissimus, vir cum multa eruditione, cum prudencia, nobilitate, & in agendo dexteritate Farnesij Principibus carus in paucis. Ferrarium saluto, & Bzouium tuum, virum mihi ignotum de facie, notum de fama, & tua predicatione, Bombasium non alia conditione tibi in amore coniunctum volo, quàm si mihi comparaueris nouum istum pro Barlaamo amicum, cuius est nobis aliquo scienda modo quam fecimus, gratis iactura. Vale Regij.

Amplissimi & doctissimi viri, Maphæi Cardinalis Barberini carminum Volumen; idest, vt ego interpretor, sacras Parnassi delicias; quod Parisijs impressum, Romæ iam visum scribis, erui si alicunde potest, vt mittas, etiamatq; etiam te rogo, mi Laure. pretium soluet Ferrarius noster.



Iacobo Vettoriæ planè suo Laurus

S. P. D.

Regium.

**D**ies fermè duodecim sunt, eum Bonciantianam Catechesim, & epistolarum mearum exempla duo Ferratinus à me accipit ad te, & ad Bombasium, Ego verò in alijs distrahendis occupatissimus, neq; tum tecum in præfens longior, vti statueram, neq; ad Bombasium nunc aliquid literarum possum, quod volebam. itaque apud eum excusabis silentium meum, & manusculum tamen ornabis tuis verbis. Scias autem velim, Quærenge suadente & viam præmuniente, oblatum à nobis præter ceteros exemplar Illustrissimo Principi Cardinali Estensi; cuius incredibilem erga me humanitatem, & expressas animi candidissimi notas, nõ queam citra pudorem & iactantiam repetere. Omnino oneravit me comitatis maiore sarcina, quàm alius quivis ex purpuratis Patribus: excipio tamè Illustrissimũ Barberium, qui modio omnium vberissimo est usus; qui & ad Pontificis Nepotè, velut Minerua ad Alcinoũ Vlyssẽ adduxit, & Gratijs lenocinãtib; adpersit. Hinc & conciliati nobis Viri doctissimi: in his Episcopus Casalensis, & Gaspar Scioppius. Alios si nominè verbosior sim, quàm initio proposui, nec fortassis audire tibi est otium. Itaque Vale, mi Vettiæ

de,

ne, & delatam Chifellio nostro hic humaniores artes publicè profitendi prouinciam gratulàre. Heri Robertus Cardinalis Bellarminus in ædibus Quirinalibus Iesuitarum, sub horam decimam quartam, diem extremū obiit, quanto cum Reipublicæ Christianæ damno, carendo ipsa lætiet, quæ uiuentem sui acerrimum propugnatorem semper experta est. Romæ. XIV. Kal. Septembris. M. DC. XXI.

---

CLXXX.

Io. Baptistæ Lauro amicorum suauissimo

Iacobus Vescianus

S. P. D.

Romam.

**O** Stipitem hominis! ò socordiae simulacrū! ò amicum immemorē, atq; adeò ingratum! inquires; cui cūbenè facias magis, magis ineptias. Ita mihi videor audire te, Laure, aut tecum dolentem, aut mecum expostulantem, qui abs te munus acceperim iam multi dies sunt, & fortasse hebdomadæ, selectam Epistolarum tuarum Centuriā; nec gratias egerim, aut saltem indicarim ad meas peruenisse manus. Iusta indignatio, querela iustior, nisi causam probas, quam adfero. vetèrem fortasse, inquires, & quam reijcio, occupationum molem, negotiorum perpetuam seriem, curarum molestias, mera nugamenta. Non est, cur reijcias quam non obrudo, & si veram nimis: nam ad reliquas meas, quas nosti, curas illa non paucorum dierū

cura

cura maior accessit, extricādi me hic ab Harpijs quibusdā, qui bolū e faucibus, ne dū cibum e mēsa abripere volebāt, aut scēdare, aut aliqua saltē ratione insuauem reddere. Quod mihi superioribus mensibus ā Patronis oblatum est, Romę expeditum, tenue potius quā pingue Sacerdotiū, ab his nostris vix concessum est Scribis, qui mirum quā immanem & petebant, & volebant summam: nec effugere tamen potui, quin decem scutatos ob redimendam molestiam prodegerim: heri tandem permissum est, vt essem in illius bonis solemni de more. Habuit igitur me occupatissimum vel hoc vnum negotium, cui quidquid ā reliquis supererat temporis, necessariō fuit tribuendum. Sed quod dies negabat, nox tamen dedisset, & si breuissima, vt ad te aliquid exararem; nisi quiddam aliud, quod me iusta de causa retardaret, eodem tempore interuenisset.

Franciscus Remondus ē societate Iesu (nostri qui vir, quā doctus, quā eloquens) Panegyricum scripsit in D. Carolum, atq; edidit inuitus, etsi omnium lectione dignissimum. Quę viri humanitas est atq; in me beneuolētia, statim exemplū misit, & paulo post ipse subsequens est, cū Ferrariā ad Prouincialia Comitia iter haberet. Scriptionis gēmulam cum pro viribus, non pro merito (qui enim poteram?) laudassem, & gratias egissem de munere & amore, pollicitus est, vbi Placentiam redijisset, aliquot exempla se transmissurum, quibus eruditos, si vellem, & a-

mi-

amicos Viros de alieno remunerarer, qui de meo non possem. Illa igitur dum expecto, qui vnum ad te missum cuperem pro lectissima epistolarum tuarum Centuria; facile passus sum, vt Bombasius me, ne inanis ad te semper venirem, scribendo præueniret. Quoniam autem ille munus suum differt, iusta aliqua opinor de causa; ego tibi literas, quas iam pridem debeo, vltius differre non possum. Imprimis autem gratias ago, & habeo plurimas de duobus, quæ misisti, altero ad me, altero ad Bombasium, eodē me flagitante, epistolarum tuarum exemplis, quas ego iam regustavi, crede Laure, vniuersas. Quæris quanta cū voluptate? quanta solent, qui repetuntur, ciborum suauissimi, regustari.

Antuerpiam ad Siveertium nostrum trāsmittere discupio hunc, quem vides, sepuleralium Inscriptionum, & mearum literarum fasciculum. Alterutram molestiam vitare non potes, vt aut Gauconi Gaukemæ, si in Vrbe est, tradas illud dirigendum; aut ipse per te, sine per Chifellium dirigas, certa aliqua ratione & via ferendū. Quo autem maturius id fieri poterit, erit mihi multis de causis gratissimum. Sed frustra officij sui moneo Virum in amicorum negotijs solertissimum; cui cum multum debeas, satisfacias magis, si plurimum debere velis. Vale. Regij.

---

Eidem

**R** Emodus tandē, cui bellissimè est in viridi senecta, & literas non vnas, ex quo ad te scripsi; & Panegyrici exempla misit supra viginti. Cunctationem & moram excusauit, quòd certum hominem non haberet; nec mihi vellet vilius causam præbere sumptus. Quibus igitur, & quot nominibus tali Viro debeam, vides. At parū hoc est; multò illi debebo magis, vbi quod nunc cudit Opus, eius totidem, vt puto, & plura fortasse miserit exemplaria, de Ignatio Loiola, & Francisco Xauerio, in Ss. numerum non ita pridem relatis. Id nempe illi munus imposuit Reuerendiss. Pater totius sodalitatis magister, ac Præfectus Generalis, qui hominis solidā aliàs quidem, vt reor, at nunc maximè eloquentiam suspexit ex hac postrema scriptione. Mihi potestatem facit, vt mittam quibus velim, modò viris doctis, & amœnioris quoq; literaturæ gustū habentibus. nam quibus putent vnguenta & rosa, procul habet à suo Choro: illos præsertim, qui nescioquam horridam, & squalentem sapientiam non sine supercilio iactant; quasi pulcherrimo hoc, & decentissimo rectè & politè scribendi ornamento non egeant artium et scientiarum præstantissimæ, quæcunq; ex denique sint, quas isti profitentur. Sed redeo ad Panegyricum, cuius duo mitto exemplaria,

al-

alterum ad te, alterum ad Illustrissimum Barberinum, cui velim tradas ipse in manus, & meo nomine reuereare maximum istum Purpuratorum Patrem, & Romanæ Aulæ decus eximiū. Feceris & mihi, & Remondo, & ipsi etiam Cardinali, vt puto, rem gratissimam, Collegæ viri sanctissimi laudē benignē lecturo, tali præsertim expressas eloquētia ac stilo. Qualis verò mea sit in illum & obseruantia & reuerētia, ipse qui nosti omnium optimè, testari etiam poteris omnium maximè, & verissimè. ea certè est, vt æqualem habere alij quoq; non pauci possint, & debeant; maiorem nullo modo possint.

De Gaukema. & Chifellio audire aliquid perneli: an ille meas acceperit, quas ad te misi, proximas literas; hic an valeat, & vigeat, & quanta cum nominis fama prælegat in publico Romano Gymnasio. Remondus de Bernardo Gulielmo veteri amico scire aliquid cupit, ternas ad eū se diuerso tempore literas dedisse mihi scribit, nec dum scire potuisse, an vllas acceperit. Hunc virum, Laure, Remondum inquam, quē tibi iam tuis verbis amicū conciliaui, magis ac magis demerere mellita aliqua, & elegāti epistola; ex illis nempe vna, quales cum semper, tum ad istos exarare viros soles. Ad me si miseris; efficiam vt habeat celeriter, & responsum curabo. & vide egregiam occasionem: In mandatis habeo, vt te resalutem, & Panegyricum mittam suo nomine, quod facio

Epistolarum Select. Pars. I. 511  
cio, & valere te iubeo pugilicè, athleticè,  
pancraticè. Regij. Idibus Septembris.

---

CLXXXII.

Eidem.

Tuder.

**T**Varum accepi, Laure, fasciculum lite-  
rarum, measq; non solùm legi, sed tuas  
etiam ad Remondum, quod imperasti,  
& Cardinalis Barberini ad te, *πράσας ἠδὲ μέγας*  
*ἠδὲ μέγας*. Qui aliter potui, cum illud viderim,  
Viro gravissimo, doctissimo, amplissimo, adeo  
non displicere meâ in illum observantiâ, ut af-  
firmare etiam dignatus sit, se mihi deinctum  
esse? Ille mihi deinctus? quo nomine? an,  
quòd meus interdum rudis & impolitus in eius  
laudem aliquam calamus excucurrit? at qua re-  
prehensione, qua castigatione non fuisset di-  
gnus, aliter si fecissem, cum se fortè occasio  
obtulit, ut de tali ac tanto loquerer? Virtus  
non potest in omnibus non laudari; in talibus  
non deprædicari. atque utinam eloquio par esse  
possem eius meritis; transmitterem certè ad  
posterum, quod iam fecisse me narrat, & meo te-  
stimonio, quam iam consecutus est doctissimis &  
cultissimis scriptis suis, immortalitatem pro-  
sequeretur. sed, quod fortasse per iocum dixit  
Horatius, nos verè (te quoque cõplecti volo, et-  
si valde disertum) nos, inquam, Laure,

Co-

*Conamur venues grandia, dum pudor,  
Incultaq; lyra Musa potens, vetat  
Landes egregij Præsulis inclytas  
Culpa deterere ingenij.*

**Feci tamen audacter, neq; scio, an tu probaturus sis. ex occasione eius, quæ mox aderit, Natalis Seruatoris nostri diei sanctissimæ Solemnitatis, ad eum scripsi, meq; illi veterem clientulū, quem suis literis olim cohonestare voluit, in memoriam reuocate conatus sum. Vbi Romā fueris reuersus; quod erit, puto, sub anni exitum, à quo propius absumus; vt meo nomine præsens reuereri eundē velis, etiam atque etiam te rogo, mi Ioannes. Ad Remondum ternas hoc iplo die mitto literas, binas tuas videlicet, vnas meas. Vbi rescripserit quod faciet puto, imò scio; si forte ad me miserit, ego statim ad te. Iam moneo, quò dirigere debeat, Tuder an ad Urbem? sed necesse non est; ad Urbē mittā, vnde ex vestra familia exigere aliquis debet & tuas De Bernardo Gulielmo, quod Rembā<sup>9</sup> scire in primis volebat, & ego eius nomine abs te flagitavi; nihil neque proximis adscripisti literis. an adeò infirma, quali ego vtor, memoria vteris? an aliquod Eleusinū mysterium subest? ex ijs quas miseris (certè expecto, nec tu negare debes) coniecturam faciam. Vale Regij. Idibus Decembris. M. DC. XXII.**

Aloy.



## CLXXXIII.

Aloysio Lollino Bellunensiu Episcopo V. Cl.

Iacobus Vectianus

S. P. D.

Bellunum.

**T**Estatā apud te cupio iam pridem esse meā  
 in te obseruantiam & reuerentiam, reli-  
 giosissime & doctissime Præsul Lolline.  
 & scin' a quo tempore? cū audire primū cœ-  
 pi Romæ, Antonio Quærengo prædicante, de  
 tuis virtutibus, doctrina, & in multiplici scri-  
 bendi genere elegantia. Qui igitur tali teste,  
 Viro grauissimo & doctissimo, mihi persuaserā,  
 te non esse vnum *ἐκ τῶν πολλῶν*, sed inter paucos  
 eximium; ex tuis etiam ad eundem non vni  
 & literis, & carminibus multò perspexi  
 magis, non equare te solū. verū illius quo-  
 que prædicationem longè superare. Votum igi-  
 tur concepi vel ab eo tempore, idest tribus ab  
 hinc aut circiter annis, mei erga te quo sta-  
 tim exarsi, amoris indicandi, & obseruantia  
 testificandæ: ipseque Quærengus mei amanti-  
 mus animum faciebat ad audendum (nam sum  
 equidem natura paulò timidior, quā interdum  
 oporteret) cum præter ceteras virtutes, in qui-  
 bus excellere te dicebat, humanitatem imprimis  
 tuam, & singularem quandam benignitatem,  
 extolleret, Duobus autem quamuis vrgeret sti-  
 mulis, interiore altero, altero exteriori: adeo

Kk

tamen

camen segnis fui, adeò piger, & pudore non  
 ingenuo victus, vt in hanc vsque diem distule-  
 rim hoc ad te scribendi officium; quo neq̃  
 nunc puto functurus fuissem, ea cogitatione de-  
 territus, quis ad quẽ, & eiusdem etiã Quæren-  
 quã olim habere potui, commendatione desti-  
 tutus; nisi præclara, vt mihi quidem videtur,  
 se denique obtulisset occasio huius, quod aiunt,  
 perfringendæ glaciẽ, & tuæ, fieri si possit, gra-  
 tiæ promerendæ. Multis me eius, quem ad te  
 mitto, Panegyrici exemplis munerauit Fran-  
 ciscus Remondus è Societate Iesu, vir doctis-  
 simus atque elegantissimus. Legi, & digna scri-  
 ptio visa est, quẽ ab omnibus quidem doctis  
 hominibus; sed ab eruditissimis imprimis, qua-  
 lis tu es, Præsulibus percurreretur. Siue igitur  
 olim nimis timidus ac pudens, siue nunc paulò  
 audacior videri potui: me præterito infimo  
 clientulo tuo (qualem me esse profiteor, & abs  
 te agnosci valde cupio) ipsi saltem huius Auctori  
 Panegyrici gratiam habe aliquam: qui ex me  
 cum audierit, quemnã tu inter sacros Antisti-  
 tes doctrina & scribendi elegancia locum teneas,  
 ad te, ipse quoque, vt vnũ transmitterem exem-  
 plum, cupere se mihi dixit, quod facio; & rogo,  
 vt me, si nõ tuis literis cohonestare, quod fortasse  
 per occupationes non licet; amare saltẽ velis, homi-  
 nem tui iam pridem obseruantissimum, quod  
 facilẽ potes, nullo seu temporis seu laboris im-  
 pendio. Vale Regij Lepidi. M, DC. XXII.

Iacobo Vectiano Viro eruditissimo

Aloysius Lollinus Bellunensium

Episcopus.

S. P. D.

Regium.

**N**on ita me barbarum veluti Philocteten alterum hæc montium altitudo reddit, ut abs te cognitorem flagitem, qui amicitias eiusmodi epistola ex ambis, tali dono inchoas. illa mihi qui sis, hoc quibus utaris necessitudinibus sic indicat, ut ne Quærensi nomen, nominiq̄ue claritudinem insitam advocare habeas: necesse: cui sanè viro nollem de me tantum credidisses. Solet ille quidem Socratis sui artem æmulatus, cum animos inter se conciliat flagrantes amore literarum, verba quibus id molitur, non ad fidem historię dirigere, iudicij alioquin acerrimus. Utcunq̄ue sit, de eruditione veritas apud te mihi multum detrahet fortasse ab epistolę huius lectione: de officio & studio, quo relatos semel in album amicorum colo, plane nihil. in sinu, in ore, in oculis te feram carum mihi caput, necdum licet visum, memoraboq̄ue inter insignia exempla humanitatis, & doctrinę.

Ad tua *ἀγλαὰ δῶρα* quod attinet, nihil unquam in eo genere legi elegantius, quoque ad nativum magis referat beatam illam Attici characteris copiam, Romano eloquio expressam,

Kk 2

Plu-

Plurimum te amo egregio tuo isto munere:  
 autorem verò operis, cuius antea quoque Apel-  
 leas nonnullas lineas in Musarum tabulis spar-  
 sas me vidisse memini, maiorem etiam sui fama  
 puto quantumvis percelebri. Valle, Belluni. Idi-  
 bus Nouembris. M. DC. XXII.

---

 CLXXXIV.

Aloysio Lollino Bellunenſium Epifcopo  
 V. Cl. & doctiſſimo Iacobus Vectianus  
 S. P. D. Bellunum.

**E** Nimuerò, Præful integerrime, doctiſſime,  
 & humaniſſime, verum illud eſt, quod con-  
 ſtanti omnium ſermone fertur: portenti  
 ſimile eſſe, quempiam ſi inuenias virum, op-  
 timis imbutum artibus, & grauiorum etiam  
 profeſſione ſtudioſum excellentem, qui non idē  
 & humaniſſimus, & benigniſſimus ſit. Hoc  
 mihi & multò ante perſuaſum, & pluribus co-  
 gnitum experimentis, longè apertiùs demon-  
 ſtrarunt, quas ad me miſiſti officiij, huma-  
 nitatis, verè dico, nimis profuſæ in me aman-  
 do liberalitatis pleniffimæ literæ. Quas ego & ſuo  
 merito, eum luculentiffimæ ſint, & mea in pri-  
 mis cauſa, qui tibi non diſplicui neque amore,  
 neque ſcriptione, habeo inter pretioſiſſima, ſed

latenter; popularibus se me prodant videlicet, qui sciunt non cum esse me, qualis tibi fortasse videri potui; at posteris indicio sint, quòd tali Viro probatus fuerim, bonarum me saltem artium amantem fuisse, quòd satis est. Nam, quòd ad reliqua attinet, non sum ego homo plus quàm mediocri conditionis, sed inter infimos potius collocandus. Quem etsi mei Ciues valde amant, à Serenissimo Principe Alfonso Etense Roma in patriam reuocatum, vt nobilium Scholæ, quasi Academiæ præsim: multi etiam omni honore prosequantur, eo credo in primis nomine, quòd inter sacros Mystas etsi indignus connumerer: tu tamen, in tali præsertim dignitate constitutus, nimio plus tuis me titulis cohonestasti. Itaque te rogo, vt in posterum, si quid forte erit, quòd humillimo clientulo tuo imperare velis, eo me honoris solum nomine appelles, quem Episcopi suis Sacerdotibus impertiri dignantur, quo vno contentus esse possum, & debeo, & lator in primis.

De beata, & eleganti, & stricta Remondæ copia, & Attici characteris forma, Romano eloquio expressa quòd narras, verissimè narras: ego quoque admiror, etsi non amplius hunc vnum. Tu enim (sinat quæso tua modestia id quòd est, innuere me potius, quàm dicere) tu quoque, Lolliæ, verum mihi refers Atticismum, & meram sapientiam Romanam lin-

quam. & nisi in Vrbe tuas vidissem luculentissimas scriptiones, de doctrina & eruditione audissem ab eruditissimis, & doctissimis: ut olim mensura pedis Pythagoræ Herculem, ita te mihi, qualis & quantus sis, vna hæc indicasset epistola. Sed parco, qui tuam perspexi nimiam modestiam, & in modestia sanctitatem morum illam, quæ verum decet Episcopum. Quod me in clientelam susceperis, gratias ago temporarias, immortales habiturus: quod verò eundem me in sinu, in ore, in oculis laturus sis, velut carum caput, ut scribis: optandum id quidem omnibus, &, si ab tua humanitate venit, fortasse etiam ferendum: sed crede, Præsul religiosissime, crede vera fatenti, non sum tanti, non sum. cultu, & mea in te perpetua obseruantia promereri aliquid fortasse potero, tantum non potero. Ad Remondum hodie scripturus sum: apponam epistolæ tuæ clausulam, paucos versus, solidam laudem, quam scio ruminabitur, & gaudebit tali se placuisse Viro, qui omnibus placere potest. Regij Non. Decembris. M. DC. XXII.

---

Vene-

Venerabili, & studijs literarū ornatifs. Viro  
Iacobo Vectiano Aloyfius Lollinus Episc.  
S. P. D. Regium.

**V**irtutem ego, mi Vectiane, sub quacunque  
toga, siue pallio repertam multò pluri-  
facio, quàm natalium splendorem, aut  
sumolarum imaginum inania. Te verò mihi  
posthac non virtus modò ipsa cum summa  
eruditione coniuncta commendabit, verum  
etiam Sacerdotij diuina dignitas, quam equi-  
dem vel gemmatis torquibus anteferam velle-  
ris Phryxæi. Titulis iccirco, quibus te per li-  
teras primùm appellauit, nihil demam profus-  
addam potius quæ sacro honori conuenire  
mihi videbuntur, incolumique amicitie fode-  
re cum tua modestia delitigabo. Cuius artes  
vides quàm parum processerint ex voto? ex-  
tulere te maiorem in modum, dum eleuant.  
Nam quod innuis conditiones nec querenti  
mihi, te à Serenissimo tuo Principe Roma e-  
uocatum ad curam nobilioris iuuentutis ca-  
pessendam; id quoque maximè declarat, qua-  
lis homo sis, quàm studijs iuxta bonus, ac Rei-  
publicæ vtibilis. Perge porrò quod facis, &  
in quibus eluces studijs, ne grauare præluce-  
re alijs. Regiæ propè fortunæ, ne dum priuatæ  
fuerit hoc munus, florem ciuitatis, succrescen-  
tem parentum spei sobolem, imbuere institutis

salutaribus, & maiorum nomini decus allaturis. Nos in te amando, ornandoque si quid erit, in quo nostram operam experiri velis, eorum nemini cessuri sumus, quibuscum necessitudo tibi intercedit vetus. Quærens noster viridem senectam, atque indeflexas vires Musis seruat, semper aliquid noui pariens, parturiens, quod intentis animis miremur. Legi nuper Hexametros eius ad Hieronymum Aleandrum dignos sanè meliori sæculo, carminibusq; æquiore. nam Poëtam nunc eximium vocari eximij apud plerosque probri instar est. neque ideò debemus ipsi nobis displicere, quibus Pietæ rosæ nauteam non spirant. Vale. Belluni postid. Cal. Ianuarij. M. DC. XXIII.

---

 CLXXXV.

Aloysio Lollino Belluni Episcopo V. Cl.  
Iacobus Vectianus  
S. P. D. Bellunum.

**A**lteras igitur abs te, humanissime Præful, literas accipio! at quales, bone Deus! quam elegantes, quam eruditas! vindicam? tantam admirror & humanitatem tuam, & in scribendo excellentiam; doleoque non posse me alterutri, nedum vtrique, pro mea & ingenij & conditionis mediocritate respondere.



dere: Quod enim tibi ego siue officium, siue obsequium præsto, hoc sanè debitum est, nec siue culpa prætermitti potest: at quæ tu amoris, & singularis cuiusdam beneuolentiæ noua adfers indicia, ea ab tua solum, quam eximiam esse video, proficiscuntur benignitate. Doctissimæ autem & elegantissimæ scriptioni qui ego paria facere possum hæc mea tenuitate, ne dicam infantia? tu tamen nec duplici contentus victoria, tertiam exposcis palmam; qui, quòd tibi paullò modestus videor, ipsa quoque tua vincere me vis, (sine ut verà dicā) modestia. At ego me victum fateor, & hasta abiecta herbam porrigo tibi nimis valido gladiatori, & Pæcratiastæ celeberrimo; superis gratias agens insereca, qui tantum animi dederint, ut te talem ac tantum in hæc prouocarem arenam; à quo vinci gloriosius fuit, quam victoriã referre. Qui me igitur iusto veluti bello potitus es, uti abuti potes ad omnia captiuo tuo, & insolubili nexu etiã spòte addictissimo.

De Quærenge viuida, & viridanti senectute, & carminibus Hexametris ad Hieronymum Aleandrum scriptis, audisse iucundissimum fuit. verebar enim, ut illi viro longiore multò quàm ea, quæ Arganthonij aut Cyniræ fuit, vita dignissimo sat bellè esset, qui ad meas literas, quod non solet, nihil omninò rescriberet: & ipse Aleander vir, quod nosti, doctissimus & in utroque scribendi stilo elegantissimus.

mus, eidem Querengo intimus, cum ad me Carmen nuperrimè miserit, quo Gregorio Summo Pontifici, & Illustrissimo Nepoti Cardinali Ludouiso Kalendas Ianuarias faustè ac feliciter auguratas voluit; de illo ne verbum quidem adscripsit. De Poësi & Poëtis, rem, quod aiunt, acu attigisti. peius audiunt, qui excellent magis, ac ab ijs, qui Midæ auriculas habent. Hoc ego scripti genus iam pridè intermisi, ac planè omisi, obrectatorum vocibus haud sanè deterritus, sed doctorum censuram veritus, qui nihil huc admittunt, nisi quod excellit — *Mediocribus esse Poëtis*

Non DI, non homines — nostri cetera.  
Vale Præsul integerrime, & doctissime. Regij  
XVII. Kal. Februarij. M. DC. XXIII.

## CLXXXVI.

Hieronimo Aleádro V. Cl. Iacobus Vectian<sup>9</sup>  
S. P. D. Romam

**F**Eci aliter, atque eram pollicitus. De meo in patriam aduentu; de Principis benignitate, qui me perhumaniter ad se officij & reuerentiæ causa accedentem excepit, de tradita Prouincia (in quam iam ingressus sum facilem, vt video, & expeditam, idest haud mul-

multum n. gociotam, & fructuosam tamen, ac perhonorificam) seriùs moneo quàm debebam, & erat in animo. Sed nosti segniorum hominum morem; crastinum cum ament diem, in menses plerumque differunt, quod denique agendum. Quamquam, ut verè dicam, potuissem ego vim afferre huic ignaviæ meæ, qui neque pigerrimus esse soleo ad id officij genus; nisi curarum habuissem rationem occupationum, quæ te non adeò facilè sinunt otiosis atque inanibus vacare legendis literis; cum tam frequentibus, tam multis, tam grauibus distinearis Illustrissimi Patroni causa scribendis. Siue igitur negligentia à me peccatum, siue etiam nunc peccatur hac matura solertia, atq; ipso scriptionis genere, qui Latium magis amem, & quo longè recessi, quàm Insu-bres, ad quos accessi: tuq; erit humanitatis ignoscere, & id agere, quod commodius est, legere aut seponere; silere aut rescribere; latinas mittere vel etruscas, aut etiam, si mauis, nullas. In Pompeiù Ferrù cathedralis Ecclesiæ Canonicum cù incidissem paucis post diebus, quàm in patriam veni, salutavi tuo nomine plurimum, quod imperasti. gaudius est seruari apud te memoriam sui: debere se tibi multum fatetur, & plurimum cupere tua causa. Quærenço Viro Clarissimo salutem abs te plurimam impertiri meo nomine cupio. istum in dies & obseruo magis, & ardentius amo, quò me sollicitat  
acri-

524                      Iacobi Vectiani  
acrius suarum desiderio literarum. Vale. Re-  
gij. Idibus. Sextilis. M. DC. XXI.

---

Iacobo Vectiano V. E. Hieronymus Aleāder  
S. P. D.                      Regium.

**N**on miror, qui alieno sunt are obstricti,  
obliuiolos persæpe inueniri in soluendis  
nominibus. Ego, qui responsum  
humanissimæ tuæ Epistolæ debebam (vt inge-  
nuè tecum agam, & sine fidiculis fatear) ad  
te rescribere penè eram oblitus. ita est: nisi  
id ago statim atque literas accipio, alijs atq;  
alijs confestim ingruentibus negotijs perfaeilis  
obrepat obliuio. Distuleram responsonem, vt  
Querengum prius conuenirem. conueni in lec-  
tulo cubantem; qui sanè nuncius tibi, qui  
hominem nosti, suspicionem de morbo nequa-  
quam excitabit; ni morbum appelles per-  
petuam illam cubandi voluptatem. Is de-  
disse ad te literas mihi affirmauit, neque ego  
Poëtæ negare fidem ea in re uolui: noui liqui-  
dem, quanta te ille beneuolentia complectar-  
tur: ac suauissimos profectò de te sermones  
habuimus. lætati præsertim sumus, quòd val-  
de fructuosam fuisse tuam istam profectioem  
cognouimus. munus verò concreditum haud

ma-

magni laboris & multi fructus. At ego si quid  
 vaquam, nunc certè occupationes experior  
 eum perennes, tum valde laboriosas. Ac sa-  
 nè calamos ipsos, seu anserinas pennas, dum  
 scribo, intuens rostri formam gerentes, lanci-  
 nari ab ijs crudeliùs mihi videor, quàm ab  
 Aquila olim Prometheus. Leuari hæc mole-  
 stias nonnihil sentiam, si me abs te amari in-  
 tellexero. id ut facias, etiam atq; etiam ro-  
 go; tum ut viro quoque humanissimo Pompe-  
 io Ferro salutem meo nomine dicas. Vale.  
 Romæ. III. Id. Septemb. M.DC.XXI.

Hieronymus Aleàder Iacobo Vestiano V. E.

S. P. D.

Regium.

**V**ide, quantum beneficij nobis peperit  
 Christiana religio, quæ vana ethnico-  
 rum auguria, & ineptas ominationes cõ-  
 temnerè, immò irridere nos docuit. Absque hoc  
 fuisset, dirum ego excitassem omen, dum ver-  
 ficulis, quorum exemplar ad te mitto, benè  
 auguratas volui Kalendas Ianuarias Pontifici  
 Maximo, & Cardinali Ludouisio. quis enim tam  
 auspicato die crocitatè auem passus esset?  
 Vbi carmen legeris, non dubito, quin tu quo-  
 que mecum sentias. Sed quoniam, quantus  
 fit

fit tunc in me amor, probe noui, et si sperare  
nequeo tuis insidias auribus, & iudicio factum,  
iri; sunt enim tibi purgatissimæ aures, iudi-  
cium oculatissimum; excusabis tamen (quæ  
amicorum sunt partes) hæc ineptias, aut sal-  
tem ab argumento probabis, cum alioqui so-  
litus etiam sis

*Meas esse aliquid putare nugas.*

Vale Romæ prid. Non. Iannarias, M. DC. XXIII.

I. V. Hieronymo Aleandro V. Cl.  
S. P. D. Romam.

**T**V Anis erocitans, & parum boni omi-  
nis? imò verò suauissimi cantus, & opti-  
mi Ales auspicij. Quas igitur Gregorio  
Summo Pontifici, & Cardinali Ludouisio bene  
auguratus es Iannarias incuntis anni Kalendas,  
quin vtrique auspiciatissimæ futuræ sint, mihi  
quidem nullus ambigendi locus. Carmen ego  
quidem legi magna cum voluptate, & gra-  
tias ago, quòd me tam egregiè concinnati  
Pontificij munusculi participem facere volue-  
ris, & amoris in me tui recentem etiam dare  
significationem. Qua in re me tecum paria fa-  
cere ex eo cognoscas licet, quod cum essem  
in maximo desiderio de te aliquid audiendi,  
atque intelligendi, num eas accepisses, quas  
ad

ad te mihi superiore Septembri literas cum Remondi Panegyrico; ad Cl. Virum Antonium Quærengum proximè scribens, illarum te literarum bonam partem feci. Nunc video te optimè quidem valere, & cum libris, atque adeò cum Musis versari: sed ex tuis literis (quæ cum ipso Carmine certant acumine & elegantia) quod summopere cupiebam, neutrum cognoscere potui: an Panegyricum acceperis, an ab ipso Quærengo mei olim, amantissimo fueris, si forre illum adijsti, meo nomine salutatus. olim dixi, nam vereor, ut aliquid sit, quod eius mihi amorem surripiat, aut certè interturbet. Ni ita sit, qui ego carere potui aut debui eo, quod ad te, & fortasse de te, concinnavit munusculo Hexametri carminis? Quæris, vnde inaudiuerim? ab ipso vsque Foro Iulio de viro doctissimo, & religiosissimo, & tui amantissimo, Alcysio Lollino Belluni Episcopo, cuius habeo vnas atque alteras latinè & eleganter, adde etiam, peramanter scriptas literas.

Credo te mea causa & velle & cupere plurimum: at ego nihil malim hoc tempore, quàm in Quærengi gratiam restitui. Ab tua siue eloquentia, siue dexteritate id me consecutum esse tum cognouero, si illud, quod ad te scripsit Carmen, legere poterò hæc ab eo transmissum, & dono missum. Tuum hoc, cuius exemplum misisti (iudicium meum si requiris, aut

aut etiam ſi non requiris) limatum eſt, rotundum eſt, atq; eruditum, vno verbo ſuis abſolutum numeris; ideſt tale, quale & rei ipſius argumentum, & perſonarum, quibus inſcriptum eſt, dignitas eminentiſſima poſtulare vjdetur. Iterum gratias ago de munere, & de amore; quorum alterum vt altero indicare frequenter velis, etiam atq; etiam te rogo, mi doctiſſime & humaniſſime Alexander. Vale.  
Regij XVI. Kal, Februarij.

Eidem.

Romam.

**H**odie novum annum ingredimur, Alexander V. Cl. & ego ad te venio boni omnis cauſa; & felicem precor, fauſtumq; fortunatumq; nec dubito, quin talis futurus ſit, quando in greſſus es ἀγαθῆ τύχῃ, atq; vt noſtri dicunt, bonis Auibus, & quod ego laetor magis, Barberinis Apibus. De iſto honore, quo te Sanctiſſimus Pontifex ornatū voluit tua doctrina, & preſtanti virtute, qua excellis digniſſimo ſerò gratulor, quia ſerò intellexi, mea negligentia: at ſerò gratulor, & eo affectu, qui paucorum eſt, ob meam in te obſeruantiam, & tuum in me amorem. Illud in primis gaudeo, adueniſſe tandem illud tempus, quo ſuus futurus eſt Virtuti, ac literis  
locus,



locus, idest præcipuus & summus, eo in Pe-  
tri sedem sublato, in cuius labijs Apes  
iam prædica infederunt, in cuius corde sapien-  
tia sedem fixit.

Finio cum Pindaro — — — χαῖρο

Φίλος ἐγώ τὸ δὲ τοῦ

Πήμω μίμικτον μέλι λουκῶ

σὺ γάλακτι.

πραγῆται δὲ πολλὰ ταπεινὰ γέρονται

Illi scilicet, qui aut invident, aut salibus  
quibus inhiabant, indigni sunt liquoribus.  
non enim miscentur omnibus, sed Musarum  
alumnis παρα τοῦ καὶ μουσαγοῦ, καὶ μουσηγῆτον,  
Ἀρχιεὺς ἀκρα. Vale, & me, vt tolebas, ama  
tui obseruantissimum. Regij Kal. Ianuarij.  
M. DC. XXIV.

Iacobo Vestiano Hieronymus Alexander  
S. P. D. Regium,

**A**ntiquum morem ad nos deducum di-  
ligenter custodis, doctissime Vestiane,  
dum inuenite anno dulcissima mihi mit-  
tis; quamquam ego Pindaricum illud μέλι λου-  
κῶ σὺ γάλακτι nihil moror; tuæ mihi literæ  
omni melle dulciores; tui pectoris candor ijs-  
dem in literis expressus omni lacte candidior,  
suauiorque. Proinde beatus mihi videor, qui

L i

abs

abs te Melissa atq; Amaltheæ partes implente, duplici esca vel ipso leue digna sum saturatus. Et, quod nostrum in Palatio domicilium mihi gratularis, est cur te valde amem; quamquam hæc in te nihil mihi agnoscendum est, præter eximiam Pontificis benignitatem. Illud scio, vbi eunq; sum, velut in ære tuo me esse, tuasq; a me virtutes magni semper fieri. Vale. Romæ VII. Idus Febru. M. DC. XXIV.

Seriùs ad me tua epistola peruenit; sed Idææ, ac melle conditi cibi non minus hæc Hilaria decent, quàm Kalendas ipsas Ianuarias.

CLXXXVII.

Henrico Chifellio Antuerpiensi V. Cl.

Iacobus Vectianus

S. P. D.

Romam.

**N**imis diu torques me V. Cl. tui expectatione Epithalamij, quod leuiter Romæ degustatum, deuorare iam totum cupio, & in meum, si possim, conuertere sanguinem te volente. Eric fortasse olim, vt simile aliquid parere ego quoque debeam. Doccebunt interim me tuæ Musæ, & ducent ad Hymenæi thalamos; & spinæ illas indicabunt faces, & quæ ad illud, cum subitur, suauè iugum instrumenta faciunt vniuersa, ac sane ve-

re

re dicam: admirari te possumus in editissimis illis cacuminibus insidentem, assequi non possumus circa radices positi, aut paulò altius repantes. Descende igitur, & manum porriges atq; in ista cæcitate acutissimè cum videas, ducito nos (de me, meisq; similibus loquor, hoc nomine digni si sumus, vix mediocribus poetis) vbiq; claudicantes, vbiq; espirantes. ego certò tam facillè in lapsum ruo, vt periculum sit, si ardua illa tentè, ne præceps ferar aliqua in palude suffocandus. Morus noster facillè te sequetur per amœna illa iuga, superato qui præruptus esse solet, omni adscensu. Tascæ vtrumq; spectabit è media aëris regione, ad quam se conferre solet per hos calores magnus Philosophus, & nostrarum etiam, cum lubet, regionum cultor peritus. Ego hic in patria sat hilariter viuo, nisi quòd vna identidem me cura mordet: an putas, vrbis? falleris: quòd tua, tuiq; similibus consuetudine, qua fruebar, & artificissima necessitudine careo, qui Romam decoratis vel in ista priuata vita, rûpantur licet, si qui sunt, qui fortè nò pauci sunt, quos ad opes & potètiã euexit immerentes illa, quã tu es, magis cæca Dea. sed ista mittam, & quæ nostra sunt eurem, re potius quàm verbis Philosophi: & si quis ridet nostram tenuitatem, sinamus, donec male luxentur, & sannas agat vel inuitus.

Gauchemam nostrum saluere abs te meo nomine cupio. Ad Svvertium si ille, aut tu,

aut vterq; aliquando, noſtis quid velim; vt me, ſi  
 non veterem, certè haud inofficioſum, &  
 ſincerum amicum de meliore nota commē-  
 decis; atque etiam admoneatis, an Belgica  
 Bibliotheca adhuc apparuerit; An Orbis Deli-  
 ciaz ſint recōcinnatę; An loco ſeria in publicā  
 ſcenam prodierint. Hęc omnia expecto, ſed  
 tuum in primis expeto Epithelamium, cuius  
 cauſa exorſus ſum, & en ſinio epistolam, teq;  
 ſaluere plurimum iubeo cum ſuauiſſimis PP. Mo-  
 ro, & Taſca, & ſi qui alij ſunt ex noſtra Aca-  
 demia. Vale. Regij. V L. Kal. Septembris.  
 M. DC. XXIV.

---

Iacobo Vectiano V. Cl. Henricus Chiſellius  
 S. P. D. Regium.

**Q**uid respondeam, vir doctiſſime, diſer-  
 tiſſimis tuis? obruis me laudibus, quas  
 non agnoſco. planè ni adſcriptum meū  
 nomen eſſet, præclara illa priſcæ ætatis lumina  
 te compellatſe crederem, puto ſanè, ſicut olim  
 Callimachus & Naſo ſuppoſitio Iſbids no-  
 mine inimicum conuictijs; ſic tu meo ſub no-  
 mine amicum quempiam præconijs exornati.  
 Pacifcor itaque, vt in poſterum modèſtius agas,  
 neque

neque efficias, ut tenuioris ingenij mei probe  
 conscius immodicis istis tuis laudibus erube-  
 scam. Mixto Epithalamium, quod petis: nec  
 meam moram, aut negligentiam in te pes ve-  
 lim: mensis enim ferè est, cum Talschæ no-  
 stro ad te mittendum commisi, & ipse in ma-  
 nus tradidi. Ipse illud causatur, nescisse Regi-  
 umne, an Mutinam litteræ mitendæ forent, &  
 priores enim tuæ Mutinenses erant, teque in  
 patriam cogitare significabant. Hæc illius ex-  
 cusatio; si tibi fortè minimè accipienda vide-  
 tur, ab eo pœnam exigas licet, me iocundum  
 finas, qui omni planè culpa vago. Gratulor  
 tibi Castalidas delicias, & Regnis atque Im-  
 perijs potiorem animi serenitatem; qua vna  
 Pegasus nutriuntur, imò qua ipse alumnos suos  
 nutriunt. Illæ te amant, quòd abs te aman-  
 tur: quid dico amant? te fouent, te comple-  
 ctuntur rerum luxuriam decus, Pindi sui lumen,  
 & mellitæ fecunditæ tuæ flumina hauriunt ad e-  
 brietatem, mihi difficiles se præbent; iouitæ adeunt  
 vel sæpius rogatæ, & iustabundè ad sunt; dicæ verbo,  
 vix me presentia sua dignantur. De communibus  
 amicis nihil habeo, præter hæc pauca. Gaukema  
 præteritis diebus cum Principe Sabello, cui  
 inferuit, Arictiam concessit, mensam vnam aut  
 etiam alteram ibi moraturus. Laurus alteram  
 iam Epistolarum suarum Centuriam typis com-  
 misit. Francisci Svertij bibliotheca Belgica nò  
 ante ver proximum, ut credo, prodibit: eius

Ioci propediem expectantur, omnibus, cum pri-  
mum poterò, nomine tuo salutem dicam ver-  
bo, vel scripto. Vale, & me ama, ut soles.  
XIX. Kal. Septeb. M. DC. XXI.

---

CLXXXVII.

Chifellio suo Vestianus

S. P. D.

Romam

**A**cepi literas & Nuptiale carmen, Chi-  
felli humanissime idemq; doctissime;  
utroque descriptionis genere valde sum  
delectatus; sed carmine in primis, quod tuo  
dignum præclaro ingenio, & tantis dignum  
Principibus, in quorum felices tædas, & geni-  
stem thorum concinnatum est, recogitavi. Ali-  
ud nihil addo, quia modestia tua silentium im-  
perat, & vim facit. Quamquam mihi videor  
sic laudasse satis, si te auctore dignum, & illis  
dignum Principibus affirmavi: exquisitum enim  
sic oportet, rarum, & singulare; quia tumul-  
tum excellis cum in omnia, tum in hac me-  
ditandi & Incubandi ratione: & illi, Ducum  
Itatorum nulli inferiores, trita & quotidiana  
admittere non solent. At mitto, mitto hæc &  
similia, quæ audire non sustines, videre non vis  
(nam talia vel in excitate potes) ipso meridie  
clariora. Transco igitur ad iustam, quam me-  
ri.

ritus es, obiurgationem. Præclarum verò legi-  
 gillatorem te egisti, Henrice; qui quam legē  
 maximè iubes, hanc eodem tempore euertis  
 maximè, & infringis. Pacisceris, inter nos ve  
 modestè agamus, neq; veritati, quod illa res-  
 pnat, quicquam tribuamus (quod fecisse me scio,  
 atq; intra modum) & me tamen tu Musarum  
 delitium & decus, Pindi lumen, & sacun-  
 diæ flumen appellas. rogo te, hæcne è legis  
 præscripto, & tua mente? tu fossam, quod aiūt,  
 transilisti, & eos prætergressus es, quos mihi, &  
 tibi etiam circumscripsisti cancellos. Remitto  
 igitur quæ tua sunt, mihiq; non melius aptantur,  
 quàm boui ephippia: nam si agnoscam, inanis  
 aut ambitiosus videri possim, & verò debeam.  
 Communes amicos, qui Romæ sunt, aut bre-  
 uifuturi sunt, voce, quod pollicitus es; transal-  
 pinos scripto, idest epistola, abs te meo no-  
 mine saluere plurimum & cupio, & rogo; Gau-  
 kemam imprimis, & Svertium, ad quos si ego  
 fortè literas, quod cogito, ad te prius mittā,  
 certa dirigendas viā. Vale. Regij V I. Kal.  
 Septembris.

Nicolao Alamanno, Viro doctissimo,  
Bibliothecæ Vaticanæ Custodi

Iacobus Vetricianus

S. P. D.

Romanæ.

**N**on puto exoidisse me tibi è memoria, Vir  
præstantissime, etsi promeritus sum; qui ex  
quo ab Vrbe discessi, anno videlicet su-  
periore, nullas ad te literas dedi, quibus te-  
stater manere apud me, & manuram semper,  
quam neque semel profectus, sum, neque sub-  
frigidè, meam erga te, virum utraq; lingua  
doctissimum, singularem obseruantiam. Nunc  
facio denique, & spero te mihi facîle hanc  
condonaturû esse negligentiam, & officij præ-  
termissi non leuem culpam, si tibi persuase-  
ris id, quod est; noluisse me tibi in adornan-  
do, quod in Vaticanâ istâ Bibliotheca reperi-  
sti, & latine conuersum fortasse iam edidisti,  
Procopij reliquo, quod desiderabatur: & in  
alijs etiâ, quæ ad studia pertinent, rebus occupa-  
tissimo; meis, & quidem inanibus, literis ob-  
strepere. Quod sanè neque scio, an hoc tem-  
pore ficere auderem, de tua in me certus be-  
neuolentia, quæ literarum adminiculum haud  
fortasse requirit; nisi huiusce, cuius ad me  
aliquot misit Auctor ipse Orationis exem-  
pla, vno te imprimis donatum vellem; cum  
talis



talis hæc scriptio mihi videatur, quæ eruditissimorum oculis tui similibus percurri haud festivè debeat. Accipe igitur; & observa, quam paucis quam multa complexus est; quam decore tractavit, quam aptè, & eleganter. Me quoque velim ames in dies magis de ipso, quod tibi offero ex aliena quidem, sed instructissima officina deprompto munusculo. Vale Regij. XV. Kal. Octobris. M. DC. XXII.

CLXXXIX.

V. Cl. Camillo Baldo in Bononiensi publico  
Gymnasio Philosophiæ primario Pro-  
fessori Iacobus Vectianus  
S. P. D.

**D**E tua in omnibus ingenii artibus libero homine dignis præstantia, eruditione, & eius, quam tot annos profiteris in celeberrimo isto Gymnasio, naturalis Philosophiæ summa doctrina cum sæpe ex multis, tum proximè intellexi de Paulo Zanelecto iuvene ornatissimo, & tuorum meritorum ingeniosissimo buccinatore. Itaque me facile perpulit, ut te, quem vix de facie, de fama optimè cognovi; auderem per literas appellare, & de re quapiam, quæ ad vetustatis cognitionem pertinet, interrogare; sic mecum ratiocinatus. solent Viri docti.

etissimi, & in omni artium genere versatissi-  
 mi non modò facillè, sed libentissimè respon-  
 dere de ijs, quæ sibi nota cum sint, tenebras of-  
 fundunt tamen aut paulò crassioribus ingenijs,  
 aut hominibus in veterum lectione librorum mi-  
 nus exercitatis. ex eorum genere cum sit omni-  
 um, qui eum norunt, prædicatione Camillus Bal-  
 dus V. Cl. & ipse habeam eum meæ in arte, quæ  
 profiteor, mediocritatis dicam an tenuitatis?  
 (illud verius, quod dictum videtur modestius)  
 tum singularis in eos, qui excellunt, obseruan-  
 tiæ locupletissimum testem, eundem Zanele-  
 sum: hanc glaciem cur non perfringo, & quod  
 parturio, non pario denique? votum, inquam,  
 illud, quod nimis diu in animo & pectore gesto  
 eius viri salutandi, &, quod singularis eiusdem  
 humanitas pollicetur, mihi in perpetuum concii-  
 liandi? Cum hoc consilio en calamum, vt vides,  
 arripui, non illud veritus Isocrataum vt respon-  
 deas; ἐν οἷς μὲν ἔστι γὰρ δεινός, οὐκ ἔστιν καίριος. Nam  
 si forte habes plus occupationum, quàm vt sinat  
 ad leuiora hæc animum te dimittere, & rescri-  
 bere ad hominem tui studiosissimum; possuna  
 ego expectare dum vacet, aut libeat breuissi-  
 mis indicare literis, quid sentias de ea, quam  
 habet Andreas Baccius Romanus Medicus opi-  
 nione, qui Romanos veteres non bibisse cali-  
 dam affirmat; sed eius vsum ad id solum fuisse,  
 vt vinum ad mellis crassitiem & consistentiam,  
 vt ipse loquitur, redactum ea infusa liquare-  
 tur.

tur, ut potari facile possit. nam, ut verè & ingenuè fatear, hæc assertio mihi valde noua, & nimis sedula videtur, ad eam tamen ille fulciendam & confirmandam magis veterum, adfert scriptorum auctoritates non vnas. Mihi autem semper ego ita persuasi; veteres Romanos assueuisse, ut calidam biberent cum aliis, tum verno & autumnali tempore; aut etiam vini pocula ea superinfusa sic temperasse, ut deliciosè sibi perpotare viderentur. Quod multis gratissimorum virorum auctoritatibus facile probari potest, tum ea Martialis in Cæcilianum, quam non vereor ut pro se Baccius adducere velit; inquit enim

*Iam defecisset portantes calda ministros,*

*Si non potares Cæciliane merum.*

Id abste, cum erit commodum, scire per-  
velim V. Cl. tum illud à tua humanitate im-  
petrare, ut me tui studiosissimum & obseruan-  
tissimum amare velis, atque in eorum numero  
habere, quibus potestatem facis tui, cum opus  
est, de rebus dubijs, atq; in controuersiam po-  
sitis, interrogandi. Si feceris, quod spero, ha-  
bebis me amore & obseruantia iam tuum, ma-  
ximo etiam & singulari in me tuo officio ac be-  
neficio deuinctissimum. Vale. Regij III. Kal. No-  
uembris. M. DC. XXII.

Iaco-

Iacobo Vectiano V. E. Camillus Baldus  
S. P. D. Regium.

**H**eri cum primū Bononiam venissem, mihi redditæ sunt tuæ literæ, in quibus & amorem in me tuum, & virtutem, ac doctrinam tuam exquisitissimam agnoui, perinde atque ex vngue Leonem solemus. Legi etiam, quem literis adiūxisti, Panegyricum in laudem D. Caroli politicissimum, & tali Divus, ac tanto scriptore dignissimum. Virum ex Iesuitarum familia, qui mihi literas, & ipsum Panegyricum attulit, non vidi: & cum iam sim Bononiæ, si ipse nominasses, convenissem, eique gratias egissem, ut tibi nunc maximas ago, habeturus dum viam, qui tanta humanitate adductus memet appellasti, & sine vilo meo merito amicitiam obtulisti; quam ceu rem mihi carissimam, dum vita supererit, celere conabor. Quod scribis de calida vini potione ex Andrea Baccij sententiâ; ego sanè hunc librum nunquam vidi, neq; huic materiæ animum applicui. memini tantum apud Suetonium in Nerone quædam legisse de potione calida. Sed quoniam instat tabellarij discessus, quem nolui sine meis ad te literis discedere, in commodius tempus hanc disputationem rejiciam. Tu interim Vale, meq; te tuæ humanitati addictissimū ama. Bonon. prid. Kal. Nouemb. M. DC. XXII.

Camillo

C G.

Camillo Baldo V. Cl. Iacobus Vectianus  
S. P. D. Bononiâ.

**T**V mihi gratias agis, easque maximas, quod amicitiam obtulerim? imò tibi ego & habeo, & ago, ut debeo, multò maiores, qui conditione accipere dignatus sis, & benevolentiae tuae certissimum dare pignus, humanissimas & grauisimas literas tuas, multiplici doctrinae, qua excellis, egregie respondentes. Ego referibo, non ut onus respondendi imponam (cui satis erit audire, ubi erit commodum, & pollicitus es, tuam de ealida potione sententiam) sed ut fratri meo potius afferam occasionem tui rursus conueniendi, alloquendi, & quod ego praesens facere non possum, utriusque nostrum studij deferendi. Quae ut ea, qua me complecteris in tuam iam receptam amicitiam, humanitate excipere velis summo opere cupio, & te facturum scio; praesertim si cognoueris, quod ego tibi significo, eundem mecum certasse semper officio & obseruantia in viros tui simillimos; & praeter grauisimum, quibus nunc operam dat, scientiarum cupiditatem, mitioribus quoque plurimum delectari studijs, & scribere cum lubet, aut vacat, tum soluta; tum numeris vincita oratione, neque Apolline inuito, neque aduersis Musis.

Ex ijs, qui fusam Cardinalis Baronij Ecclesia-

hæc historiam in compendium redegeturæ,  
audiam libenter de te, an Spondani, quod ple-  
rique affirmant, industria aliorum qui eundem  
percurrerunt campum, & omnia veluti multò  
angustiore tabula representarunt, industriam  
superarit. Quod ego abs te, id ex me scire vult  
vir grauissimus & amicissimus, vt ijs sibi pa-  
randis libris pecuniam melius collocare possit.  
Sat erit, vt fratri meo indices, quem ad te alle-  
go, & licet iam pridem emancipatum, sanctis-  
simæque Religionis addictum, tibi tamen meæ  
velut obfidem erga te obseruantie volentem  
libentem trado, Vale.

---

 CCI.

V. Cl. Thomæ Dempstero I. C. Baroni de  
Muresch, humaniorum literarum publi-  
co Professore Iacobus Vectianus  
S. P. D. Bononiæ.

**T**Va eximia virtus, & summa doctrina cū  
singulari, vt prædicant, humanitate  
coniuncta, in eam me facile adduxerūt  
opinionem, vt credam te non grauatur homini  
et si ignoto, humaniores, in quibus tu valde emi-  
nes, literas pro sua tenuitate profiteri gratifica-  
turū in re maximè honesta, tibi ad cōcedendū  
facili, & aliquibus fortasse, quibus non vsque  
adeo,

adeò, quæ tuum est, acre ingenium est, vsui futura. ego igitur is homo pusilli ingenij, sed propensissimi in literas animi; quod mihi superest temporis à docenda, & bonis artibus instituenda Patriciorum quorundam Iuuentute (quam mihi Serenissimus Princeps Estensis in patria committi voluit. haud numerosam, & selectam) id omne probatissimis linguæ latinæ Auctoribus peruoluendis, qui doceant & delectent quæ rebus, quæ verbis, sanè libenter impendo. Quod si in aliquas salebras, vt fieri assolet, interdum incurro, vnde pedem expedit non adeò facile possim, id habeo vetus & solemne, vt viros doctissimos; quorum amicitias studiosè venor, & qua sum hac quidem in re felicitate, facili negotio comparatas amore atque obseruantia fouere non desino; fidenter consulam, & opem implorem, vbi sit opus.

Tres igitur trium Auctorum nodos, Gordiano illo implicationes reperisse mihi videor; Taciti vnum, alterum Curtij, tertium Flori: quibus soluendis Alexandro aliquo opus esse videtur, non qui gladio rescindat, & torrem aut eludat aut impleat; sed ingenij acumine explicet, & in apertum proferat conditos illos nexus. Tu mihi ad rem idoneus visus; de cuius doctrina superioribus annis, Romæ cum essem, ab Hieronymo Aleandro Cardinalis Bandini à secretis viro doctissimo audiui, atque in patriam reuersus audio quotidie de nostris ciui-

bus,

bus, qui istuc veniunt studiorum causa, resq;  
 et si grauioribus disciplinis operam nauant, fre-  
 quentes audiunt, eximia semper, vt narrant,  
 docentem & ex intimis veteris literaturæ pe-  
 netralibus eruta. Istud igitur ingenij & do-  
 ctinæ copijs locupletissimum penus (est); istas,  
 quas vna mors, imò nec ipsa mors abripere pò-  
 test diuitias, cur non vt præsentibus, sic absen-  
 tibus etiam dilargiari, si cupiant, si flagitent,  
 si abs te expectent? Ego quidem ita cupio, vt  
 præsentius nihil possim; ita flagito, vt tuarum  
 imprimis occupationum rationē haberi velim:  
 nec literas expecto, aut eorum, quos paulo post  
 subnectam, locorum enarrationem, nisi cum erit  
 commodum, aut paululum otij, cuius vos  
 scio publicos Professores plurimum indigere,  
 nactus fueris. Quod reliquum est, scito me in-  
 æretuo perpetuo futurum, & amori, (si me  
 tuo forte, quod spero, non indignum amore re-  
 putabis) omni officio & obseruantia cumula-  
 tissimè responsurum. Vale. Regij .III. Kal. Apr.

---

V. Cl. Iacobo Vectiano Thomas Dèpsterus  
 S. P. D. Regium,

**G**Ratum est sanè, quod peregrinum homi-  
 nem in tui cultum facundissimis literis  
 aduocasti, & veluti in oscitantis somno altissis

mo



mo sibi placentem excitare voluisti. Illud verò gratissimum, quod veteri amico interposito, de re literaria mecum communices. Ago gratias humanitati tuæ, ingenij vigorem admiror, & cum vtriusque me laude ornaueris, non aliud, vt puto, indicare voluisti, nisi amicos tuos tibi quàm simillimos conciliandos; etsi planè intelligeres, me hominem alio sub celo natum, summæ peregrinitatis, exoticis planè moribus, placitum tamen tibi ijs me eulogijs instruere, vt amicitia tua dignus videar, quæ si parem non inuenit, vtendo tamen faciet. Nec erat, cur excusatione vtereris, cum me iure tuo vti posses fidenter. nam ego comitatis & doctrinæ Italianæ admirator sum, quæ literæ tuæ impensius ferunt vsque ad tenuitatis nostræ ruborem. Illud verò operosius duco, veniam tarditatis apud te talem virum, & tuorum Principum iudicio commendatissimum mereri; quòd scriptionis officia distulerim. Et ego sanè ipso illo momento, quo tuas receperam, respondere auebam; sed remora quædam fuit, quam tu vix credibilem, etsi est verissima, ducos. Apud me tres illi scriptores, quos tu aliquot in locis perobscuros esse scribis, non erant; nam bibliotheca mea instructissima & selectissima in Hetruria à triennio toto hæsit; nec in Bibliopolijs erant venales; & diu perquisitos amicus ille communis, qui mihi tuas literas tradidit, tandem

M m obtu.

obtulit, atq; en ego nūc, obsequio defungor, quāquam quem alium tu Trophonium à te ipso contulas? ego ergo, quia me dignum horum studiorum cenforem putas, morem geram; & ut in veteris S. C. formula dicam, *fac mihi videtur*. Vale. Bononia XIX. kal. Quincties.

## CCII.

Virginio Cæsarino Illustris. & Doctissimo  
Principi Iacobus Vectianus  
S. P. D. Romam.

**T**E, in Vrbe cum essem, vnde anno superiore discessi, domum reuocatus à meo Principe; virum quidem esse doctissimum, & in grauioribus cum Philosophiæ, tum etiam Theologiæ studijs versatissimum, constanti omnium prædicatione sciebam; ac verò in ijs, quas Procerum multi aut contemnere, aut negligere solent (noti quam iniuriosè) quasi magnis natalibus parum dignas, amcenioribus literis eundem te Romanæ Urbis & magnum Patricium, & magnum Principem ad eò eminere, vt nobis, qui illas profitemur, præ tua magnitudine hominibus infimis, hæc etiam in parte longifimè præstes; hoc, vt verè dicam, & ignorabam, & quæ admiratus sum, qui Epistolam  
tua

tuarum cunctissima alteram, & soluta oratione,  
 ad Illustrissimum Cardinalem Ludouisium;  
 alteram multò longiorem, nec minus politam  
 pro Nicolao eiusdem Cardinalis fratre ad Ha-  
 bellin Geluadam, poëticè & ingeniosissimè  
 scriptam legi magna cum voluptate, nec sine  
 ingenti multorum, qui aderant, eruditorum  
 plæconio. Qui ergo ætari plurimum soleo, cum  
 ijs studijs, quæ à plerisque, etsi optimo inge-  
 nio præditis, ob eas quas ipsi comminiscuntur  
 & narrant causas, destituta videntur, addi-  
 tum video: quali me, & quanto perfusum  
 gaudio putas, ubi perspexi te talem Virum,  
 tantis familiaris & proprijs decoratum titulis,  
 ab altioribus disciplinis, in quibus excellis, ad  
 amceniores etiam Musarum secessus interdum  
 diuertere, & Apolline digna canere, atq; illo  
 cælesti choro? animi voluptatem nimiam,  
 quam vix capere potui, vis agnoscere? Hoc  
 habe, neq; obcurum, neq; leue argumen-  
 tum: quòd illa me, hominem plus nimiq;  
 pudentem, atq; interdum meticulosum, a-  
 deò fecit audentem, adeò interritum; vt te  
 virum grauissimum, nec minus dignitate, quam  
 omnigena, vt sic dicam, eruditione excellen-  
 tissimū per literas appellare nō dubitarim. Atqui  
 nequè tantum fortasse ausus essem (etsi de tua  
 singulari benignitate, & in omnes, qui præ-  
 fertim bonarum artium studiosi sunt, faci-  
 litate certissimus sum) nisi putassem fore tibi

non ingratum, si fortè nondum ab alijs accepisti, quod pro tua elegantissima lucubratione, aliena licet manu concinnatum, remitto munusculum. Quod ut læta fronte, velut omnia toles, accipias, & me infimum ad tuam amplitudinem admittere Clientulum digneris; etiam atq; etiã te rogo, Princeps Illustrissime, cui & diurnam vitam, & perennem Musarum amorem exopto. Val. Regij. III. Id. Octobris. M. DC. XXII.

---

CCIII.

Eidem.

Romam

**V** Ir Illustrissime. Patere, obsecro, ut pro latina poëtica lucubratione tua, cui italicè scriptas literas adiungere voluisti; latinam ad te epistolam dare possim, etsi inornatam, etsi inelegantem. Qui enim & multarum linguarum cognitione, & grauissimarum disciplinarum possessione commendaris inter paucos tuæ istius conditionis viros: eidem tibi iucundum esse puto, latinas non minus scriptiones legere, quàm etruscas; aliqua præfertim stili elegantia, aut ingenij acumine formatas. ego autem, etsi neutrum possum, ab Latio procul, procul ab Etruria & nat<sup>o</sup>, & altus: tamen ad Romanum Principem scribens, qui

vete-

veterem egregiè calleat Romanam linguam, eadem mihi nunc utendum potius cenſeo, quòd vel inornatè differenti eò erit facilior ſperanda venia, quòd à nobis, qui Inſubriam colimus, illa in qua hæc floruit floretq; facultas, ora eſt remotior. Atque hæc ſatis de latina ſcripti-  
one. Quod ad tuum *Επιſτολῶν* attinet, quòd Sereniſſimum M. ximilianum Boiorum Du-  
cem, cuius auſpicijſ tanta reportata eſt victoria, diſertiffimè laudas; vnum illud dixero, videri mihi dignum Carmen tum tua doctrina, tum ea qua excellis, in hoc e-  
iùſ ſcribendi genere præſtantia. Illud doleo fanè vehementer, tibi talis ac tanti iudicij viro, tot facultatum præſidijs inſtructo, tot virtutum copijs abudanti non contigiſſe quoque aut vi-  
res firmiſſimas, aut certè paulò commodio-  
rem valetudinem: læcupetares nos veris diui-  
tijs, id eſt elegantiffimis & doctiffimis lucubra-  
tionibus tuis, quas ſi non imitando aſſequi,  
legendo certè admirari poſſemus. ſed tibi, ut audio, imò ſcio *ὅς ἀπαζήνοῦς, ὄντο τῶν ἀδελφῶν ἑστί.*

Quòd abſolutiſſimum hunc partum vix in lucem prodire paſſus ſis, in eo tuam & agnoſco & laudo modeſtiam: at Gaſparem Scioppium, quem de fama iam pridem noui, ex tua epiſtola recognoui, Virum Cl. valde amo de ea, quam tibi intuliſſe vi narratur, cum publi-  
cis edendam typis velut nolenti abſtulit cul-

tissimam Elegiam. Eundē tibi, vt reor, ob exquisitissimam doctrinam, & alias ingeniosas eximias valde familiarem saluere per te (vide audaciz votum) maximē cupio, atque illi ostendi, quod ad te mitto. Poëmaticion; ætatis paulo ad hæc aptioris, & seruentioris experimentum, & meæ ingenij tenuitatis, quod faciliè perspicias, specimen nimis clarum. Huius generis descriptiones sanè multas habeo, quas iuuenilis feruor potius effudit, quàm iudicium expressit. Ad limam eas renouare, & minus ineultas reddere cogito interdum; sed vereor, ne multò efficiam deteriores; ita nunc sum, quod quidem ad scribendum ætinet, animo à Musis prorsus abhorrenti. Qui igitur noua non amplius cudo, & te cupio tamen aliqua ratione in eodem genere munerari; eni vetusta mitto, & penè subrancida; vt quæ es humanitate plane mita, si nō munus, voluntatem probes in omni obsequium propeensissimam. Descriptionis genus est alicubi fortasse deficiens, alicubi certè luxurians, vt falce sit opus ad recidendum ambigua ornamenta. Sciooppius mouere aliquid se vellet, homini quantum deberem? at fortasse nihil opus. nihil opus? Vide Princeps, Illustriss. & ipsæ alicubi duæ aut tres claudicant syllabulæ, quæ si non imperitiam (solent enim interdū subterfugere etiam oculatissimis) certè indicant aliquam somniculosi hominis negligentiam.

nec,

hec, qua mole libellus est ad illud possum,  
confugere,

— *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

*Namque opere in longo fas est obrepere somni.*

Vale. Regij. prid. Idus Februarij. M. DC. XXIII

CCIII.

I. V. Iulio, & Hippolyto Pratonerijs,  
ornatissimis Adolescentibus

Jacobus Veſtianus

S. P. D. Mutinam.

**E**Rgo uterque me eodem tempore, tamq̃  
amanter, tu latina Iuli, tu etrusca Hippo-  
lyte, salutatis epistola! gaudeo, atque  
en ego utrumque, quod facile passuri estis,  
hæc resaluto scheda ob nimias occupationes.  
Et sanè, quodnam argumentum sumere, pos-  
sim longæ scriptiõnis? an, ut probem amari  
vos à me, & per istam absentiam summo opere  
desiderari? Ac non eã generis probationis ali-  
quo indiget benevolentia, quæ se indicat vn-  
decunque, & ubicunque, talem esse meã cum  
probe scjatis, quid verbis iactè, quòd factis assi-  
duè testari malo? Et rûc illud acerbissime doleo  
quòd quãquã ab studijs plane anocati non estis;  
ego tamen, ut maximè cuperem, vestra am-  
borum causa laborare non possum, & mihi vni

Vnam vos instituendi curam vindicare. Bene  
 sit ei ( sed nolo cuiquam malè ominari : non  
 igitur *ipovikōe*, at ex animo ) bene sit ei , cu-  
 ius causa è patriæ sive, atque à me ipso, &  
 vestris libris estis auulsi. In hoc tamen ango-  
 re animi hæc mihi à vobis sanè ingens volup-  
 tas accidit; quòd ex vestris literis, quem an-  
 tea quoque noram, amorem in me vestrum  
 etiam magis perspexi: & augeri hæc de cau-  
 sa meum, quod fieri posse vix putabam, aper-  
 tissimè sensi. De epistola tua est, quòd valde  
 læter, Iuli: satis enim latine, satis emenda-  
 tè scripta est. nec vereor cuiusquam suppetias,  
 qui intellexi ab ornatissimo, & integerrimo  
 viro Francisco Zobolo D. Nicolai Præposito,  
 totam esse ab tua manu, & ingenio. certè  
 nusquam turpiter lapsus es, quod solent ado-  
 lescentes, istius præfertim ætatis. Quæ lati-  
 nus dici poterant, atq; elegantius, ubi redie-  
 ris, quod propediem fore significas, indicabo  
 pauca. Interim Vale cum fratre, & saluete  
 ambo à vestro Francisco, qui multa iã vobis phar-  
 maca propinavit, & nunc multò iniucundiorè,  
 multoque insauuiorem portionè cogitat. ego ab-  
 finire statui, atque alia planè ratione ( pilæ  
 videlicet aut follis, quem allaturi estis, iusione )  
 cutis vitium curare. Regij. XVII. Kal. Iunij,

---

 Ioanni



Ioanni Ciampolo Secretario Apostolico domestico, Basilicæ D. Petri Canonico

Jacobus Vescianus

S. P. D.

Romam.

**Q**uam de Pontifice Maximo eligendo ad Illustrissimos Cardinales habuisti orationem, luculentam sane ac disertam, grauem, & grauissimis christianoq; homine dignissimis refertam sententijs; hodie à Io. Baptista Bottino Urbis Aduocato tibi, quod scio, valde familiari huc ad me transmissam accepi, & legi summa animi voluptate, & eius quæ mihi tecum olim in Vrbe fuit, etsi paucorum dierum, consuetudinis iucundissima recordatione; cum tu Virginij Cæsarini, non minus doctrina quàm natalibus Illustrissimi Viri, arctissima necessitudine vterere. Tuæ igitur Oratio tam ingeniosè, tam eruditè, & eleganter scripta, à me neq; segniter, neq; oscitanter lecta, in tuam me rursus & beneuolentiam, & obseruantiam non modò pellexit magis; sed vim quoque adhibuit, vtramque velitarum officio testarer, ac rogarem, vt quæ olim non semel, aut iterum, sed sæpius ad te officij gratia venientem humanissimè excepisti; eundem me de tua præstantissimi cærusci Vatis, latinæ etiam scriptiõis elegantia,

&

& ea, quam à Gregorio XV. accepisti, dignitate serò licet gratulantem pari animi affectu excipias; paulo post, nisi fallor (si verè sunt; quæ hic de Amplissimo Cardinali Maphæo Barberino, in summum Ecclesie Rectore proximis, ut aiunt, Comitibus electo, quod summopere velim, disseminata sunt) maiorem tuam dignitatem gratulaturum magis.

VRBANI, hoc iam nomine OCTAVI, nomen illi placuisse audio, Deum precor, priusquam ut verum sit, quod vno iam narrant, ore omnes, ut talis ac tantus Vir non modò græcè & latine doctissimus, sed doctorum etiam hominum amantiſſimus, Pontifex renunciatus sit: deinde, ut eo se nomine decoratum præferri voluerit, quo, & morum atque ingenij suavitatem indicare, & Urbis Romæ Patriæ suæ causam ac patrocinium suscipere, eandemque illustrare in dies magis, ex sui etiam nominis recordatione faciliè possit. Tibi autem illud in primis summe voluptati sit necesse est, cum potissimum Cardinalem omnium suffragijs Pontificem renunciatum fuisse, qui tibi de intimis precordijs cum iam pridem cognitus sit, talem planè futurum esse, qualem debere esse declarasti, pro certo habere poterat, omnino debes. Habeo ego quoque, quod summopere gaudeam, & publica (quæ mihi, & bonis omnibus pluris æstimanda est) & privata etiã causa: quòd singularem meam in ipsum, & deuotio-

uotionem & obseruantiam, Cardinalis cum  
 esset, præcipuo quodam se amoris genere com-  
 pensaturum vnis atque alteris liberis signifi-  
 care dignatus est. Epistolæ clausula erit, qua  
 te rogem, vt in eorum me, qui te valde ob-  
 seruant, qui tibi benè & feliciter esse cupiunt,  
 aut clientulorum, aut amicorum numerum  
 reponere velis, veterem præsertim tuæ erudi-  
 tionis, & in scribendo præstantiæ admiratorem.  
 habebis enim me, eodem Bottino disertissimo  
 Iuriscofulto sponsore, ad omnes nutus paratissi-  
 mum. Vale Regij, III. Idus Aug. M. DC. XXIII.

---

## CCVI.

Ioâni Baptiste Lauro V. Cl. Iacob<sup>o</sup> Vescian<sup>o</sup>  
 S. P. De Romam.

**V**ir igitur Amplissimus Maphæus Cardi-  
 nalis Barberinus proximis Comitijis Põ-  
 tifex reuatiatus est, omnium planè, vt  
 audio, & votis & suffragijs! ò mihi lætum,  
 dulcem, & iucundum nuncium! ò illam festã,  
 verè auream, verè gemmeam lucem; ab ijs,  
 qui Ecclesiæ decus & literas amant, niti-  
 dissimo aliquo lapillo, idest pretiosissimo mar-  
 garito signandam! & tu siles tamen, neque  
 amicum hominem mones de tuis, & commu-  
 nium amicorum, eruditorum virorum læti-  
 tijs?

tijſ? ò malè abs te, aut certè parùm amicè factũ  
 ò erratũ, aliquo non fine piaculo exoluendum; niſi tua te defendat eloquentia, aut nimium,  
 quo te perſuſum fuiſſe neceſſe eſt, gaudium  
 excuſet. Vbi igitur has acceperis literas, &  
 illud iam, quod puto, pauliſper reſederit; ex-  
 pecto vt meis votis plenè ſatiſfacias, & com-  
 monefacias, qui fuerint Romani plauſus, quę  
 gratulationes, quę Urbis totius acclama-  
 tiones. Cum enim ego, qui longiſſimè ab-  
 ſum, tantum gaudij ex ſolo nuncio percepe-  
 rim, vt penè deſipere nõ nullis viderer: quid vos  
 feciſſe conuenit, qui adeſtis qui ſpectatis magni  
 Patroni, ad omnium celiſſimam dignitatem  
 euecti, verendam maiestatem, & imperio di-  
 gniffimam ſpeciem? Præ nimia voluptate  
 plura ſcribere non poſſum: tantũ moneo, ti-  
 bi neſic placeas de ſumma illius in te bene-  
 uolentia, vt amicorum tuorum, quod multi fa-  
 ciunt, eorum præſertim, qui neque ab illo  
 deſpecti ſunt, penitus obliuiſcaris. Vale.  
 Regij. XVII. kal. Sept. M. DC. XXIII.

---

Ioannes Baptista Laurus Iacobo Ve-  
ctiano V. Cl.

S. P. D. Regium.

**C**VR ego patiar, mi Vectiane, hanc oc-  
casione[m] appellandi tui mihi frustra  
obiectam? Alexander Sperellus tanta  
est mecum familiaritate coniunctus,  
qui istuc proficiscitur ad Ecclesiam Regiensem  
pro Cardinali Episcopo administrandam, ut non  
suerim veritus eidem ad te exemplar de Annulo  
B. V. perferendum dare. De me breuiter: ad-  
huc à morbi reliquijs laboro. Ipsa die, qua VR-  
BANVS. VIII. ad Pontificatus apicem à Deo  
vocatus est, in familiam Pontificiam adfoitus fui:  
etsi felicitatem tantam contracta in Conclau-  
lus indignissimè inquinauit, nam decubui dies  
complusculos in Quirinali non sine vitæ discrim-  
mine, prope subiturus eandem aleam, quam tot  
Cardinales, & Aulici conclauistæ, exclusi tan-  
dem ab hominum contubernio, miserè experti  
sunt. Me secundùm Dei benignitatem medico-  
rum diligentia, quibus S. D. N. pro ingenita pie-  
tate mei curandi negotium grauissimè commen-  
darat, & corpusculi huius ingenium, quod cum  
pestifera tabe luctari strenuè non dabitauit, esse

corum.

ſerunt, vt tuto à morbo enatarem. Tu Vale  
quàm diutiſſimè, & excuſas epiſtolas tuas ali-  
quando ad nos tranſmitte. Romæ Idibus Se-  
premb. M. DC. XXIII.

## CCVII.

V. Cl. Ioanni Baptiſtæ Lauro, Franciſco  
Cardinali Barberino V R B A N I  
VIII. Nepoti Latinarum epiſto-  
larum à ſecretis, & eiufdem  
Pontificis intimo Cubicula-  
rio Iacobus Veſtianus  
S. P. D. Romam.

**H**OC igitur fuit, Vir præſtantiffime,  
cut ad eas, quas proximè miſi literas,  
nihil remitteres, librum aut epiſtolâ;  
gravis nempe in ipſo, atque ab ipſo  
Conclauis hæc contracta, vt appellas, cum alijs  
non paucis & Cardinalibus, & Cardinalium fa-  
mulis: qui, quòd in anguſtiſſimo illo quidem,  
ſed anguſtiſſimo, vt ſic dicam, carcere fuerunt,  
inter nos eſſe deſiderunt; quorum iactura nobis  
ſanè dolenda eſt, tot videlicet, & talium. GRE-  
GORII igitur XV. obitus à multis, quod noſti,  
præ;

prædictus, à me, atque à pluribus alijs hoc tē-  
 pore minimè expectatus: quàm multis incōmo-  
 dus fuerit vides, quàm luctuosus, & fune-  
 stus. At luctus & ægritudinis nubem, quæ  
 Urbem totam propemodum complexa fuerat,  
 disiecit opinor, ac dissipavit omnem. VR-  
 BANI VIII. fortunatissima, atque, vt verè  
 dicam, plane diuina electio: ad cuius pri-  
 mò rumore, mox veram famam, & certū  
 nuncium quanta ego fuerim voluptate perfu-  
 sus, quibus lætitijs incessem, crede mihi Lau-  
 re, neque nunc possum, quod tum sum ex-  
 pertus, animo complecti, ne dum verbis ex-  
 primere. Accessit modò ex tuis literis noua  
 de tua apud summum Pontificem, & Pontifi-  
 cis Nepotem dignitate nuncius, eò maiorecu-  
 mulatus voluptate, quòd diuina ope, & solerti  
 etiam Medicorum cura, quibus à S. D. N.  
 valde commendatus es, morbo qui tam mul-  
 tos corripuit, atque à nobis abripuit, tam  
 feliciter ereptus es.

Tibi igitur duplici de causâ gratulor; &  
 quòd à summo Pontifice tui, & talium, qua-  
 lis tu es, doctorum hominum valde amante,  
 ad honestissimum istum officij & dignitatis  
 gradum (tua tibi præsertim aditum aperien-  
 te virtute & doctrina) promotus sis, atq;  
 in eiusdem familiam vtrò, vt scribis, ad-  
 scitus: & quòd post grauissimi periculum,  
 morbi ita conualueris, vt me partim, Amanuēsi

tuo

tuo plura dictando, partim etiam tua manu aliquid addendo, de utroque certiore facere & potueris, & volueris. Quo nomine ita tibi gratias ago, ut multò me debere majores profitear humanitati tuæ, qui etiam per Alexandrum Sperellum, Cardinalis Estensis in Ecclesia Regiensi administranda Vicarias partes suscepturum, luculentissimum tuum de Virginis Annulo librum mittendum censueris: quem quia, ut nosti, avidissimè expecto, quanta cum voluptate ad me delatum perlecturus sim, tute cogita, illum certè non mihi solum, sed eruditis omnibus imprimis commendare debet tum ipsa, quæ de in eo libro agitur res & materia, tum Lauri mei quem tale opus aggredi pietas in Virginem & Patriam coëgit, auctoritas & inscribendo elegantia.

Quas à me excusas iam, ut reris, epistolas requiris; eas aut ab amicis recollectas, aut è schedulis descriptas (minus malas videlicet, minus inerudas, & inelegantes) nondum in Volumen coactas fuisse scito; ita lentè, ita ago somnolenter, atq; adò timidè (sic meum ingenium est) in ijs, in quibus sperare me aliquam laudem iubent amici; ego expectare gravem censuram, & iustam reprehensionem timere non desino. Sed quando tu quoque, qui hoc in genere maximè excellis, quod semel pollicitus sum, iam  
non



non semel exigo: rem acius urgebo, & quod mihi à grauioribus occupationibus tempus supererit, huic vii perficiendæ rei planè destinabo. Et vide facinus audaciæ plenum, quod mente concepi, nondum exequor, nisi ipse probes. Maximi Pontificis Magni Nepotieas inscribere mihi in votis est, non vna de causa. An existimas illam primam, & præcipuam quod Pontificis Nepotieas illeris: quod eruditissimo Iuueni, quod eruditorum hominum (qualis tamen ego non sum) augustissimo Mæcenati. Altera est, quod vt ingenuè tibi rem fatear, easdem ipsi Patruo, antequam ad istam omnium summam Dignitatem euectus esset, *ἐπισημαίνων* planè statuisse videbar: nunc verò tale aliquid cogitare aut multæ dementiæ, aut magnæ temeritatis rem esse omnibus puto videretur. Quamquam, vt me tibi in hoc quoque sic cerè aperiam, aliud cogitavi, imò iam perfeci & audacius, & temerarium fortasse magis. Ad Virginium- (Cæsarinum natalibus, doctrina, & scribendi elegantia Virum planè insignem, Pontificij cubiculi, vt vocant, Magistrum per eos, qui à nobis proximè discesserunt, tabellarios latinam misi epistolam; qua VRBANO VIII. Pontifici Maximo (quem tanto ante obseruavi tempore, nec vnus colui & veneratus sum literis, ab eodem non leuiter amatus) Pontificiam Dignitatem gratulatus sum, non tam

Na

le.

selectis, & ex omni elegancia conquisitis verbis, quàm sincero affectu, & animi vera devotione, atque adeò submissione; ut tam humilem, tamque infimum decet erga tam sublimem, & in Petri sede collocatum, Christi Vicarium. Vale mi humanissime & doctissime, Laure, cui iterum, ac tertio gratulor valetudinem confirmatam, & æximiam, quam consequutus es, nec vnam dignitatem; non quorundam Aulicorum de more, quorum ampullas nosti, sed ex animo, & intimis præcordijs.

## C C VIII.

Eidem.

Romam.

**M**onet me hoc anni principium, & vetus institutum, Laure V. Cl. tibi ut salutem dicam. Hoc tantum? inquires. At quid expectas? nemo vacuus accedit, sis, hoc quidem tempore:

*Ianus adest, festa poscunt sua dona Calenda.*

Ego verò audio, & ecce aliquid affero, tuum Nihil; quod nescio an à te, certè in tua postrema Centuria carminibus egregiè coniectatum statim arripui, atque in hanc epistolam conieci.

*Nam Nihil est gemmis, Nihil est pretiosius auro:*

*Immortale Nihil. Nihil omni parte beatum.*

*Quid*

*Quid tandem? Virtute Nihil præstantius ipsa,  
Splendidiusque Nihil.*

Accipe igitur læto animo, fronte serena tuum hoc tam pretiosum, tam beatum; adeo præstans, adeo splendidum munus, quod ego ita ad te remitto, ut ad me redire nolim, qui aliquid potius cupio exiguum, leue, pusillum, ipsa mea dignum tenuitate. Sed ioco relicto: nec Nihil mitto, nec magnum tamen aliquid; sed tibi, si me amas, haudquaquã ingratum futurum. Non video, si quis. non vides? ergo pluris æstimandum. ex. n. earum est rerum genere, quas cognoscere possumus, tangere atque atrectare non possumus. Ipsum ad te meum cor allego, ipsum animi affectum, qui qualis erga te, quantum sit, probè nosti: & velim meo nomine incūis anni auspicia bona, felicia, fausta, fortunata tibi nunciet; nec solum nunciet, sed spondeat: præstabit autē Deus, & qui Deo locum in terris tenet S. D. N. VRBANVS VIII. & ipse, cui tuam etiam operam, tuam seruitutem dicasti, Illustrissimus Nepos. Eidem non ego desino illud munusculū concinnare, quod nosti, eo saltem nomine haud contemnendū. quod tuis, & aliorum doctissimoꝝ fuerit exornatū, literarum veluti æmulis. Ad eum scribere non ausim hoc tempore; & precari tamen felicitatem velim, atque hunc, & plurimos alios tum Sanctissimo Patro, tum Ip̄i fortunatissimos ominari annos. Votum

Na a

ergo

ergo vides, & ſilentij cauſam. Efficce, ſi po-  
tes, vt affectum ſciat, modeltiam laudet, &  
me et a te tacita amet obſeruantia. Sed audi  
Laure: Tu, qui optimè τῶν πραγμάτων χειρὸς  
νῆſτι, χερὸν τῆρει, & Vale. Regij ipſis Ianuarij  
K Iendis. M. DC. XXIV.

Iacobo Veſtiano ſuo Ioānes Baptiſta Laur<sup>9</sup>  
S. P. D. Regium.

**S** Vbirafcor, mi Veſtiane, ſilentio tuo tam  
diurno: neque enim debes iucundita-  
tem literarum tuarum nobis inuide-  
re. ſcribo ego rariùs, quia occupatio-  
nibus diſtineor: lego tamen audiffimè, quæ  
vna ratione tedium datur excutere. Mitto  
autem, quod per æſtatem Italus Colonienſi  
typographo gratificaturus, propè ab inuſto  
exorſit. lacebant per pauca hæc Præmata,  
cum alijs longè pluribus, ad quæ recogno-  
ſcenda otium non fuit. Publicam iterum lu-  
cem coactis in Volumen negare non potui,  
quam ſeorſim edira tam diu fecerant ſua.  
Videbor nimis affectu illis indulſiſſe: ſed nõ  
eſt paternum lucis odiſſe factus, imò vel de-  
formis amaſſe plane paternum. Vale, Romæ.  
Kal. Nouemb. M. DC. XX. IV.

## C C I X.

V. Cl. Ioāni Baptiste Lauro VRBANI VIII.  
ab intimo Cubiculo Iacobus Vectianus

S. P. D. Romam.

**E**Rgo tu mihi subiratus? iure id quidem, ac meritissimo. quid enim? filere ego tandiu potui; & Laurum meum, mihi tam cultum tam colendum, toto propemodum anno ne vna quidem literula salutavi? Peccatum à me, fateor, peccatum sanè grauius. At si omnes eiusdem à me errati pœnas exigere magni, qualis tu es, & amici & Patroni velint:

*In pœnas vnus non satis esse queam.*

Nam, vt ne ignores, decem iam menses sunt, cum ego prorsus obmutui; neque ad Ricardum, neque ad Remondam, neque ad Saccum, neque ad Lollinum Episcopum (nosti quos viros, quàm doctos, quàm eloquentes, quàm etiam mei amantes) ne vnâ quidem salutem, nedum epistolam misi. At vnde id, inquires, factum? tædio quodam, & odio propemodum in omne iam scriptionis genus. Ex quo enim mihi res est cum operis typographicis, qui negligentiam suam, ne improbitatem dicam, ex mea absentia augment in dies magis; studia & lucubrations acerrimè detestari cœpi. A principio Pegasi fuerunt, mox

Na 3

Cal-

Callipidis simillimi sunt effecti. Intra hos novem menses viginti duo folia tantum accipi, cum liber ad quadraginta complexurus sit. sed mittamus insuavia hæc, mihi sanè vel sola commemoratione molesta, atq; animum ad alacritatem reuocemus: ad eam Æpe, quam in me excitauit aureum munus tuum, & humanissimæ literæ. Enimuerò, si hoc pacto diuturnum silentium meum vlcisci tibi in mentem venit, erit planè in rem meam, quod interdum ægritudine animi aut occupationibus impeditus facere nequeo ad artificium quoddã traducere. Sed non possim tecum tali Viro, inò nec velim quidem, agere parum bonæ fide. Itaque non committam amplius, vt officium meum desiderare vlllo modo debeas: nam de mea erga te obseruantia dubitare vt possis, neque Ludouicus Nicolinus ciuis meus, neq; P. Augustinus Vbaldinus è Somaschenfi Congregatione, viri ornatissimi, quos ad te mei & officij & obsequij testes volètes libentes allegauij, permittere vlllo pacto possunt. Ego verò de tuo in me amore, & affectu qui possim non esse certissimus, cum nuperrime etiam per Iacobum Raimondum, Patritium Regiensẽ, Pontificis cubicularium, tam eximio Carminum tuorum munere, & breui illa quidem, at limatissima epistola ornare volueris? Gracias habeo, & ago eò etiam maiores, quòd tu in ista dignitate cõ-

sti.

Ritatus, infimæ, aut certè multò tenuioris conditionis hominum obliuisci non potes.

Carminum librum ad compactores librarios statim misi: vbi intectus, expositus, & ad umbilicum perductus fuerit, multa, quod scio, cum voluptate, addo etiam cum utilitate percurram vniuersum. Vale Regij. X. Kal. Decembris. M. DC. XXIV.

## C CX.

V. Excellentissimo Philippo Humano Regij Prætori Iacobus Vectianus

S. P. D.

Regiū.

**C**vm Typographis mihi res est: aliud nihil vt addam, quàm non otiosus sim, tute cogita. Sed hoc parum est: quàm sollicitus sim, quibus curis diuexatus, quàm infeliciter occupatus, vt diu multumque cogites, nūquā tamē animo & cogitatione assequere. excusa igitur, si de Cæsare nostro, si de me ipso, quæ fuerā, pollicitus, nūciare non potui ante hoc tempus. Narro tibi: vbi huc perueni, & modestè questus sum talem ac tantam operarum negligentiam, qui me absente, corrigentibus amicis, tria ipsa folia plurimis, ijsq; turpissimis erratis deformata prælo subiecerunt: exceperere illi me ingenti clamore, ac penè conuicio, cum dicerent; græca inservisse

N 4

me

me nimis multa; laboris sui fructum sibi non constare, nihil omnino lucrari: ac propterea promissis neq; posse se, neq; velle amplius stare: pretium aliud, quam quod erat pactū, mihi rursus cōstituendum esse. tam projecta hominum auidia atram mihi, vt ingenue fatear, bilem commouit: sed pressi, ac subridens, quā æquis, claris, atque honestis conditionibus transigissemus, paucis admonui. scis, quid profecerim? vt clamare desierint, & ingenue prof fsi sint, me vera narrare: se non posse tamen, nisi aliquid supererogarim tantum laboris pro pacta mercede sustinere. Talibus eorum siue æquis, siue iniquis postulationibus vel potius precibus velificatus sum, & quod mercedis nomine extorquere volebant, eripi mihi numeris titulo facile sum passus; cum præsertim, quod ad solertiam, & officij sui rationem attinet, multa polliciti sint, pauca, vt opinor, præstaturi.

De amici negotio factum est, quod suspicabar, præcisè negarunt, & audacter. Itaq; non modò id obtineri non potuit, quod sperabamus ob gratiam, auctoritatem, & dignitatem commendantis; sed ne corradi quidē aliquid, aut hilum auferri. Color interdum mores egregie indicat. adeò igitur non valde miremur rei exitum infelicem ab ijs, quos imitari illud animantum genus decet,  
quod



quod toga rep. presentant. tibi tamen, quod  
 mea causa plurimum voveris, quod multum  
 frustra conatus sis; quod literas commen-  
 daticias pro communi amico, viro ornatissi-  
 mo, vnas atq; alteras de meliore nota scrip-  
 seris; gratias ago, & habeo plurimas. Ce-  
 sareo nostro, quam imperasti salutem dixi,  
 ut volebas, & plurimam, & affectus plenissi-  
 mam. Operam neque ille mihi suam, cuius  
 maximè indigebam, commodare hoc tem-  
 pore valuit, quo ob solemne ieiunium con-  
 ciones habet in sua Ecclesia sanè luculentas.  
 Te, & Nicolaum Sienam res lutat, & vos a-  
 mare tantum proficetur ambos. quantum  
 eos amari par est, qui ardent: redamant,  
 amici amicos, eruditi eruditos. Vale, Bo-  
 noniæ. V. Idus Martij Sienam nostrum ego  
 quoque saluere plurimum iubeo.

---

Iacobo Vectiano suo Io. Baptista Laurus  
 S. P. D. Regium.

**V**T obstrictum sibi iampridem Clientulo-  
 rum minimum Urbanus Pontifex Ma-  
 ximus beneficijs in dies suis obstrictio-  
 rem redderet; nudius tertius me in Mutij Ri-  
 uerij demortui locum à Sacro Cardinali-  
 um Senatu substitui curavit. Erat ille Amplif-  
 simo

570                      Iacobi Veſtiani  
ſimo ordini à ſecretis, quam prouinciam,  
nobis liberaliſſimè inieſtiam paternè gratu-  
latus eſt: cum Patres in Vaticano Comitio  
pronioribus ſuffragijs rem peragere nequie-  
rint. Eam ſcilicet tibi viro noſtri amantiſ-  
ſimo, indicare par fuit; cuius ego præſtantem  
eruditionem tanti facio, vt officijs omnibus  
ſub optimo quoque cumulata velim. Vale.  
Romæ prid. Non. Decēb. M. DC. XXIV.

---

C C X I.

V. Cl. Ioanni Bapriſtæ Lauro, Ampliſſ.

S. R. E. Cardd. Ordini à ſecretis

Iacobus Veſtianus

S. P. D.

Romam.

**A** Romano, & Chriſtiani Orbis ſummo  
Principe, ac Pontificè Maximo VR-  
BANO VIII. amari te in dies magis,  
& ad ſublimes extolli gradus, non mihi  
certè mirum, ſed abs te audiſſe gratum in-  
primis accidit. qui enim poſſit Ille, qui &  
doctiſſimus, & omnis etiam politiciſſimæ lite-  
raturæ cultu ornaſſimè eſt; doctos, & ele-  
gantes, & qualis tu es, probitate inſignes  
Viros non omni ſtudio complecti, fouere, al-  
tius in dies extollere, veteres præſertim cli-  
entes ſuos, atque inter ſelecta Auguſtiſſimæ

ſa;

familiz capita iam pridem admissos, & acri iudicio examinatos? De isto igitur, quo nuperrime auctus es, honestissimo officij ac dignitatis munere quod me in primis, tui, tuorumq; virtutum obseruantissimum certiore facere volueris: ex eo cum mihi videar abs te præcipuo quodam amore diligi, quin mihi valde placere, quin in sinu gaudeam, & quodammodo triumphem, facere equidem non possum. Quo nomine immortales tibi gratias ago, & illud gratulor; te non id solum consecutum esse, vt Amplissimo purpuratorum Patrum Ordini (quod per se amplissimum est) a secretis sis pro Riuerio fatis functo; sed ita consecutum esse, vt non ipsorum modo Illustrissimorum Cardinalium, verum Sanctissimi etiam Pontificis iudicio dignissimus habitus sis, qui huic prouinciæ præficere: cum ex multis, vt reor, Aulicis eidem muneri exequendo facile idoneis, vnus sine vlla presentatione delectus sis, non tam singulorum erga te singulari propensione voluntatû, quam vera tue & virtutis & doctrine estimatione: in quo & amorem, & iudicium vnâ coniunctum fuisse cum tua causa rursus lætor, tum tibi ex animo gratulor, & maiora vaticinor, Phœbo monitore.

Mea, quam nosti, in Barberinam Purpuram vetus, & singularis obseruantia, animum tandem perpulit diu hæsitantem, vt

ἰσοψημίστημόν ἔνεκα sacrum, quem hodie ingredi-  
mur annum, frustum & felicem Illustrissimo  
Sanctitatis suæ Nepoti, scriptis per obsequi-  
um literis, precarer. Quæso te, Vir Clarissi-  
me, tuis verbis, tuo favore, & gratia  
meum exorna epistolum, quod verus ex-  
pressit affectus, ineptus calamus exaravit.  
Erit fortasse, vt hoc ipso Sanctissimi Iubilæi  
Anno, religionis & pietatis causa ad Urbem  
excurram cum munusculo, quod nosti, & S.  
D. N. pedes. Illi vestes, tibi manus exoscu-  
ler. Vale. Regij, ipso Natalis Christi diei Sa-  
cerosanto Peruigilio, quod cum ijs, qui con-  
sequuntur, solemnissimis diebus lætitiæ &  
spiritualis hilaritatis plenissimum, conceptis  
iam votis, tibi & bonis omnia exopto.

At exciderat, quod abs te aliud quoque  
volebam, & flagitare debebam ante aliquot  
dies. Ad Urbem se contulit Aulici Tyocini  
cupidus Ioannes Antonius Mora Philosophiæ,  
& Iuris vtriusque Laurea non sine plausu in-  
fignitus, cuius, atque olim etiã in mitiori-  
bus studijs Auditor meus. Eum si te officij  
atq; honoris causa adierit (quod se facturum  
in discessu pollicitus est) pro tua humanitate,  
& meo etiã amore vt benignè excipias, amãter  
tractes, tuamque illi operam, si quid erit opus,  
proxè polliceare, etiã atq; etiã te rogo V. Cl.  
Narro tibi: amœnioribus quoq; literis ita oble-  
tatur, vt cū lubet, ingeniosè ac prudenter, eru-  
dite

dite

ditè atque eleganter scribat tam soluta, quam numeris colligata oratione. si periculum aliquando feceris, cognosces me non amori tribuere plus, quàm deceat. Quæ adiungere volui, vt fuisille præclaris ingenij dotibus sit tibi etiã magis ac magis commendatus Iterum Vale, & me, vt soles, ama.

Hieronymus Aleander Iacobo Vectiano  
S. P. D. Regium.

**A** Cceptis tuis literis Italico idiomate cõscriptis, veritus prope sum, ne tu, quem à veteri more videbam recessisse, veteri eloquentiæ bellum esses illaturus. Nõ ignoras, patrem eloquentiæ Ciceronem, vbi Clodium tenuit è patricia familia in plebeiã per adoptionem transfatum, suum statim exilium subodoratum esse. sed benè habet, quòd tu Cardinali Barberino lati è scripsisti: ea epistola, vbi ad manus quoque meas venit, omnem absterfit suspitionem, quam ea de re conceperam. Gaudeo te in Patricia lingua adhuc esse, nec ad plebeiam omnino deflexisse. plebeiam mihi liceat appellare, quam & vulgarem vulgò dicimus dum nobilitatè prisce Romanæ intuemur. quam quia non dubito plurimi à te fieri, haud ægrè tibi fuerit, quòd te sim ausus tantillo hoc conuicio tan-  
ge-

gere. quamquam neque si velim, longior  
possim esse: stomacho enim malè habeo, fe-  
bricula quoque tentatus. De officio mihi  
præstito hoc ineuntis anni exordio, valde te  
amo, meque totum tuum esse, tuis nimirum  
virtutibus quasi libra & ære cæptum, vitrò  
profiteor. Vale. Romæ pridie Non. Ianua-  
rias. M. DC. XXV.

---

Iacobo Vectiano suo Io. Baptista Laurus  
S. P. D. Regium.

**R**emitto ad tuas Cardinalis Barberini li-  
teras, Hieronymi Alexandri manu ex-  
aratas, in quem epistolaris illa vigilia  
fuit translata, ex quo ego Amplissimo Or-  
dini industriam addixi meam: seuerè enim  
ei interdicitur Cardinalium cuiquam priua-  
tam locare operam, qui publicam in sacro-  
sancti Senatus famulatio sustinere personam  
est aggressus. Quare nunc Pontificiæ Chor-  
tis tesseram dumtaxat agnosco. Habes etiam  
Alexandri nostri epistolam tecum expositantis,  
quòd vernacula lingua præter consuetudinè  
ipsum pronocaris. Ioannis Antonij Moræ hu-  
manissima salutio tuam iam præuerterat.  
Viro elegantissimo omnia mea studia nõ effu-  
sè minus, quam candidè detuli: multò vbe-  
rus

rius id officij obiturus, vbi congregari vna  
 iterum licuerit. Piaularem hunc Annum bo-  
 nis tibi precor ire cumulatifimum. Romæ  
 pridie Non. Ianuarij. M. DC. XXV.

CCXII.

Io. Baptistæ Lauro V. C. Iacobus Vestian<sup>o</sup>  
 S. P. D. Romam.

**D**E meis literis Illustrissimo Cardinali Bar-  
 berino redditis, de responso nescio an  
 abs te impetrato, certè remisso; de Io-  
 anne Antonio Mora perhumaniter excepto,  
 & mea etiam causa in posterum benignius ex-  
 cipiendo: vt multa paucis complectar, de  
 pluribus tuis in me recentissimis & officijs  
 & meritis (vide hominis rusticitatem) nullas  
 tibi planè gratias ago, quia quas debeo, pro  
 dignitate non possum: sed habeo tamen plu-  
 rimas, incredibiles, maximas, & mirificè  
 miras. nūquam, vt suspicor, relaturus, atq;  
 inter ingratos hoc saltem nomine moriturus  
 tua causa, qui iam nimium multa in me cu-  
 mulasti beneficia. Tu tamen haud sine lucro  
 abibis: quò enim plura apud hominem egē-  
 tissimum posueris, ad famam veræ liberali-  
 tatis ac munificentiae te tolles altius, & ex-  
 pectare poteris ab eo, qui cuncta dilargitur,  
 veram mercedem. Epistolam Alexandri no-  
 stri

sui humanissimi & doctissimi Viri γαλήνικρον  
 & accepti & legi: quæ quàm suavis palato  
 meo exititerit, non possim satis exprimere. O  
 istum etiam candidissimi pectoris Virum!  
 ò verè amicum! qui in summo ipse quoque  
 & dignitatis & officij munere constitutus,  
 atque in eum, quem tu paulo ante egregiè  
 tenuisti, locum susceptus, tenueris tamen,  
 qualis ego sum, conditionis h' mines ( quod  
 solent non pauci ) nec limis oculis adspicit,  
 nec superbè contemnit. Omninò ambo estis,  
 quos ego valde admiror; ac multò etiam  
 magis magnum istud Purpuræ Decus, magnū  
 Romæ, & Maximi Patruī, ut puto, solatium  
 Franciscum Cardinalem Barberinum; cuius  
 literas amoris & benevolentia, grauitatis etiā  
 & singularis cuiusdam benignitatis plenissi-  
 mas, mirum quantum sum exosculatus, vene-  
 ratus, & utriūque vltis, quod aiunt, ample-  
 xatus. Propensissimam ad me iuuandum &  
 ornandum voluntatem habere se iam non se-  
 mel professus est: voluntati potestas adiuncta  
 est, occasio propemodum quotidiana. Nec  
 dubito Romæ nunc, & apud vos si adessem,  
 quin ex ista tam grandi Ecclesiastica mensa  
 colligere aliquas micas liceret, quibus vitā,  
 præsertim iam ad maturam ætatem vergēs,  
 paulo commodius sustentarem, nec cogere  
 ad extremum vsque spiritum manus porrige-  
 re ad se scio quas honesta illas quidē, nec tenuis-



simas, sed nimis tamen laboriosas, nimis molestas, etsi paucorum & nobilium Adolescentulorum, quasi vindemiolas colligendas. Sed quò me abripuit aut ipsum, quo iamdiu teneor, docendi rædium, aut meum Romæ & vestri etiam desiderium digitur calamū reprimò, & me tibi planè indico. Id vnum volo, quod Deus voluerit; id nolo, quod ipsi non placuerit. Tu Vale, mi suauissime Iocannes, & ama, vt soles. Regij. postridie Idus Februarij. M. DC. XX V.

---

CCXIII.

Hieronimo Aleandro V. Cl. Francisco  
 Cardinali Barberino ab epistolis  
 latinis Iacobus Vextianus  
 S. P. D. Romam.

**E** Nimuerò ego sum, vt puto, omnium, qui viuunt hominum fortunatissimus, qui quasi alterum Glaucum inueni

*Ὅς πρὸς Τυδεΐδην Διομήδεα τεύχε' ἄμβροτον  
 χρύσεια χαλκείαν, ἑκατόμβαι' ἑνεαβοίαν*

quandoquidem pro literis & vulgaribus, & plebeis tuas re vera Patritias accepi, veteris Latij nobilitatem spirantes. At hoc tamen adhuc parum est: si quidem & gemmeas secum attulerunt illas, quibus humillimum Cli-

entulum suum Illustrissimus Cardinalis Franciscus Barberinus, & ornare, & ditare voluit. Istius ego certè talis ac tanti Principis ( cuius parem, si ætatem species, & doctrinæ decus, & meritum virtutis Roma, ut opinor, ad multos annos habitura non est ) tum modestiam suspicio, tum benignitatem admiror in ista celsitudine sic temperatam, ut gravitati sit locus, & chorum ducat Maiestas in ore Iuuenis placidè refulgens. Adeò me quidem suis ille primùm ( nam audiui de eo & multa, & præclara ) egregijs animi & ingenij dotibus, mox singulari ista erga omnes probos, & literarum amantes homines humanitate deinxit Vir Amplissimus, ut amare, obseruare, & colere cœperim absens absentem, ignotus, abiectus, nullius pretij aut nominis homo Vrbi iam & Orbi notissimum, celsissimum, summæ existimationis & auctoritatis Cardinalem. Quem meum affectum, vel obseruantiam potius & animi deuotionem cum semel iterumque ea, qua decuit, animi reuerentia indicari; ipse verò me, & illã sic animo amplexatus sit, ut vel operam mihi suam, ubi se offerat occasio, non multorum de more, & consuetudine quadam; sed ut mihi persuasi, verè & ex animo pollicitus sit: quantum me nunc pigere, & pudere existimas, esse eius conditionis hominem, ut neque istic pro domestica facultate adesse, quod summo opere vellẽ;

neq;

neque, si adim, pro ingenij atq; eruditionis tenuitate, aut ipsi, aut cuiquam alij ex ista, quam iam multos annos obseruo, nobilissima **FAMILIA** inseruiendo, ipsorum gratiam demereri, & meis votis obsequi, atque animo satisfacere possim? Sed dies fortasse consilium, & Deus aliquando facultatem dabit, ut illum presens omni obsequio reuereri, & Sanctissimū Pontificem **VRBANVM VIII** summa animi & corporis submissione adorare supplex possim.

Tu interea Valetudinem tuam paulo infirmiore cura diligenter, mi Alexander, quantum te, & literas, & me quoque amas, tui obseruantissimum. Regio Lepidi, postridie Idus Ianuarij. M. DC. XXV.

## CCXIV.

Io. Baptiste Lauro V. C. Iacobus Vestianus.  
S. P. D. Romam.

**D**E meis Epistolis quod per iocum dixisti, planè ita est Vir eximie. Elephanti parvus hic est, qui tamen *τὸν τῶν ἰσχυρότερον μέλλει ἔχειν*, ut video, ac prævideo. Certè valde pertimesco. Hunc enim tam varium, tam numerosum fœtum & olim nimis festinanter peperi, & nunc ingeniosæ non minus, quàm deformis morem feræ haudquaquam imitatus, in publi-

580 Iacobus Vetricianus Epist. Select. P. I.  
blicam lucem, sordentem adhuc & informem  
dimissurus sum. Quod tardus appareat (quidē  
serius multo, quam tibi eram pollicitus) non  
ego in culpa, sed Typographus, in cuius manu  
ac iam puto in femore est: voluit recoquere nō-  
dum maturum. Bacchi autem casum no-  
sti: apparebit vstulatus, & vestra opus erit  
(quidē sic appellem?) humanitatis vnda. Ricar-  
dus meus, Vir, vt nosti, latinē & gręcē doctissi-  
mus pernoctat, ac præmonuit, vt Socraticam in-  
duerem patientiam, cum talibus negotium ha-  
biturus. Plane diuinavit, imō non semel exper-  
tus, quod futurum erat, velut ex Tripode ceci-  
nit vix credenti. Sed finio, ne sim longior quam  
tempus permittit. Tabellarius enim, ad quem  
puerum curriculō misi, iam fasciculos colligit,  
& ego tam serus, quia ad te hodie certē quidē  
non putabam. Sed veni in eam cogitationem,  
nimis dju siluisse me aut præter morem,  
aut contra officium & obsequium, quod ti-  
bi debeo. In pluribus occupationibus  
meis de diuturno silētio mihi igno-  
scas velim, & votū tamen  
agnoscas frequentis-  
simē scribendi.  
Vale. Regij IV. Idus Decembris  
M. DC. XXV.

F I N I S.

Errata

Errata sic corrige.

Pag.	vers.	Errata.	Correcta.
14.	24.	quid agas.	quid agas?
15.	16.	M. DC. IV	M. DC. XIV.
28.	4.	ita non pridem	non ita pridem.
29.	29.	occupationibus	occupantibus.
42.	7.	nec hoc anno	ne hoc anno
49.	28.	qui	qui.
87.	27.	percurrere	percurrere?
104.	19.	benignus	benignius
139.	24.	reddit	redit (quid
165.	29.	meas aliquid	meas esse ali-
183.	10.	disciplinam	displiceam
187. & 189.		Ad Casalem ma-	Ad Casale ma-
		iozem.	us.
190.	15.	illio	illo
215.	20.	verum enim vero	verū enim verò
	24.	quosdam	quosdam.
211.	8.	aduolarem	aduolarem
222.	14.	assiduè	assiduè magis
227.	10.	aut latinas	aut nullas, aut latinas
232.	9.	supplere	supplex
233.	4.	ferrem	facerem
233.	9.	transuersali	transuersa
234.	23.	studio	studio
235.	17.	literarum	literarū missio
	18.	velut &	veluti
237.	3.	illorum	illarum
	21.	se &	se
239.	17.	instuxionem	institutionem.

## Errata sic corrigē.

Pag.	vers.	Errata.	Correcta.
	19.	euentus euentus	euentus
241.	23.	corrīgas	corrīgīs
245.	1.	interuenire	inferire
247.	14.	sed mihi	quod mihi
	24.	demeritum	deteritum
256.	6.	assuete	assuetæ
264.	14.	ille enim	ille epim si
265.	21.	av.	iv.
266.	21.	cūm	eum
268.	23.	quoque	quoque artis
270.	11.	istius	huius
272.	13.	scribi	scripsi
274.	15.	classi	classis
275.	28.	iustis	iussis
276.	7.	possint	possim
282.	13.	quandoque	quandam
297.	1.	spectandi	spectandi
	17.	hibum	hilym
298.	4.	respire	respira
	19.	veram	eram
301.	9.	certs	certè
302.	11.	fuscipere	fuspicere
	28.	quidam	quidni
303.	18.	& equum	equum, ne
	19.	ne	*
304.	16.	produxi	perduxi
	23.	lasciuic	lasciuiret,
305.	7.	quo	ex quo
308.	21.	& lumine	e lumine

## Errata sic Correg.

Pag.	vers.	Errata.	Correcta.
310.	12.	quid	quid me
312.	16.	peperit	pepererit
316.	30.	litteras namq̄.	litteras
318.	25.	commendatur	commēdatus
320.	18.	omissio	omisi
321.	18.	vt de illis	vt de litteris
322.	21.	linguam	lingua
327.	10.	affœctas	effœctas
329.	21.	secum	tecum
332.	28.	vtrumque	si vtrumque
333.	11.	distinguo	distringor
335.	11.	Patauiumq̄;	Patauium
	ibid.	gratia.	gratia venturū;
344.	17.	suspitari	suspitari videris
348.	21.	complectere.	complecterere.
354.	7.	tinctam	tinctum litteris
435.	8.	pœnitebar.	pœnitebit
452.	3.	& hac mi Persi.	& hac, mi Persi,
454.	27.	habemus	habemur (via
480.	20.	post verbum, Humanissimus est,	
		hec interpone verba (me suis litteris admonu-	
		it. Ne ille fausto pede in patriā reuersus est.	
547.	1.	cultissima	cultissimam
561.	9.	præcipuamue	præcipuam
563.	12.	ex n. earum	ex earum. n.
576.	30.	honestas	honestas,

*In verbis græcis si qua sunt Accōnū, aut spirituum mentis  
confusio omisi, ne creata erratis confunderentur.*

Registrum.

✠ A B C D E F G H I K L M N

O P Q R S T V X Y Z Aꝰ Bb

Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk

Ll Mm Nn Oo



B O N O N I Æ  
Apud Hæred. Bartholomæi Cochii 1626.

Superiorum permissu.

VA1  
1518395









